Παππίας ET Παππίδιον, forma dimin. utrumque, pro Paterculus. Sunt autem blandientis hæc diminutiva, ap. Aristoph. Σφ. (297. 655.) Sed unico π ea scribi sciendum est in vulg. Edd.: cum Eust. e Rhet. Lex. afferat παππίας, in quo ait scribi, Atticos hoc nomine ὑποκορίζεσθαι τὸν πατέρα. [Παπίας, vocat. παπία, Athen. 358. Παππίας, 583.] Παππίζω, Paterculum appello, Patri blandior, vocando eum Paterculum. Habet tamen Eust. ex eod. illo Lexico, παππίζειν esse etiam vocare πάππαν, quod non probo. Nisi forte hæc verba, παππίζειν, τὸ πάππαν καλεῖν καὶ παππίαν, ita debent accipi, πάππαν vocare etiam παππίαν, i. e. pro πάππα dicere etiam παππία, compellando patrem.

Παππυλιάζω pro ποππυλιάζω: unde ap. Theocr. (5, 89.) pro ποππυλιάσδει scribi etiam παππυλιάσδει testatur Eust., de qua scriptura dicendum erit in Ποππύζω.

Dicitur ETIAM Ἄππα, abjecto primo π, pro πάππα, Callim. H. in D. (6.) inducit eam his verbis utentem ap. patrem Jovem, Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν, Καὶ πολυωνυμίην: præcedentia autem habes supra in Παππάζω: ubi tamen quædam exempl. habent ἄττα, non ἄππα. Apud Eust. Aristoph. Gramm. tradens esse varias compellationes παιγνιωδεστέρας et ὑποκοριστικὰς, nam ap. Eust. pro ὑποκορισταὶ repono ὑποκοριστικαὶ, pro exemplis affert

primum ἄππα, ei subjungens πάππα. Quibus addit HÆC, Μάμμα, ET Μάμμη, ET Μαμμαία. ITEM Τέττα, ET Ἄττα. Sic autem, inquit, et πατέρας appellant ætate provectos: itidemque μητέρας mulieres quæ sunt ætatis provectæ: quamvis nulla sint vel his vel illis consanguinitate juncti. Quæ autem provectiore etiam sunt senectute, ab illis DICUNTUR Μαῖαι ET Τῆθαι. Vicissimque juvenes a senibus VOCANTUR Παῖδες ET Τέκνα. Huc certe pertinet quod quidam annot. de v. παῖδες ap. Soph., nimirum esse Nomen benevolentiæ. Quibus additur ex eod. Aristoph. Gramm., Hom. quoque his προσφωνήσεσιν ἀποθεραπεύειν τὴν ἡλικίαν: quippe qui Anum vocet μαῖαν, Vetulum autem, πατέρα. Hæc autem verba referuntur in Il. P. (561.) Φοῖνιξ ἄττα γεραιὲ παλαιγενὲς κ. τ. λ. Sic autem in quodam Callim. Epigr. (37.) ἄττα cum γέρον jungitur, Ἄττα γέρον, δοιώς με καλεῖ γάμος. Legitur porro hæc ead. vox Od. Π. aliquoties. Ibi enim dicit Telemach. Eumæo (31.) Ἔσσεται οὕτως ἄττα, item (57.) Ἄττα πόθεν τοι ξεῖνος ὅδ' ἵκετο, ut vicissim Telem. ab Eumæo vocatur τέκος et τέκνον. Cum tamen Eust. in altero illo l. Il. P. annotet ἄττα esse compellationem ἀπὸ νεωτέρου εἰς γέροντα: hic magis peculiarem usum voci illi tribuens, dicit esse προσφώνησιν ἀδελφοῦ νέου πρὸς πρεσβύτερον. Alibi idem Gramm. vult vocabulo ἄττα compellari τὸν τροφέα, sicut VOCABULO Τέττα compellari τὸν φίλον. Ut autem et vocis hujus τέττα usum explicem, sciendum est, in Il. Δ. (412.) Τέττα, σιωπῇ ἧσο, ἐμῷ δ' ἐπιπείθεο μύθῳ, esse προσφώνησιν * φιλεταιρικὴν νέου πρὸς μείζονα, ut annotat Eust., s. προσφώνησιν τιμητικὴν νεωτέρου φίλου πρὸς παλαιότερον. Sed Eust. addit, quosdam putasse ut βάπτω, βαπτίζω, βάπτης, sic dici τέττω, τεττίζω, τέττης, unde vocat. τέττα. Fuisse vero et qui crediderint τέττα esse σχετλιαστικὸν, Indignationis significativum, per apocopen factum e τέτλαθι. Sunt qui exp. O amice: sed cum Gramm. non dicant hac voce signif. φίλε, sed compellari eum qui sit φίλος, existimarim potius eam vim habere, quam habet particula Mi vocativo proprii nominis juncta: quæ alicubi non solum blandimenti vim habere, sed simul et τιμητικὴ esse, nonnullis videtur. [" Ἄππα, Ἄττα, Τέττα, ad Callim. 1. p. 68. ad Herod. 307. Ἄττα, Mitsch. H. in Cer. 132. Heyn. Hom. 4, 631. 5, 671. Τέττα, 4, 631. Μᾶ, Mater, Valck. Adoniaz. p. 306. 382. ad Herod. 307. 648. Phryn. Ecl. 54. Μάμμα, ad Herod. 307. Μάμμη, ad Mœr. 258. Valck. ad Ammon. 135. 138. Eran. Philo 173. Phryn. Ecl. 52. 132. Thom. M. 847. Coray Theophr. 279. Brunck. Aristoph. 1, 57. (A. 878.) Jacobs. Anth. 8, 283." Schæf. Mss. Bekk. Anecd. 193. " Μάμμη, Μαμμάω, Schol. Plat. Alcib. 1. p. 73." Boiss. Mss.] " Μαμμόθρεπτος, A nutrice s. potius avia educatus; et ideo Educatus mollius: qualis ap. Latinos Nepos." [" Ad Mœr. 259. * Μαμμωνυμικὸς, Bongiov. ad Schol. Hom. p. 12. (Schol. Ven. Il. A. 43.) * Μαμμωνυμικῶς, Wassenb. ad Hom. p. 151." Schæf. Mss.] " Προμάμμη, Proavia," [" Schol. Soph. Œd. T. 1053. Schol. Pind. Π. 9, 104." Schæf. Mss.] " Μαμμία, exp. Avia et Mater, ut μάμμη. Suid. scribit Atticos τὴν μητέρα vocare μαμμίαν, ἀπὸ τοῦ τὰ παιδία μαμμᾷν τὸ φαγεῖν λέγειν." [" Mœr. 258. et n., Phryn. Ecl. 53. 55. Thom. M. 847. Brunck. Aristoph. 1, 57. (A. 878.) Μαμμαία, ad Mœr. 259." Schæf. Mss.] " Μαμμίον, diminutive et blandientium more dicitur ἡ μάμμη, s. ἡ τήθη," [" Phryn. Ecl. 52. Thom. M. 847." Schæf. Mss. * Μαμμάριον, Matercula, auctoritate caret. Hoc autem sensu legitur * Μαννάριον, Lucian. 3, 292. 298. * Μαμμίδιον, Plut. 9, 406.] " Μάμμος, Hesychio οἰκέτης, Famulus, Servus."

ΠΑΠΠΟΣ, ὁ, Avus; et quidem sive paternus, sive maternus. Sed ad discernendum, vocatur πάππος ὁ πρὸς πατρὸς, Avus paternus: ut πάππος ὁ πρὸς μητρὸς, Avus maternus. Æsch. c. Ctes. Τὰ δ' ἀπὸ τῆς μητρὸς καὶ τοῦ πάππου τοῦ πρὸς μητρός. At J. Poll. habet πάππος ἐκ πατρὸς καὶ μητρός: addens dici etiam, πάππος ἀπ' ἀνδρῶν, et πάππος ἐκ γυναικῶν. In eo autem quod subjungit, sc. hinc esse VERB. Παππάζειν ap. Poëtas, eum hallucinari liquet ex iis

A quæ dixi supra de h. v. post nomen Πάππας. Dicitur tamen et sine adjectione πάππος, ac tum censetur de Avo paterno potius dictum, ut ap. Menandr. Τίς ἦν ὁ πάππος ἧς γαμεῖ, τήθη δὲ τίς; ita enim leg. esse, non autem τιτθὴ, admonui in libello quem edidi habente Græcorum Comicorum Γνώμας: est autem τήθη, Avia: at τιτθὴ, Nutrix. Athen. (658.) Κάδμος ὁ τοῦ Διονύσου πάππος, μάγειρος ἦν. Sed in illo Menandri l. nihil vetat quominus πάππος de utroque intelligamus. Ὁ πάππου πατὴρ, Plato de LL. Avi pater: qui et una voce πρόπαππος, sicut Lat. Proavus. Ex Aristot. autem δύο πάπποι, ἢ τρεῖς, ad verbum, Duo avi aut tres: pro Avus, Proavus, Abavus. Ceterum pro πάππος Hom. dixit etiam πατρὸς πατὴρ, ut videbis in Πρόπαππος. Est autem a Πάππος deductum ADJ. Παππῷος, sicut Πατρῷος a πατὴρ, signif. Avitus: ut παππῷα ἀγαθὰ, Avita bona. Et Παππῴα δόξα ap. Dem. Avita gloria: (150.) Ἀλλὰ νὴ Δία παππῴα καὶ πατρῴα δόξα σοὶ ὑπάρχει, ἣν αἰσχρόν ἐστιν ἐν σοὶ καταλῦσαι. [" Toup. Opusc. 1, 258. Heind. ad
B Plat. Theæt. 310. Kuster. Aristoph. 238." Schæf. Mss. Barker. ad Etym. M. 1087.] Aliud ADJ. Παππικὸς, Ad avum pertinens, Avum resipiens: ut a πρόπαππος J. Poll. affert προπαππικός. || Sed Πάππος, Nomen quoque erat personæ Comicæ, necnon Satyricæ, quæ ETIAM Παπποσείληνος: eratque efferatior specie. Plura autem vide ap. J. Poll., qui et tradit fuisse in Comœdia πρῶτον πάππον, et τὸν ἕτερον πάππον. Sunt porro et alia nominis πάππος significata, de quibus dicam post compp. ex hoc nomine habente primam suam signif. [" Πάππος, Valck. Adoniaz. p. 382. Diatr. 150. Jacobs. Præf. ad Bion. et Mosch. p. xv. Thom. M. 847. Kuster. Aristoph. 192. Plato Theæt. 394. Improprie usurpatum, Casaub. ad Athen. p. 3. Τρίτος π., Dionys. H. 2, 759." Schæf. Mss. * Παπποκτόνος, Lycophr. 1034. * " Παππόπατρος, Const. Manass. Chron. p. 120. * Παπποπατρόθεν, 92. * Παπποπατρικὸς, 102. * Παπποπατρῷος, 113." Boiss. Mss. * Παπποφόνος, Avi interfector, s. interfectrix, Schn. Lex. ἀμαρτύρως.] Παπ-
C πεπίπαππος, Avi pater. Sed vocab. illud J. Poll. improbat ut δεινῶς ἰδιωτικόν: licet Philonides Comicus eo sit usus. [" Ad Mœr. 200. Jacobs. Anth. 10, 31." Schæf. Mss.] Παππωνυμικὸν nomen, ead. forma qua πατρωνυμικὸν, Abavi nomine deductum: ut Alcides est nomen παππωνυμικόν. Unde etiam dicitur a quibusdam Gramm. παππωνυμικῶς vocari Alcides. Ubi observa ADV. Παππωνυμικῶς, Nomine deducto ab avo, et q. d. Denominaliter ab avo. [" Suid. v. Ἀλκείδης." Kall. Mss.]

[* Ἄπαππος, Æsch. Ag. 321.] Ἀπόπαππος, Abavus. VV. LL. [Gl. Atavus, Abavus.] Δίσπαππος, Atavus, VV. LL. Qua forma et Gallice dicitur Bisaïeul, cum avus vocetur Aïeul. Ἐπίπαππος, Proavus, ut ἐπιτήθη, Proavia. Sed J. Poll. Ἡ δὲ πάππου ἢ τήθης μήτηρ, inquit, προτήθη· καὶ οἱ τούτων γονεῖς, ἐπίπαππός τε καὶ ἐπιτήθη. Atque ita ἐπίπαππος fuerit Atavus, et ἐπιτήθη, Atavia. Vide Πρόπαππος. [" Thom. M. 847." Schæf. Mss.] Πρόπαππος, ὁ, Proavus, Ὁ δὲ πάππου ἢ τήθης πατὴρ, inquit J. Poll.,
D πρόπαππος· τάχα δὲ τοῦτον εἴποις τριτοπάτορα, ὡς Ἀριστοτέλης. Eust. autem ἐπίπαππον hunc vocari dicit, non πρόπαππον, de alius tamen cujusdam sententia. In ista enim Hom. verba, Il. Ξ. (118.) Πατρὸς ἐμοῖο πατὴρ, annotat, esse dictum hoc per periphrasin, ad vitandam ambiguitatem: et significare τὸν πρὸς πατρὸς πάππον: qui et LACONICE Γεροντίας appellabatur. Et addit οὗπερ ὁ ἐπάνω τῷ χρόνῳ, ἐπίπαππος, οὐχὶ πρόπαππος λέγεται, quemadmodum φησί τις ἀποσημειωσάμενος ὀνόματα συγγενικά. Sic autem ex Ejusd. auctoritate tradit τήθην quidem esse τὴν μητρὸς καὶ τοῦ πατρὸς μητέρα, at ἐπιτήθην, τὴν ὑπὲρ αὐτήν. [" Ad Herod. 626. Thom. M. 849." Schæf. Mss.] Προπαππικὸς, q. d. Proavialis, Ad proavum pertinens, ut ἀβελτηρία προπαππική, quod J. Poll. e quodam Phædone affert. Existimo autem accipi pro Insipientia valde senili, s. qualis esse solet valde decrepitorum. [* " Πρωτόπαππος, Const. Manass. Chron. p. 120." Boiss. Mss.] Τρίπαππος, Tritavus, VV. LL. [et Gl.]

[* Παππόθεν, Theod. Prodr. Ep. p. 38.]

[* "Παππαῖος, Deus Scytharum, Orig. c. Cels. 266. 270." Kall. Mss.]

¶ Πάπποι, Lanugo carduorum, Flos qui lanuginosus est, Lanugo helxines herbæ. Πάππος, ἀκάνθης λευκὸν ἐξάνθημα, Eust. qui et aliis verbis exp. τὸ ἀκανθινὸν ἐν ξηρότητι * πολίωμα: quod postremum vocab. originem metaphoræ indicare videtur, sicut et Hesychii verba. Dicit vero et Arat. (921.) Ἤδη καὶ πάπποι, λευκῆς γήρειον ἀκάνθης, ubi vide Schol. Et Nicand. (Ἀ. 126.) Οἷά τε δὴ γήρεια νέον τεθρυμμένα πάππου, ubi itidem Schol: consule. Pappi Latine quoque carduorum flores, ut scribit Festus, afferens e Lucretio, Vestem, nec plumas avium, papposque volantes. Sed et de helxine scribens Plin. (19, 7.) Semen ei lanuginis, inquit, quem Pappum vocant. Idem de herba quæ Græcis ἠριγέρων, Latinis Senecio, Caput ejus numerosa dividitur lanugine, qualis est spinæ, inter divisuras exeunte. Quare eam Callim. ἀκανθίδα appellat, alii πάππον. [" Valck. Adoniaz. p. 316. Jacobs. Præf. ad Bion. et Mosch. p. xv. Anth. 12, 348." Schæf. Mss. Theophr. Fr. 6, 2, 12. Diosc. Alexiph. 33. Οἱ νεαροὶ πάπποι· ἄνθη δέ ἐστιν ἀκάνθης τῆς καλουμένης κάκτου.] HINC Παπποσπέρματα, VEL Παππώδη σπέρματα, Lanuginosa semina. In illo autem Plinii loco habes Semen lanuginis, vel Quæ pappo lanugine semen habent obductum. VV. LL. e Theophr. [H. Pl. 6, 4, 11. 7, 3, 2. Cf. Athen. 70. * Παππόω, unde] " Ἀποπαππόω, In " pappos verto. Unde pass. ἀποπαπποῦσθαι, Verti s. " Abire in pappos, ap. Theophr. H. Pl. 7, 11." Ἐκπαπποῦσθαι, In pappos solvi, s. abire, e Diosc. 3, 133. [Theophr. H. Pl. 3, 16, 6. 6, 4, 8. C. Pl. 1, 9, 1.] Πάππος dicitur et de Lanugine barbæ quæ sc. inferiori labro adnascitur, ut μύσταξ vel μάσταξ de ea quæ superiori. J. Poll. Hes. Suid. Eust.

[* " Πάππος, Avis, Callim. 1, 469." Schæf. Mss. Ælian. H. A. 3, 30.]

" Παπταίνω, Circumspicio, Oculis lustro vel vestigo, περιβλέπω, περισκοπῶ, Hes.: Od. P. (330.) ὁ " δὲ παπτήνας ἕλε δίφρον, Il. X. (463.) Ἔστη παπτήνασ' ἐπὶ τείχει, P. (603.) Τρέσσε δὲ παπτήνας. Item " sequente ὅπῃ φύγοι, Π. (283.) Πάπτηνεν δὲ ἕκαστος " ὅπῃ φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον. Præmittit ei interdum " πάντῃ, interdum πάντοσε: Ψ. (464.) πάντῃ δέ μοι " ὄσσε Τρωϊκὸν ἀμπεδίον παπταίνετον εἰσορόωντι, Od. " M. (233.) ἔκαμον δέ μοι ὄσσε Πάντῃ παπταίνοντι " πρὸς ἠεροειδέα πέτρην. Cum πάντοσε, Il. P. (674.) " Πάντοσε παπταίνων ὥστ' αἰετὸς, N. (649.) Πάντοσε " παπταίνων μή τις χρόα χαλκῷ ἐπαύρῃ. Præmittit " ei et ἀμφὶ ἑ: Il. Δ. (497.) et O. (574.) ἀκόντισε " δουρὶ φαεινῷ Ἀμφὶ ἑ παπτήνας. Item Oculis vestigo, Circumspectans quæro: Δ. (200.) Παπταίνων " ἥρωα Μαχάονα, P. (115.) Παπταίνων Αἴαντα μέγαν. " Interdum simpliciter ponitur pro Specto, Respecto, " Oculos converto, Intueor, sequente præp. μετὰ, " εἰς, πρὸς, Hesiod. Ἔργ. (2, 62.) Μηκέτι παπταίνων " μεθ' ὁμήλικας, Respectans æquales, Oculos convertens ad æquales, Plut. Themist. Παπταίνω πρὸς τὸν " Ἰσθμὸν, Ad Isthmum specto. Lucian. (3, 605.) " Παπτήνας ἐς ἅπαντας, Omnes intuitus." [" Valck. Adoniaz. p. 364. Phœn. p. 204. Pierson. Veris. 50. Valck. Anim. ad Ammon. 146. Jacobs. Anim. 208. Brunck. Apoll. Rh. 103. 116. Heyn. Hom. 4, 597. 646. 6, 214. 540. 7, 310. 8, 450. Lobeck. Aj. p. 280." Schæf. Mss. Æsch. Pr. 334. 1042.] " Ἀποπαπτανεύουσιν, Hes. affert pro περιβλέπουσιν " ὅπως φύγωσι, Circumspiciunt ut fugiant. Posset et " ἀποπαπταίνουσι dici:" [Fut. ἀποπαπτανέουσι, Il. Ξ. 101. " Heyn. Hom. 6, 539. Bentley upon Phalaris p. 442." Schæf. Mss.] " Διαπαπταίνω, Circumspecto per, e Plut. Fab. (11.) Αὐτοῦ τε τοῦ Μινουκίου τὸ " θράσος κατεκέκλαστο, καὶ πρὸς ἄλλον ἄλλοτε τῶν " ἡγεμόνων διεπάπταινεν, οὐδενὸς ἐν χώρᾳ μένειν τολμῶντος, pro Oculis lustrabat: malim ego Circumspectans oculos convertebat, Respectabat." " Περιπαπταίνω, Circumspecto, Oculis lustro, περισκοπῶ, " Arat. (295.) Πολλάκις ἐκ νηῶν πέλαγος περιπαπταίνοντες," [" Moschus 4, 109." Wakef. Mss.]

[* Παπταλάω, Lycophr. 1162.] " Παιπαλᾷν, Circumspicere, Scrutari, περισκοπεῖν, ἐρευνᾷν, Hes." [Cf. Παμφαλάω.]

ΠΑΡΑ, Præp., quæ vel gen., vel dat., vel accusativo jungitur. CUM GEN. A, Ab, Ex. Sunt qui velint Hom. καταχρηστικῶς dixisse παρὰ νηῶν pro ἀπὸ νηῶν, cum παρὰ significet proprie κίνησιν ἀπὸ ἐμψύχων, Eust. Plato de LL. 4. Παρὰ δὲ μιαροῦ δῶρα οὔτ' ἄνδρ' ἀγαθὸν, οὔτε θεὸν ἐστί ποτε τόγε ὀρθὸν δέχεσθαι. Sic Xen. K. Π. 7, (4, 3.) p. 111. in princ. Διδόναι τε τέκνα καὶ λαμβάνειν παρ' ἀλλήλων. Dicitur item aliquis ἔρχεσθαι παρά τινος s. παραγίνεσθαι aut πορεύεσθαι, Venire ab aliquo, Thuc. 4, (50.) Ἀρταφέρνην ἄνδρα Πέρσην παρὰ βασιλέως πορευόμενον ἐς Λακεδαίμονα. Item ἄγειν τὶ παρά τινος, ut ἄγειν δῶρα. Xen. autem addidit articulum, cum dixit in Œc. Ὅτε ἦλθεν ἄγων αὐτῷ τὰ παρὰ τῶν συμμάχων δῶρα: sed interpr. Cic. ac si nullus esset articulus, Eique dona a sociis attulisset. Dicitur etiam ἀγγέλλειν παρά τινος, s. ἐξαγγέλλειν, a Xen. (K. Π. 7, 5, 18.) Necnon, λέγειν ταῦτα παρ' ἐμοῦ, ab Eod. Item, Πρόσειπε παρ' ἐμοῦ, Eum a me salutato, i. e. Meis verbis salutem illi dicito. Lucian. autem dixit παρ' ἐμοῦ ἐκτίσαι, ut Cic. A me solvere. De quibus loquendi generibus lege Bud. 1038. Et Isæus (224.) Παρ' ἐμαυτοῦ ἀναλώσα, Meis sumtibus, Pecunia privata. Affertur vero et, Παρ' αὐτῶν τὸν ἄρχοντα γενέσθαι, e Plut. Numa, pro Ex eorum corpore creari. At vero ap. Marcum 3, 21. Οἱ παρ' αὐτοῦ, quod sonat ad verbum Qui (erant) ab eo, redditur Qui eum sanguine attingebant, Propinqui ejus: vet. Interpr. Sui: Erasm. Qui ad eum attinebant. Affertur etiam τὰ παρ' αὐτοῦ e Chrys., pro Quæ ad eum attinent.

Παρὰ, præcedente articulo, non video quomodo Latine reddi commode possit nisi addito partic., non quidem in ll. qui similes sunt illi Xenophontis quem modo protuli, ibi enim potius vacat artic.: unde et Cic. nullam ejus rationem in sua interpr. habuit, sed in aliis, quos subjungam: et quidem incipiens ab iis in quibus partic. præteritum aut præsens, a v. πέμπομαι aut ἀποστέλλομαι, i. e. Mittor, commodius quam aliud subaudiri potest. Thuc. 7. Ἥκοντες ἐς τὰς Ἀθήνας οἱ παρὰ τοῦ Νικίου, Xen. K. Π. 3, (2, 14.) p. 45. Ταῦτα μὲν ὁ παρ' ἐμοῦ λέξει, τοῖς δὲ παρ' ὑμῶν ὑμεῖς αὖ ἐπιστέλλετε ὅ,τι ὑμῖν δοκεῖ συμφέρον εἶναι. Ut enim in illo Thuc. l. cum οἱ παρὰ τοῦ Νικίου, apte subauditur πεμφθέντες, vel ἀπεσταλμένοι, sic in isto Xen. subaudiri commode potest πεμφθεὶς aut etiam πεμπόμενος, vel ἀπεσταλμένος s. ἀποστελλόμενος, cum ὁ παρ' ἐμοῦ, dixerat enim, Εἴ τινα ἐγὼ τῶν ἐμῶν ἀποστέλλοιμι πρὸς τὸν Ἰνδὸν, συμπέμψαιτ' ἄν μοι κ. τ. λ., itidemque πεμφθεῖσι, πεμπομένοις, ἀπεσταλμένοις, ἀποστελλομένοις, cum τοῖς παρ' ὑμῶν: sed præsens hic malim, quia dicit ἐπιστέλλετε, non ἐπεστείλατε. Possit autem ὁ παρ' ἐμοῦ exponi etiam Nuntius meus; itidemque τοῖς παρ' ὑμῶν Nuntiis vestris. At Philelphus in sua interpr. non animadvertens hunc articuli usum, junxit παρ' ἐμοῦ cum λέξει, tanquam sc. uteretur Xen. eo loquendi genere, quod ex eo paulo ante protuli; vertit enim Et hæc sane verbis meis exponet. Illis autem exemplis addere et hoc potes, e Synes. Ὁμοῦ γὰρ ἐγώ τε τὰ παρὰ σοῦ γράμματα ἀνεγίνωσκον, καὶ ἕτερός τις τὰ παρ' αὐτοῦ, i. e. Literas a te missas, et Literas ab illo missas: subaudiendo sc. πεμφθέντα utrobique. Sed in Parisina Ed. non habetur artic. τὰ ante παρὰ, quem alioqui habet Aldina, et quo esse opus, vel is, qui sequitur, satis ostendit. At vero in isto ejusd. Synesii l., Τῶν οὖν παρ' ἐκείνου πολλῶν καὶ ἡδίστων εἰς Ἀμμώνιον τὸν ἀνεψιὸν τὴν χάριν ἀπομνημονεύσωμεν, aliud subaudiendum est partic.; significat enim Multorum ab illo profectorum, i. e. Multorum ejus officiorum. Sed et alia alibi pro loco subaudienda sunt.

Παρὰ junctum genitivo omittitur interdum in interpretatione: Isocr. Αἱ παρ' ἐκείνων δεήσεις, Illorum preces. Sic, Αἱ παρὰ θεῶν τιμωρίαι, ap. Eund. ubi tamen potest etiam addi aliquod verbum subauditum,

sicut in ll. quos in præcedente tmemate protuli. Sic ἡ παρὰ τούτων εὔνοια, ap. Xen. Horum benevolentia.

Παρὰ CUM DAT., Apud, Od. E. (155.) Ἀλλ' ἤτοι νύκτας μὲν ἰαύεσκεν καὶ ἀνάγκῃ Ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι παρ' οὐκ ἐθέλων ἐθελούσῃ: etiam παρὰ νηυσὶ, Θ. (5.) Φαιήκων ἀγορήνδ' ἥ σφιν παρὰ νηυσὶ τέτυκτο. Dem. (252.) Πρέσβεις δεῦρ' ἀφικνούμενοι, παρὰ σοὶ κατέλυον, Αἰσχίνη. Tale est, παρ' ἐμοὶ διατρίβει. Et ap. Theoph. Ep. Οὐ γὰρ σὸς, ἀλλὰ παρὰ σοὶ ὁ πλοῦτος εἶναι πεπίστευται. Exp. vero παρ' ἑαυτῷ, Apud se, Intra se: ut παρ' ἑαυτῷ ἔχειν. Et, Ἕκαστον εἰδότα καὶ γινώσκοντα παρ' αὐτῷ, ap. Dem. Philipp. 4. Item pro Apud, in ea signif. qua dicitur aliquis ap. se esse: unde παρ' ἑαυτῷ γενέσθαι Bud. e Plut. pro Resipiscere. Idem dixit in Or. pro Cor. (p. 318.) Εἰ δ' οὖν ἐστι καὶ παρ' ἐμοί τις ἐμπειρία τοιαύτη, ubi dicere poterat ἐν ἐμοί. Sed et cum alio genere dativi pro ἐν e Plut. Othone, Παρὰ τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις θνήσκειν.

B Παρὰ affertur et pro ἐγγὺς, Prope, Juxta, ex Hom. Sunt tamen qui potius ejus posteris hunc usum tribuant cum ista constr., at Hom. cum accus. Vide Eust.

Παρὰ CUM ACCUS., de motu ad locum, sicut cum gen. de motu a loco, unde redditur præpositione Ad. Xen. Ἑλλ. 1, (1, 6.) Ἀφικόμενον παρ' αὐτόν. Sic παρά σε ἔρχομαι, ap. Eund. (Ἱππ. 10, 4.) Itidem ap. Plat. de Rep. Παρά σε ἦμεν. Item, Δεῦρο παρ' ἡμᾶς φοίτα.

Παρὰ ap. Hom. pro ἐγγὺς, Prope, Propter, Juxta; ut apud Hom. παρ' ὄχθας. Sic παρ' αὐτὸν, Od. Ξ. (524.) οἱ δὲ παρ' αὐτὸν Ἄνδρες κοιμήσαντο. Vide Eust. Sic πὰρ κεφαλὴν Cic. ap. Arat. vertit Propter caput. Apud Plut. tale quid significabit, si sequamur eos qui in ejus Romulo (21.) οἱ παρ' [περὶ al.] Εὔανδρον Ἀρκάδες exp., Arcades Evandri comites. Sed et ap. Act. 4, (35.) Καὶ ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων, et in fine cap. Καὶ ἔθηκε παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων redditur Ad pedes, quod nihil aliud est quam Juxta pedes. At vet. Interpres vertit utrobique Ante pedes.

C Παρὰ, pro Ab, sed in certo quodam loquendi genere, quo utuntur Gramm., veluti cum tradunt Δημοσθένης esse dictum παρὰ τὸ σθένος: sic Μενέσθης dici παρὰ τὸ μένος: et Ὀδυσσεὺς παρὰ τὸ ὀδύσσασθαι. Bud. παραγωγὴν denotare tradit.

Παρὰ pro Per, ea signif. qua dicitur Per eos dies, id tempus, Dem. Παρὰ πάντα τὸν χρόνον, Per omne id tempus. Ita enim reddendum puto, non Circa, ut habent VV. LL. Sic παρ' ὅλον τὸν βίον, Per totam vitam. Ibid. e Xen. (Ἀπ. 2, 1, 2.) Π. τὴν ἐκείνου ἀρχὴν, Interim dum ille præest. Et παρὰ τὴν μῆνιν, e Philostr. Her., Dum iratus esset. Alicubi potest etiam reddi et præp. Inter: ut παρὰ τὸ δεῖπνον, Inter cœnam, Cœnæ tempore. Sic παρὰ τὸν πόλεμον, Belli tempore, Militiæ. Unde illa locutio, παρ' αὐτὰ τἀδικήματα, Protinus admissis delictis, Bud. 242. ubi et παρ' αὐτὸ τὸ τόλμημα, e Thuc. pro In ipso facinore. Idem vero p. 247. παρὰ τὸν πλοῦν exp. Inter navigandum, et παρὰ τὸ συμπόσιον Inter et super convivium. Unde etiam παρὰ τὸν καιρὸν, et παρὰ τὰς χρείας, p. 242. Sed et παρ' ἑκάστην ἡμέραν, Xen. (Ἑλλ. 1, 4, 6.) pro Quotidie, Κινδυνεύων ἀεὶ παρ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπολέσθαι. Sæpe etiam commode redditur præp. In: Παρὰ τὴν ὁδοιπορίαν, In via: Παρὰ τὸ γῆρας κακοπραγεῖ, Aphth. In senectute: Παρὰ τοὺς κινδύνους ὑπὸ τῶν ἔργων διδαχθέντες, In periculis, ipsis periculis. Tale est, Παρὰ τὰ δεινὰ καὶ τοὺς πολέμους, pro ἐν τοῖς δεινοῖς καὶ τοῖς πολέμοις. Alicubi autem possumus vel præpositione In, vel præp. Per uti. Sed habet et alium usum præpositionis Per hæc præp. παρά: ut παρ' ἅπαν τὸ στράτευμα ap. Thuc. Per totum exercitum. Et παρὰ τὰς ἐπάλξεις ἑστῶτες, ap. Plut. Item παρὰ βάσιν ἑκάστην, ap. Aristot. Probl. 5. Per singulos gradus. ‖ Παρὰ ut in nonnullis eorum quos paulo ante protuli ll., aliisque ejusmodi, redditur et præp. Inter, et Intra, sic etiam alicubi habet et aliam signif. particulæ Intra: ut in h. Xenoph. l. Œc. (20, 18.) Ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις παρὰ στάδια διακόσια, ἔστιν ὅτε

A τοῖς ἑκατὸν σταδίοις διήνεγκαν ἀλλήλων ἄνθρωποι τῷ τάχει ἀμφότεροι καὶ νέοι ὄντες καὶ ὑγιάζοντες. Ita enim Bud. reddit h. l. Quemadmodum in itineribus faciundis nonnunquam intra stadia ducenta alter alteri centum stadiis antevertit, cum æquales sint amboque valentes.

Παρὰ, Præter, Contra, Plut. Solone (20.) Γάμους νυμφαγωγῶν παρ' ἡλικίαν, Ut nuptias præter naturæ præscripta coagmentaret, Bud. Et Thuc. 4, (19.) Καὶ ἀρετῇ αὐτὸς νικήσας παρὰ ἃ προσεδέχετο, Præter expectationem: sic cum dicitur παρὰ προσδοκίαν, et παρ' ὑπόνοιαν, item παρὰ γνώμην, et παρὰ τὸ πρέπον. Xen. (Ἑλλ. 1, 5, 3.) Οὐ δυνατὸν δὲ εἶναι, παρ' ἃ ὁ βασιλεὺς ἐπέστειλεν αὐτῷ, ἄλλα ποιεῖν. Idem (Œc. 7, 31.) Εἰ δέ τις παρ' ἃ ὁ θεὸς ἔφυσε, ποιεῖ, ἴσως τι καὶ ἀτακτῶν οὐ θεοὺς λήθει, Contra quam, ut Bud. utrobique reddit, qui alibi et Extra quam. Potest tamen commode verti Præter, in illo priore loco; at in hoc posteriore, Παρ' ἃ ὁ θεὸς ἔφυσε, Contra quam natura fert. Sic παρ' ὃ πέφυκε, Contra quam natura comparatum est. Item παρὰ φύσιν a Cic. quoque redditur Contra naturam. Plut. περὶ Σαρκοφ. 1. fin. Ἀλλὰ μᾶλλον, ὡς ἔοικε, τῶν παρὰ συνήθειαν ἢ τῶν παρὰ φύσιν αἰσθανόμεθα. Itidem vero παρὰ νόμον legitur passim pro Contra legem. Hanc autem signif. habet et cum nomine μέλος, atque aliis. Cum utroque nomine, sc. cum φύσιν et cum νόμον, legitur in isto Plut. l. (8, 116.) Ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς πρὸς τὸν Σιμωνίδην, ἀξιοῦντά τι τῶν μὴ δικαίων, Οὔτ' ἂν σὺ ποιητὴς ἀγαθὸς εἴης, ἔφη, παρὰ μέλος ᾄδων, οὔτ' ἂν ἐγὼ χρηστὸς ἄρχων, παρὰ νόμον κρίνων. Invenitur autem παρὰ μέλος alicubi redditum et adverbio Inepte; itidemque aliis nonnullis nominibus juncta præp. παρὰ in hac signif., redditur adverbio, una cum nomine cui jungitur, ut παρ' ὥραν, Intempestive: παρ' ἀξίαν, indigne. ‖ Παρὰ alicubi pro Præter, i. e. Ultra: ut παρ' ὀλίγους, Dem. Præter paucos, Paucis exceptis. Theophr. C. Pl. 6, 1. Εἴ τις ἄλλος τρόπος ἐστὶ παρὰ τούτους. Alicubi vel Ultra, vel Supra: ut παρὰ δύναμιν, Thuc. 1. Supra vires. Et παρ' ὃ δεῖ, Supra modum. Plut. Θαυμασταὶ παρ' ὃ δεῖ λόγων, ἢ ἀνθρώπων, ἢ καταφρονηταί. Sunt vero qui παρὰ significare velint Supra in isto etiam Xen. l., ubi jungitur verbo διαφέρειν, Œc. (20, 16.) Ῥᾳδίως γὰρ ἀνὴρ εἷς παρὰ τοὺς δέκα διαφέρει τῷ ἐν ὥρᾳ ἐργάζεσθαι. Bud. quoque i. valere ait q. ὑπέρ. Contra autem sunt qui velint παρὰ significare Infra in h. l., qui in Ep. ad Hebr. 2, (7.) affertur e Davide, (Ps. 8, 6.) Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους. ‖ Accipitur vero et pro Ultra significante Trans. Pro cujus signif. exemplis affertur ex Hom., παρ' Ἦλιδα: e Plut. Camillo, Παρὰ τὸν ποταμὸν φυγῇ, ἐποιοῦντο τὴν ἀναχώρησιν. Et Popl. παρὰ τὸν Ἀνίηνα ποταμὸν χώραν ἀπένειμε.

Παρὰ, Propter, Ob, Antipho, Οὐ μανία δήπου τοῦτο λέγειν, ὡς οὐδὲν ἂν γένηται παρὰ τοῦτον. Idem παρ' ἕνα ἄνθρωπον, Propter unum hominem. Et ap. Dem. παρὰ τί, Quamobrem. Unde et in eadem periodo, Παρὰ τοὺς συμβούλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας, A consulibus s. senatus principibus manare causam mali. Et Isocr. in Arch. Παρὰ τοῦτον γενέσθαι τὴν σωτηρίαν,
D Ab hoc manare salutem, vel Per hunc et propter hunc esse salutem. Quæ exempla proferuntur latius a Bud. 241., ubi et οὐ παρὰ ταῦτ' ἐστὶν ex Isocr. pro Non in his positum est rerum momentum, Non hæc ad rem magnopere pertinent. Et e Dem. Πάνυ γὰρ παρὰ τοῦτο, οὐχ ὁρᾷς, γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα ἀλλὰ μὴ τουτὶ διελέχθην ἐγώ, ubi παρὰ τοῦτο γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα vertes, In eo positæ sunt fortunæ Græciæ, sequendo Cic., p. 138. mei Cic. Lex. Ego certe hic παρὰ τοῦτο existimo id posse sonare, quod Gall. dicimus A cela près: perinde sc. ac si quis nostras ita loqueretur, Mais pensez que voire, que les affaires de la Grèce se portent bien, à cela près: vel, Les affaires vont bien, à cela près. Dicam autem de hac signif. et infra. Ceterum idem Bud. inter exempla significati hujus præp. παρὰ, quo sc. ponitur pro Propter, affert et quendam Theophrasti l.: quem tamen aliter potius interpretandum puto, ut docebo in Παρὰ, Pro et Prout. In VV. LL. e Dem. Παρ' οὐδὲν οὕτως ὡς τὰ τοιαῦτα ποιεῖν ἀπολώλασιν, pro Non tam ulla alia

de causa quam etc. Nunc autem superioribus exemplis addam et alia, Thuc. 1, (141.) Καὶ ἕκαστος οὐ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀμέλειαν οἴεται βλάψειν, Propter suam negligentiam. Et in Axiocho, qui vulgo Platoni ascribitur (p. 365.) Συνάπτεις γὰρ, ὦ Ἀξίοχε, παρὰ τὴν ἀνεπιστασίαν ἀνεπιλογίστως τῇ ἀναισθησίᾳ αἴσθησιν. Aristot. Eth. 3, 6. in fine περὶ τῶν θαλαττίων loquens, Οἱ δὲ εὐέλπιδες εἰσὶ παρὰ τὴν ἐμπειρίαν. Sic παρὰ τὰ χωρία, ap. Synes. Propter loca: Ὅτι καὶ παρὰ τὰ χωρία τὶ γίνεται τοῖς ἀνθρώποις εἰς τὸ τυγχάνειν τε καὶ ἀποτυγχάνειν εὐμενοῦς τοῦ θεοῦ. Hinc EST Παρ' ὃ pro Propter quod, Quoniam, Quocirca. Pro quo scribitur ETIAM Παρό. Aristot. de Mir. Aud. Οἱ δὲ τὸν χαλκὸν ὀρύττοντες, ὀξυδερκέστατοι γίνονται· παρὸ καὶ οἱ ἰατροὶ τῷ ἄνθει τοῦ χαλκοῦ καὶ τῇ τέφρᾳ τῇ Φρυγίᾳ χρῶνται πρὸς τοὺς ὀφθαλμούς. Et cum infin. Synes. Ἐκεῖ γὰρ εἰς συμμαχίαν παρακεκλῆσθαι· παρὸ καὶ σεσῶσθαι τοὺς παρακαλεσαμένους, Quare et servatos esse. Poni autem παρ' ὃ et pro Contraquam s. Extraquam, docui paulo ante: docet vero et Bud. 246., Sed animadvertendum est, quod attinet ad hæc quæ addidi exempla significationis hujus præp. παρὰ, qua sc. ponitur pro Propter, Ob, in iis posse hanc præp. et aliter reddi, eod. alioqui manente sensu. Ac primum quidem in illo Thuc. loco pro παρὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀμέλειαν possis dicere per ablativum, Sua negligentia, perinde ac si esset τῇ ἑαυτοῦ ἀμελείᾳ. In illo autem Platonis, si modo Platonis est Axiochus, παρὰ τὴν ἀνεπιστασίαν, reddi etiam potest Per imprudentiam, ignorantiam: necnon Ex ignorantia: itidemque παρ' ὃ in Synesii l., E quo. Sed et ap. Diosc. l. 1. præf. Ἔνια παρὰ τὴν ἑαυτῶν ἰδιότητα ἐν χειμῶνι ἄνθη τε καὶ φύλλα φέρει, non reddideris Propter suam proprietatem, sed E sua proprietate, E vi quadam sibi propria et peculiari: nisi quis malit Vi quadam etc. sine præpositione. At in Aristotelico illo παρὰ videtur posse sumi et pro Præ, cujus signif. exempla videbis infra. Denique in eo quem e Synes. protuli, παρὰ τὰ χωρία crediderim posse reddi vel E locorum differentia s. diversitate, de quo usu præp. παρὰ dicam paulo post, vel E vi locorum: sicut Bud. ap. Philon. de Mundo, παρ' οὓς vertit Eorum vi. Sunt autem et alii ll. in quibus cum παρὰ possit accipi pro Propter, alia tamen orationis forma in interpr. uti possumus: ut quod Plato dicit, Ἀλλ' ἡγοῦμαι παντὸς μᾶλλον εἶναι παρὰ τοῦτο σωτηρίαν τε τῇ πόλει, καὶ τοὐναντίον, apte redditur, Omnium maxime in hoc civitatis salutem aut contra damnum verti puto. Vel, Hinc maxime civitatis s. salus s. contra damnum pendet. Hunc autem Herodiani l. 6, (6, 10.) Παρὰ τοῦτο δὲ ἀπολόμενοι παρ' ὅσον πλήθει ἐλάττους εὑρέθησαν, Polit. vertit, Nullaque adeo re magis perierunt, quam quoniam pauciores deprehensi.

Παρὰ, Præ: quo utuntur modo et præp. πρὸς, Aristot. Metaph. 1. Οἷον νήφων ἐφάνη παρ' εἰκῇ λέγοντας τοὺς πρότερον, Is sobrius et prudens fuisse videtur præ illis antiquioribus. Sic ap. Plat. de LL. 7., ubi loquens de Sauromatis scribit, Παρὰ γυναῖκας δὲ αὐτὰς ἄνδρες ἂν αἱ ἐκείνων γυναῖκες φανεῖεν, Præ aliarum gentium mulieribus Sarmatarum mulieres viri videri possent: quæ Budæi interpr. mihi longe probatur magis quam eorum qui reddunt Apud ipsas mulieres, Inter ipsas mulieres. Dionys. H. Archæol. 6. Ἀνὴρ παρ' ὀντινοῦν ἐπιτήδειος ταύτης τυχεῖν τῆς τιμῆς, Vir præ quovis alio idoneus, ad Rom. 14, (5.) Ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, Æstimat diem præ die: de q. l. dicam et paulo post. Reddit autem Bud. et Præut, ap. Aristot., ut videbis p. 246. In isto quoque Plat. l. in Apol. (16.) et aliis similibus, Τοσοῦτον τοῦ κινδύνου κατεφρόνησε παρὰ τὸ αἰσχρόν τι ὑπομεῖναι, ὥστε κ. τ. λ. videri possit παρὰ aliquam hujus præp. Præ signif. habere; sed quam tamen ut huic loco accommodes, mutanda quodammodo fuerit orationis forma: ut si, verbi gratia, ita dicas, Leve existimavit esse periculum præ turpitudine quam perferre oportuisset. At hæc interpr., Adeo periculum contemsit, ne turpe quippiam in se admitteret, nullo modo vim præpositionis παρὰ exprimit: quam ego contra illo interpretatus modo, declarare mihi videor. Sic tamen ut fatear magis placere mihi reddere hic παρὰ Potius quam: quam signif. alioqui novam visum iri scio, sed nullam certe præsenti loco aptiorem inventum iri existimo, siquidem is ad verbum interpretandus sit. ‖ Quod autem ad illum Plat. locum attinet, Παρὰ γυναῖκας δὲ αὐτὰς κ. τ. λ. addit Idem, Παρὰ γυναῖκας ἂν φανεῖεν ἄνδρες, posse exponi παρ' ἀλλήλας ἐξεταζόμεναι: ut ap. Eund. Ἐπιδείξαντες τοῖς ἄρχουσι τὰς ὑμετέρας παρὰ τὰς ἡμετέρας ᾠδὰς, pro Vestra cantica cum nostris contendenda componendaque. Ut autem ibi dicit παρ' ἀλλήλας ἐξεταζόμεναι, sic ap. Synes. legitur ἐξετάζειν παρὰ, sequente itidem infin.: Ep. 104. Καί τινες αὐτὸ παρὰ τὰς Αἰγυπτίας ἐξήταζον σύριγγας, ubi παρὰ cogimur reddere Cum; nec enim aliud est ἐξήταζον παρὰ τὰς Αἰγυπτίας, quam Comparabant cum Ægyptiacis. Sic et ap. Plat. in simili loquendi genere, de Rep. 1. Λόγον παρὰ λόγον ἀντικατατείνειν. His omnino similem usum habet παρὰ in isto Prov. Πορφύρα παρὰ πορφύραν κριτέα: sonant enim hæc verba, Purpura dijudicari debet comparata cum purpura. I. e. Ad dijudicandam purpuram, comparanda est cum alia. Erasm. tamen vertit, eod. alioqui sensu, Purpura juxta purpuram dijudicanda, s. ad purpuram. Idem in Annot. in Epist. ad Rom. c. 14. dicens παρὰ nonnunquam relationem habere, hæc Proverbialia verba profert. Sic autem et ap. Paul. παρὰ exp. Juxta, (ad Rom. 14, 5.) Ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, addens hunc esse sensum, Hic quidem existimat aliquid interesse inter diem et diem. Sed longe magis mihi probatur altera illa interpr., cujus supra memini, Æstimat diem præ die. Quo sensu et Hieron., Judicat diem plusquam diem. Sed comparationis signif. tribuitur alicubi huic præp. per se etiam positæ, i. e. nullum verbum adjunctum habenti, ut ap. Aristid. Ἐπιδεδωκυῖα αὐτὴ παρ' αὐτὴν, Augescens ipsa sibimet comparata.

Παρὰ, Pro, Prout. Nam et hanc posteriorem particulam alicubi aptissimam esse existimo ad exprimendam vim præpositionis παρά. At priore illa redditur in hoc Philonis loco, de Mundo, Παρὰ δὲ τὰ μεγέθη τῶν ἀπορρηγνυμένων θραυμάτων οἵ τε ὄγκοι μείζους αἵ τε καταφοραὶ γίγνονται βιαιότεραι, Pro fragmentorum magnitudine. Item in hoc Aristotelis, qui est itidem in l. de Mundo, Παρὰ τὰ τῶν διαστημάτων μήκη. Possis autem, ut opinor, in illo Philonis loco παρὰ τὰ μεγέθη, reddere, Pro differentia magnitudinis, s. diversitate, si ita loqui licet, vel Prout major minorve est magnitudo. Sic ap. Theophr. H. Pl. 6. de rosis, Τὸ δὲ ὅλον, ὥσπερ ἐλέχθη, ἡ εὐοσμία καὶ ἡ εὐχροια παρὰ τοὺς τόπους ἐστὶ, Pro locorum differentia, discrimine, Prout talis vel talis est locus, ita etc. Hic enim dissentio a Budæi interpr., quam habes p. 241. Itidem vero in illo Synesii l. quem paulo ante protuli, παρὰ τὰ χωρία dixi mihi videri posse verti, E locorum differentia, diversitate: Ὅτι καὶ παρὰ τὰ χωρία τὶ γίγνεται τοῖς ἀνθρώποις εἰς τὸ τυγχάνειν τε καὶ ἀποτυγχάνειν εὐμενοῦς θεοῦ. Nec vero mihi refragari videtur Bud., cum illa verba ita reddit, Neque in hoc illoque loco perinde mortalibus evenit, ut Deo aut præsente aut adverso utantur. Idem hunc ejusd. Synesii l., ubi similis vel potius idem est hujus præp. usus, Ἀλλ' ἐστὶν εὐτυχία παρὰ τὸν καιρὸν εὐτυχεστέρα, interpr. Refert autem quo quidque in loco feliciter cedat. Item, At vero locus ipse refert ad felicitatis cumulum. Hunc etiam Dioscoridis, Πρὸ πάντων δὲ φροντίζειν τῆς ἀποθέσεως καὶ συλλογῆς ἑκάστου κατὰ τοὺς οἰκείους καιροὺς προσήκει· παρὰ γὰρ δὴ τούτους ἢ ἐνεργεῖ ἢ ἐξίτηλα γίνεται τὰ φάρμακα, interpr. Adeo enim in colligendis et reponendis tempus interest, ut inde vel strenuam vim vel inertem accipiant. Ubi existimo reddi etiam posse apte, Ex horum enim differentia pendet vel efficacia etc. Nec alium esse hujus præp. usum existimo in illo Diogenis Apophthegmate, quo dixit homines μαίνεσθαι, Insanire, παρὰ δάκτυλον: adeo ut nullo modo Erasmi interpr. probare possim, reddentis Præter digitum.

Παρὰ interdum adhibetur ad significandum interjectum temporis spatium, s. ad significandam temporis intermissionem, Bud. afferens ex Aristot. παρὰ μῆνα τρίτον, pro Tertio quoque mense. Sic παρὰ

τετάρτην ἡμέραν ap. Polyb. Quarto quoque die. Sed et alia forma, sc. παρ' ἡμέρας πέντε, et παρ' ἡμέρας ἑπτὰ, Quinto vel Septimo quoque die. Idem ἡμέραν παρ' ἡμέραν reddit Alternis diebus, in isto Dem. loco, (1360.) Τὴν μὲν ἄνθρωπον ἐλευθέραν εἶναι, — συνεῖναι δ' ἑκατέρῳ ἡμέραν παρ' ἡμέραν: vultque sic accipi et ap. Paul. ad Rom. 14., cum tamen aliter potius exponi debere docuerim antea, ubi de ejus signif. disserui qua ponitur pro Præ. Dicitur vero et παρ' ἡμέραν, s. παρὰ μίαν ἡμέραν, aut etiam παρὰ μίαν, subaudiendo ἡμέραν, pro Alternis diebus. Sic παρ' ἐνιαυτὸν, Alternis annis. Neque de tempore tantum, inquit, hoc modo loquendi utuntur, sed etiam aliis de rebus interjectis: πληγὴν παρὰ πληγὴν, Aristoph. (B. 643.) pro Alternas plagas incutiens. Et ap. Lucian. (2, 275.) Ἡ δὲ ὄρχησις ἐφήβων τε καὶ παρθένων παρ' ἕνα χορευόντων, Adolescentium virginumque serie constat, per manus reste ducta alternantium. Sed hæc VERBA Παρ' ἕνα docet accipi aliquando et pro Uno minus, Uno demto, et quidem cum a Luciano, tum a Plut.: sic παρὰ γράμμα affertur ex Epigr. pro Demta litera. Antiphonti vero παρ' ἕνα ἄνθρωπον significare etiam Propter unum hominem. Vide plura p. 239. 240. 241. Item p. 242. ubi habes e Plut., Ἓν παρ' ἓν ἡμέραν καὶ νύκτα ποιῶν, pro Diem vicissim atque noctem faciens.

Παρὰ alios præterea usus habet, sed qui proponi soleant in ipsis loquendi generibus considerandi, non indicando quam in his, quam in illis signif. habeat: ut certe vix indicari seorsum potest. Sunt tamen ex illis nonnulla in quibus significationem hujus præp. παρὰ ad aliquam e præcedentibus reduci posse existimo. Verbi gratia, cum DICITUR Παρ' ὀλίγον, ITEM Παρὰ πολὺ, quod illi est oppositum: quorum utroque simul utitur Plato Apol. Socr. (25.) Ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον θαυμάζω ἑκατέρων τῶν ψήφων τὸν γεγονότα ἀριθμόν· οὐ γὰρ ᾤμην ἔγωγε οὕτω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι, ἀλλὰ παρὰ πολύ· νῦν δὲ, ὡς ἔοικεν, εἰ τρεῖς μόναι μετέπεσον τῶν ψήφων, ἀπεπεφεύγειν ἄν. Q. l. ita Bud. vertit, Multo vero ego magis sententiarum numerum in utramque partem miror. Neque enim existimabam parum abfore quo minus damnantium atque absolventium calculi adæquarent, sed multum vel plusculum abfuturum quin ego absolverer. Nunc vero, ut video, si tres tantum sententiæ in contrarium mutatæ fuissent, ego absolutus essem. Quibus subjungit, posse ita intelligi παρὰ πολὺ et in isto Greg. l. Εἰ μὲν τῆς ἀξίας ἐγγὺς, σὴ τοῦτο χάρις· σοὶ γὰρ θαῤῥῶν τὸν περὶ σοῦ λόγον ἐνεστησάμην· εἰ δὲ πόῤῥω καὶ παρὰ πολὺ τῆς ἐλπίδος, τί χρὴ παθεῖν, καὶ γήρᾳ καὶ νόσῳ καὶ τῷ σῷ πόθῳ τετρυχωμένους; ut sit, inquit, Et tantulum ab eo, quod speravimus, abfuimus: quam tamen interpr. loci Gregorii nullo probare modo possum, ut mox docebo. Dixerat vero antea, de hac præp. agens, Est autem hujus præp. usus multiplex ap. præcipuos Scriptt., et interdum pene contrarius, ut in παρὰ πολὺ, quod κατὰ πολὺ significat ap. Paus. et Thuc. et Plut.: Παρὰ πολὺ μὲν τῶν Θηβαίων χειρόνων, παρὰ πολὺ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων ἀμεινόνων φανέντων. Greg. Παρὰ πολὺ τῆς τάξεως ἐλαττουμένης, Valde immutato ordine. Interdum e contrario τὸ ἐπ' ἔλαττον signif. Τῆς παρὰ ἐλάττωσιν δηλούσης, h. e. ἐκτὸς πολλοῦ, quasi minuscule: ut ap. Eund. Εἰ δὲ πόῤῥω καὶ παρὰ πολὺ τῆς ἐλπίδος κ. τ. λ., i. e. Sin longe a meritis tuis dicendo abfuimus, et minus quam pro spe nostra successit oratio. Hæc ille: cui in eo non assentior, quod dicit παρὰ πολὺ significare non solum κατὰ πολὺ, sed etiam τὸ ἐπ' ἔλαττον, Minuscule, Tantulum, ut in illo Greg. l. interpr., cum secundo mentionem ejus facit. Existimo enim contra, Tantulum respondere non τῷ παρὰ πολὺ, sed τῷ παρ' ὀλίγον. Imo etiam non esset consentanea ceteris Gregorii verbis hæc interpr.; quomodo enim, ut cetera omittam, cum πόῤῥω hoc Tantulum convenire posset? Denique de παρὰ πολὺ ita sentio, minime duas contrarias signiff. habere, ut ille putavit, sed unicum significationis genus; at contrariam ei signif. habere παρ' ὀλίγον, quod sc. πολὺ et ὀλίγον soleant et alias opponi: παρὰ autem utrobique eand. vim obtinere, et quidem quæ sit ejusd. generis cum una ex illis de quibus supra disserui; exceptionem enim significare: sic tamen ut fatear, in omnibus exemplis non æque evidentem hanc signif. esse, atque adeo in nonnullis duriusculam videri posse: nisi παρὰ πολὺ et παρ' ὀλίγον in alia verba resolvantur. Exempli gratia, si ita loquar, παρ' ὀλίγον ἠτιμώθη, significabit, Parum abfuit quin ignominia notatus sit, ubi exceptionis signif. obscura est: at si ita loquar, παρ' ὀλίγας ψήφους ἠτιμώθη, ut dixit Dem. (743.) Παρ' ὀλίγας ψήφους ἠτιμώσατε, evidens vel potius evidentissima est: ita sc. interpretando, Paucis suffragiis exceptis infamia notatus est. Et q. d. Omnibus suffragiis præterquam paucis infamia notatus est. Denique si verbo Abesse uti libet, permittamus nobis, sicut παρ' ὀλίγον ἠτιμώθη reddimus Parum abfuit quin ignominia notatus sit, ita παρ' ὀλίγας ψήφους ἠτιμώθη, reddere Paucis suffragiis abfuit ab eo, ut ignominia notaretur: ut dicitur Paucorum mensium spatio abesse. Non dubium est autem, quin et ita loqui possit aliquis, οὐ παρ' ὀλίγας ψήφους ἠτιμώθη, ἀλλὰ παρὰ πολλὰς, vel κατεδικάσθη, Non paucis, sed multis suffragiis a damnatione abfuit: quod idem fuerit cum οὐ παρ' ὀλίγον, ἀλλὰ παρὰ πολὺ κατεδικάσθη. Sed durius tamen merito censeatur hic παρὰ πολὺ quam παρ' ὀλίγον. Sicut etiam minime novum videri potest παρ' ὀλίγον ἦλθε καταδικασθῆναι, quod de παρὰ πολὺ ἦλθε καταδικασθῆναι, haud itidem dici potest. At in illo Plat. l. eadem est τοῦ παρ' ὀλίγον, quæ τοῦ παρὰ πολὺ ratio, eodemque modo resolvi utrumque potest: ut sc. censeamus, Οὐ γὰρ ᾤμην ἔγωγε οὕτω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι (τὸν ἀριθμὸν τῶν ψήφων,) ἀλλὰ παρὰ πολὺ, perinde esse ac si dixisset, οὐ γὰρ ᾤμην ἑκατέρας τὰς ψήφους ἰσαρίθμους ἔσεσθαι παρ' ὀλίγας, ἀλλὰ παρὰ πολλάς. Hæc in præsentia habui, quæ dicerem de vi præp. παρὰ cum ὀλίγον et cum πολύ: e quibus etiam manifestum lectori fore puto non injuria me a Budæi interpr. in loco illo discessisse. Perpendat autem lector et quæ in Παρὰ τοσοῦτο ac Παρὰ μικρὸν de vi hujus præp. dixi, ac videat num malit quæ illic est, eandem et hic esse. Jungitur porro παρ' ὀλίγον interdum verbo ἐλθεῖν, cujus generis loquendi mentionem paulo ante feci, diciturque παρ' ὀλίγον ἦλθεν ἀποθανεῖν, pro Parum abfuit quin moreretur, Parum a morte abfuit. Sic, Παρ' ὀλίγον ἐλθὼν ἐκπεσεῖν ap. Plat. Epist. Cujus omnino formæ est ETIAM Παρ' ἐλάχιστον ἐλθεῖν: Plut. Pericle (28.) Παρ' ἐλάχιστον ἦλθε Σαμίων ἡ πόλις ἀφελέσθαι τῆς θαλάττης τὸ κράτος Ἀθηναίους, ubi videri possit ad h. Thuc. l. respexisse, non solum illud loquendi genus, sed et cetera habentem verba, 8, (76.) p. 286. Πόλιν τε γὰρ σφίσιν ὑπάρχειν Σάμον οὐκ ἀσθενῆ, ἀλλ' ἢ παρ' ἐλάχιστον ἦλθε τὸ Ἀθηναίων κράτος τῆς θαλάσσης, ὅτε ἐπολέμησεν, ἀφελέσθαι, Quæ parum abfuit quin eriperet, Quæ propemodum eripuit. Nam utroque modo interpretari possumus eod. sensu. Interdum sequente infin. pass., ut ap. Lucian. (2, 136.) Παρ' ὀλίγον ἐλθοῦσα κατενεχθῆναι. Nihil autem est aliud παρ' ὀλίγον ἐλθοῦσα κατενεχθῆναι quam παρ' ὀλίγον κατενεχθεῖσα, sicut παρ' ὀλίγον ἦλθεν ἀποθανεῖν, nihil aliud quam παρ' ὀλίγον ἀπέθανεν. || Sed est ubi παρ' ὀλίγον neutram harum interprr. admittit, siquidem sequentia ad verbum interpretari velis, non autem orationis formam mutare: ut cum dicit Eur., παρ' ὀλίγον ἀπέφυγες ὄλεθρον: nam si reddas, Propemodum evitasti interitum, Parum abfuit quin vitaris interitum, sensus plane fuerit contrarius: cum παρ' ὀλίγον ἀπέφυγες ὄλεθρον, nihil aliud sit quam παρ' ὀλίγον ἦλθες ὀλέσθαι, Propemodum interiisti, Parum abfuit quin interires. Sic autem et Thuc. junxit verbo διαφεύγειν, quod idem valet: 8, (71.) p. 258. Ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆγον· ἀεὶ γὰρ παρ' ὀλίγον ἢ διέφευγον, ἢ ἀπώλλυντο, Assidue namque exiguum intra spatium aut fugiebant, aut trucidabantur, Valla. Quæ ego ita reddi ut antea non probavi, cum illam ejus interpr. edidi, ita nec in præsentia probare queo, imo aperte mendosam esse dico. Sic tamen ut non omnino stem iis quæ in margine annotavi e regione illius loci, repetens sc. παρ' ὀλίγον cum ἀπώλλυντο: sed plane existimem παρ' ὀλίγον trajectum esse, atque ad διέφευγον pertinere, perinde

ac si dictum fuisset, ἀεὶ γὰρ ἢ διέφευγον παρ' ὀλίγον, A
ἢ ἀπώλλυντο: nihilque aliud significare διαφεύγειν
παρ' ὀλίγον, quam quod dicit Eur. παρ' ὀλίγον ἀποφεύγειν ὄλεθρον. Est igitur hic sensus, Aut parum aberant a morte, extremum adeuntes vitæ periculum, aut etiam moriebantur. Quod Gallice dixeris, Ou ils demeuroient en la place, ou ils l'échappoient belle. At vero is qui Gallice reddidit, quem Lascaris juvisse fertur, ita vertit, Pour bien petite occasion se sauvoient, ou étoient défaits. Sed παρ' ὀλίγον accipiendo pro Levi occasione, id enim sonat Pour bien petite occasion, nec sensum idoneum haberemus, nec signif. daremus illis verbis, quam ullo posse confirmari exemplo putem. Sed quid tandem significabit hic παρ' ὀλίγον διέφευγον, si ad verbum interpretari oporteat? aut saltem si verbi διέφευγον signif. exprimenda sit? Crediderim ita posse reddi, Evadebant cum alioqui parum a morte abfuissent. Et hæc quidem hactenus, quæ fortassis improbanda non fuerint, dum alius meliora excogitarit. Ceterum invenitur etiam SCRIPTUM Παρολίγον, una voce. B
Quod et de altero intelligendum est, quod huic oppositum esse dixi: nam alicubi LEGITUR Παραπολὺ conjunctim. Habetur certe utraque scriptura et in VV. LL. Ibi enim affertur παραπολὺ χείρων, pro Multo deterior, s. Longe deterior; sed et disjunctim παρὰ πολὺ e Diosc., cum comparativo itidem, Παρὰ πολὺ ἐλάττων. Et παραπολὺ δεινότατον, ex Aristoph. Πλ. (445.) δεινότατον ἔργον παραπολὺ Ἔργων ἁπάντων ἐργασόμεθα. Item cum gen. e Philostr. Her. pro Longe, i. e. Procul, Οὐ παραπολὺ τῆς ἀληθείας ταυτά φησιν εἰρῆσθαι, Non procul a veritate.

Ut vero dicitur παρὰ πολὺ s. παραπολὺ conjunctim pro Multo, ITIDEM Παρὰ τοσοῦτον SIVE παρατοσοῦτον pro Tanto, Usqueadeo. Greg. Οὐκ αἰσχυνόμεθα, βασιλεῦ, παρὰ τοσοῦτον ἡττώμενοι τῶν Χριστιανῶν; Non pudet nos tanto Christianis esse inferiores? Usqueadeo esse inferiores. Plut. in Cic. Παρὰ τοσοῦτον τῷ λόγῳ κρατηθέντας ὑπ' αὐτοῦ, Usqueadeo dicendo ab eo victos se intelligebant. || Sed aliam etiam habet signif. παρὰ τοσοῦτον, obtinente sc. præp. παρὰ C
eund. usum quem et in Παρὰ μικρόν: quod quidem Παρὰ μικρὸν persuasum habeo respondere ad verbum nostro A peu près, significanti itidem Propemodum. Eadem autem ratione παρὰ τοσοῦτον significabit A cela près. Sic et supra παρὰ τοῦτο ap. Dem. dixi mihi videri sonare, A cela près. Cum enim loquimur Ils étoient les plus forts à cela près, significamus Il ne s'en falloit que cela qu'ils ne fussent les plus forts. Adjungitur autem et hic verbum ἐλθεῖν, Thuc. 3, (49.) Παρὰ τοσοῦτον μὲν ἡ Μιτυλήνη ἦλθε κινδύνου, Tantulum abfuit quin Mitylene everteretur, Bud. Ego vero ut Gallice ad verbum reddi posse existimo, Elle vint à cela près du danger, vel à tant près du danger, aut alia constr., Elle vint en danger à cela près, sic Latine ita potius verterim, Tam prope a periculo abfuit Mitylene. Est autem eodem usus loquendi genere Thuc. 7. Παρὰ τοσοῦτον μὲν αἱ Συράκουσαι ἦλθον κινδύνου. Ideo autem hanc vim præpositioni παρὰ inesse hic adducor ut credam, non solum quod παρὰ nonnunquam ἐγγύτητα declaret, sed et D
quod ADV. Ἐγγὺς, Prope, sic usurpari videam: ut et tibi manifestum fiet exemplis quæ suo loco protuli, sc. T. 1. c. 886.: quibus exemplis addere et hoc potes e Synesio, Ἡ δὲ ναῦς ἐγγὺς ἦλθεν ἐπὶ πρύμναν ἀνατετράφθαι. Non ignoro interim, fore aliquos qui unum idemque valere παρὰ non solum in his ac nonnullis sequentibus formulis, sed et in superioribus illis παρ' ὀλίγον et παρὰ πολὺ, existimaturi sint: quibus ego non valde repugnabo, sic tamen ut facilius illa, quam hic tribuo præpositioni παρὰ, signif. accommodari posse videatur superioribus exemplis, quam superior illa istis. Sed hac de re non vacat pluribus disserere; ac certe ad sternendam aliis viam hæc possunt esse satis. Usum igitur horum loquendi generum exemplis declarare contentus, pergam primum de παρὰ τοσοῦτον agere. Affertur et hoc exemplum ejusd. constr. e Greg. Naz. Μὴ παρὰ τοσοῦτον ἔλθωμεν τῆς ἰσότητος θείας, pro Ne tantum absit quin accedamus ad æqualitatem divinam, Ne minus accedamus ad æqualitatem divinam. Alia autem forma dicitur ab Herodiano, Παρὰ τοσοῦτον μὲν δὴ Μακρῖνος οὐκ ἔφυγε τοὺς διώκοντας: quod Polit. vertit, Tantum igitur abfuit Macrinus, quo minus persecutores effugeret. Bud. autem, Tantulum modo abfuit, quin evaderet eos qui eum petebant. H. e. Pene evasit. Observa autem addi hic negationem, cum Lucian. dixerit absque negatione, Παρὰ τοσοῦτον ἦλθε διαφυγεῖν, pro Tantum abfuit ut effugerit, παρατοσοῦτον: nam et hoc modo scribitur. E Thuc. autem citatur, Παρατοσοῦτον αὐτῷ μὴ περιπεσεῖν τοῖς Ἀθηναίοις, pro Parum abfuit quin incideret in Athenienses. Nisi potius reddi debet, Tantum abfuit, Tantulum modo abfuit, ut in illo Herodiani l. HUIC RESPONDET Παρ' ὅσον SEU Παρόσον: Greg. Naz. Παρὰ τοσοῦτον ἑκάτεροι οὐκ ἔχων τὰ πρῶτα τῶν ἐπὶ γῆς, παρ' ὅσον ὑπ' ἀλλήλων εἰς τὸ πρωτεῖον ἐκωλύοντο, Cum interim uterque a prima sorte terrenæ beatitatis tantum abesset, quantum uterque utrique obstabat quominus primas partes ferret. Et in alio Ejusd. l. Καὶ ὄμβροις καὶ ταραχαῖς ἀνέμων ταλαιπωρούμενοι, παρὰ τοσοῦτον καὶ συμπατούμενοι παρ' ὅσον καὶ ψαύειν αὐτῶν βδελυσσόμεθα, Nihilque propius fit quam ut a nobis pedibus conculcentur, nisi quatenus eorum contagionem formidamus, Bud. At vero ap. Aristidem Παρὰ τοσοῦτον οὐ πάσας ναῦς λαμβάνουσι παρ' ὅσας διέφθειραν redditur, ut antea docui, Omnes naves accipiunt præterquam quas destruxerunt. Apud Herodian. autem legitur παρ' ὅσον præcedente παρὰ τοῦτο, ut ostendi supra, cum agerem de παρὰ, Propter. Ceterum ut in posteriore illo Greg. l. παρ' ὅσον redditur a Bud. Quatenus, ita et alibi reddi sciendum est, ubi illud παρὰ τοσοῦτον minime præcedit, ut ap. Lucian. (1, 558.) Ἐν δὲ πλέον οἶδεν, παρ' ὅσον ἀσεβέστερος τυγχάνει. Sic et ap. Plut. Quinetiam pro Quoniam et Propterea quod: sicut et Quatenus ap. Lat.: qua de re consule Bud. 245.

Legitur ETIAM Παρ' οὐδὲν ἦλθεν, ut παρ' ὀλίγον ἦλθεν, et παρὰ τοσοῦτον ἦλθεν: sed signif. eadem quam habet illud, non hoc: nisi quod παρ' οὐδὲν ἦλθεν aliquid amplius significat quam παρ' ὀλίγον ἦλθεν: idenque redditur Nihil propius factum est quam ut. Vide Bud. 244. ex Æschine et Plut. Habet autem et alium usum παρ' οὐδὲν, de quo dixi in Παρὰ, Propter. Antequam autem ad tertium usum hujus παρ' οὐδὲν veniam, dicam ET DE Παρὰ μικρόν, SIVE Παραμικρόν, quod et ipsum eidem verbo jungitur, ac potius synonymum est τῷ παρ' ὀλίγον, quam præcedens illud παρ' οὐδέν. Isocr. Παρὰ μικρὸν ἦλθον ἀποθανεῖν, Parum abfuit quin interierim; sed scribitur et παραμικρὸν conjunctim. Sic Chrys. de Sacerd. Παρὰ μικρὸν ἦλθεν ἀποθανεῖν, εἰ μὴ ἡ τοῦ ἀδελφοῦ προστασία ἔλυσε τοῦ θεοῦ τὴν ὀργήν. Et cum infin. pass. ap. Isocr. Areop. rursum, Παρὰ μικρὸν ἤλθομεν ἐξανδραποδισθῆναι. Jungit vero et verbo ἐδέησα, quod observandum est, ut, Παρὰ μικρὸν ἐδέησα ἀποθανεῖν ἄκριτος: quod nihil aliud est quam παρὰ μικρὸν ἦλθον. Sed ut dicitur, Παρὰ μικρὸν ἦλθον ἀποθανεῖν, vel ἐδέησα, sic etiam παρὰ μικρὸν ἀπέθανον, brevius: alioqui ead. signif., cum hic παρὰ μικρὸν, s. παραμικρὸν sit illud cujus et antea mentionem feci, docens significare Propemodum, ac plane videri respondere Gallico A peu près. Lucian. Καὶ παρὰ μικρὸν ὅλον εἶχέ με, Et me propemodum totum detinebat, vel Ferme totum. Ubi fortasse non æque aptum locum habere possit illa per verbum ἐλθεῖν periphrasis. Signif. vero παρὰ μικρὸν et Paulo: sicut παρὰ τοσοῦτον Tanto, ut ap. Lucian. (1, 712.) Οὐ παρὰ μικρὸν ἀτοπώτερον, Haud paulo absurdius. Alii tamen, Haud paulo minus absurdum. Et ex Aristide, Οὐ παρὰ μικρὸν ἐνίκων, pro Haud paulo superiores erant, Multo superiores erant. At Bud. παρὰ μικρὸν exp. Perpaulo, in Plut. Demetrio, Ὧν ἐκεῖνος οὐ παρὰ μικρὸν ἐνόμιζεν ἑαυτὸν εἶναι βελτίονα, Non perpaulo meliorem, sed plane meliorem. In quodam vero Isocr. l. (Paneg. 15.) Οὐ παρὰ μικρὸν ἐποίησαν, reddit, Non perparum profecerunt, dicens παρὰ μικρὸν, esse minus quam μικρόν. Vide p. 245. Sciendum est porro in multis hujusmodi ll. inveniri conjunctim scriptum: quæ scriptura mihi non displicet, at vero cum addi-

tur ἦλθον, s. ἐδέησα, tum malim disjunctim scribere. A

ΠΑΝΥ, adv. Omnino, Prorsus. Ideo autem primam huic adverbio istam signif. tribuo, quod sicut Omnino ab Omnis, sic πάνυ a πᾶν deductum, et ex eo factum existimem. Non enim debere cuiquam scrupulum afferre syllabam παν hic correptam, satis liquet ex iis quæ de eadem in Πάμπαν docui. Hanc autem adverbii πάνυ signif. cum in aliis ll., tum in hoc Aristoph. manifestam esse puto: N. (733.) ΣΩ. Ἔχεις τί; ΣΤΡ. Μὰ Δί', οὐ δῆτ' ἔγω γ'. ΣΩ. Οὐδὲν πάνυ; Hic enim οὐδὲν πάνυ non video quomodo aptius reddi possit quam Nihilne omnino? vel, Nihilne prorsus? Nec dubium est quin eand. signif. habeat et in (901.) οὐδὲ γὰρ εἶναι Πάνυ φημὶ δίκην, Omnino nego. Sic autem et ap. Thuc. et Herodian. observavi positum. In VV. LL. ex Aristoph. affertur et πάνυ μανθάνω, pro Prorsus intelligo. Ibid. πάνυ junctum cum σφόδρα eodem exp. modo: Plato Apol. (14.) Π. σφόδρα ταῦτα λέγω. Hæc omnino dico. Sciendum est autem, sicut πάνυ cum σφόδρα hic jungitur, sic Omnino et Prorsus copulata inveniri, in paulum diverso tamen loquendi genere. Possis autem πάνυ ita interpretari et ubi concedentis est cum affirmatione: qui frequens est ejus usus. Aristoph. Πλ. (393.) ΒΛ. Παρά σοι. ΧΡ. Πάνυ. Sed additam utplurimum habet particulam γε, aut particulas μὲν et οὖν: dicitur enim πάνυγε, vel πάνυ μὲν οὖν, ab eo qui respondet, concedens aliquid cum affirmatione. Plato Alcib. (1. §. 5.) Καὶ τότε ὁπότε βέλτιον; Πάνυγε. Paulo post, Οὐκοῦν καὶ τότε ὅτε βέλτιον; Πάνυγε. Ibid. ναὶ eadem signif. dicit. Idem in Euthyphr. Ἆρ' οὐχ οὕτω; Πάνυγε. Sed et καὶ πάνυ γε ap. eum legitur, ubi observa eund. usum PARTICULÆ Καί, quem habet ante μάλα, cum dicitur καὶ μάλα, ut in Charmide, Τί οὖν, ἔφην, οὐκ ἀπεδύσαμεν αὐτοῦ αὐτὸ τοῦτο κ. τ. λ. Καὶ πάνυ γε, ἔφη ὁ Κριτίας. Item πάνυ μὲν οὖν ap. Eund. cum in aliis plerisque ll., tum hoc, Ὑπηρετητικὴ μὲν ἄν, ὡς ἔοικεν, εἴη θεοῖς. Πάνυ μὲν οὖν. Hoc Cicero, inquit Bud., in 2 Tusc. et in Partt. Sane quidem dixit, et Prorsus. Sæpe autem hæc ap. Xen. quoque sunt obvia. Sed hoc addo iis quæ ille de πάνυ μὲν οὖν scribit, inveniri interdum has voculas non per se positas in responsione, sed aliis verbis conjunctas, ut ap. eund. Plat. Phædro, cum dixisset Socrates, Ἀτάρ, ὦ φίλε Φαῖδρε, δοκῶ τί σοι ὥσπερ ἐμαυτῷ θεῖον πάθος πεπονθέναι; addo autem θεῖον e vet. Cod., respondet Phædrus, πάνυ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες, παρὰ τὸ εἰωθὸς εὔροιά τις σε εἴληφε. Sic πάνυ μὲν ap. Lucian. (1, 187.) ubi dicenti Socrati, Οὐκοῦν ἀσπασαμένοις τὴν ἀλκυόνα, προάγειν ἤδη πρὸς ἄστυ καιρὸς ἐκ τοῦ Φαληρικοῦ: respondet Chærephon, Πάνυ μὲν ποιῶμεν οὕτως. Ubi etiam observa πάνυ μὲν responderi, quamvis præcedens sermo interrogativus non sit. His porro locis aptius fuerit Omnino s. Prorsus, quam Admodum: quo alioqui possumus in illis prioribus ll. uti, et quidem alteram hujus adverbii signif. exprimendo: cum enim πάνυ significet etiam Admodum, et Valde, quemadmodum Lat. suum illud adv. Admodum responsioni concedentis simul et affirmantis adhibent, ita dicere possumus Græcos in ll. illis hanc suo πάνυ signif. dare. Quod si dicamus, pro nobis faciet μάλα, necnon σφόδρα, quæ cum proprie Valde s. Admodum significent, illum itidem usum habent; legimus enim sæpe cum ap. alios, tum ap. Plat., in responsione concedentis cum affirmatione, Καὶ μάλα, et Καὶ σφόδρα γε, et Κομιδῇ μὲν οὖν. Sin vero πάνυ in ll. illis sonare Omnino et Prorsus, malimus, id particulis παντάπασι et πάντως, necnon παντελῶς confirmabimus, quæ eund. illum usum habent, cum alioqui proprie sonent Omnino, Prorsus. Ceterum quantum attinet ad πάνυ, quod est concedentis cum affirmatione, sciendum est annotari etiam contra, πάνυ junctum cum ADV. Καλῶς, esse renuentis, ap. Aristoph. Sed in hoc loquendi genere rationem adverbii καλῶς duntaxat habendam existimo, ut πάνυ duntaxat augeat, et πάνυ καλῶς perinde sit ac si diceretur κάλλιστα: idque ironice, eod. plane modo quo vulgus nostrate dicit, Et de belles. Sed VV. LL. in Πάνυ magno errore scriptum habent πάνυ κακῶς, pro πάνυ καλῶς.

Πάνυ sonat etiam, ut modo dixi, Valde, Admodum, Magnopere: ut πάνυ χαίρω, Valde gaudeo: et πάνυ ἄχθομαι, Valde mœstus sum. Sæpe vero cum πολὺς, et πολλάκις: et cum μακρός: itidemque

cum *μικρὸς*, et *ὀλίγος*, ac similibus: ut, Π. *πολλῆς τοῦτο δεῖται δαπάνης.* Xen. autem usus est et cum *πολὺ* posito adverbialiter cum compar., K. Π. 2, (4, 17.) *Ἐὰν μὴ πάνυ πολὺ ἐλάσσων ἡ ὁδὸς ᾖ.* Invenitur alioqui *πάνυ* cum compar., etiam non interjecta particula: ut ap. Aristot. *οὐ πάνυ πιστότερα ἐρεῖ.* Plato Phædro, Π. *μακρὸν ποιησάμενος σύγγραμμα*: Aristoph. Πλ. (377.) *ἐγώ σοι τοῦτ' ἀπὸ σμικροῦ πάνυ Ἐθέλω διαπρᾶξαι.* Xen. in principio Pædiæ, *Καὶ πάνυ ὀλίγους.* Et cum adv.: ut *πάνυ πολλάκις*, Plut. *περὶ Δυσωπίας.* Et *ταχὺ πάνυ* in eadem illa Aristoph. Comœdia (57.) *λέγειν χρὴ ταχὺ πάνυ.* Thuc. 8, (38.) *Καὶ ἄλλως ἐν σφίσιν αὐτοῖς οὐ πάνυ εὖ διακείμενοι.* Observa autem in duobus illis ll. Arist. postponi: itidemque ap. Plat. Apol. (6.) *Ἔπειτα μόλις πάνυ ἐπὶ ζήτησιν αὐτοῦ ἐτραπόμην.* Sic autem et ap. alios frequenter. Invenitur vero et procul sejunctum a suo adverbio: ut in hoc Aristoph. versu in eadem illa Comœdia (198.) *Εὖ τοι λέγειν ἔμοιγε φαίνεσθον πάνυ*, pro *εὖ πάνυ.* Sæpe autem jungitur negativæ particulæ *οὐ*, interdum et *μή*: *Οὐ πάνυ προσίεμαι*, Xen. Interdum vero *οὐ πάνυ* et *οὐ πάνυ τι* sic dicitur ut a Cic. Non magnopere, illic vacante propemodum particula *πάνυ*, sicut hic particulà Magnopere. Tale est autem ADV. *Ὀλίγον*, et quidem conveniens cum Lat. Parum pro Non: Ovid. Quodque parum novit, nemo docere potest. Sic cum dico *ὀλίγον μοι μέλει*, perinde est ac si dicerem *οὐ πάνυ μέλει μοι*, pro *οὐ μέλει μοι*: et Lat. Parum curo, perinde ac si dicerem Non magnopere curo, pro Non curo. Xen. K. Π. 1, (6, 18.) p. 19. meæ Ed., *Οὔτε ζημίαις πάνυ τι θέλουσιν εἴκειν, οὔτε δώροις ἐπαίρεσθαι*: ita enim scr. ibi existimo potius quam *πάνυ τοι*: sicut dixi in principio Annotationum quas editioni illi subjunxi: afferens ex Eod. ETIAM *Μηδέν τι πάνυ*: Ἑλλ. 5, (4, 45.) *Ἔφυγον μηδέν τι πάνυ διωκόμενοι*, ubi quin *τὶ* scriptum ab Auctore fuerit, *μηδέν τι πάνυ* dicente pro *οὐ πάνυ τι*, dubitare fas non est. SED *Οὐδέν τι πάνυ* quædam exempl. habere, ibid. admonui: nihil autem esse inter hanc et illam lectionem discriminis satis constat. Dem. *Οὐ πάνυ τι ἠνώχλουν αὐτῷ*: scribitur et CONJUNCTIM *Πάνυτι*, SICUT *Πάνυτοι.* Herodian. 5, (2, 11.) *Ἅπερ ὁρῶντες οἱ στρατιῶται οὐ πάνυ τι ἀπεδέχοντο.* || Sed *οὐ πάνυ τι* a Bud. exp. etiam Non ferme, in Dem. (1347.) *Ἡ μὲν γὰρ οὐσία οὐδὲ τριῶν ταλάντων πάνυ τι ἦν.* Observavi certe et ap. Aristot. pro Non ferme, Haud ferme, ea sc. signif. qua dixit Cic., Sapientis cogitatio non ferme ad investigandum adhibet advocatos. Apud Terent. autem, Fidelem haud ferme mulieri invenias virum, Ferme a Donato exp. Facile.

Πάνυ articulo jungitur interdum, eadem forma qua jungi videmus *ἄγαν*: et dicitur *ὁ πάνυ*, significando emphasin et celebritatem nominis, Bud. afferens e Xen. Ἀπ. 3, (5, 1.) *Περικλεῖ δέ ποτε τῷ τοῦ πάνυ Περικλέους υἱῷ διαλεγόμενος.* Exp. certe *ὁ πάνυ*, Celebris, Illustris, Nobilis; sed malim, Celebris vel Illustris ille etc. Lucian. (1, 563.) *Ἠλέκτραν μὲν ἐκείνην τὴν πάνυ, τὴν Ἀγαμέμνονος.* Greg. de Joanne, *Ἰωάννην τὸν πάνυ*, Athen. 222 (=537.) *Περὶ δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ πάνυ τρυφῆς*, ubi *τοῦ πάνυ* Bud. aliud non esse dicit quam *τοῦ μεγάλου.* Eodemque modo Greg. dixisse non solum *Ἀλέξανδρον τὸν πάνυ*, sed et *Κωνσταντῖνον τὸν πάνυ*, scribentem, *Ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ πάνυ*, pro Tempore magni Constantini. Apud Lucian. autem redditur Summus, in Icaromenippo, *Ἐγώ σοι παρ' αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ πάνυ Διὸς ἥκω τήμερον.* Sed quamvis in VV. LL. et alibi afferantur exempla harum vocum *ὁ πάνυ* junctarum cum nomine proprio, sciendum est tamen et aliis junctas inveniri, et quidem non solum nominibus appellativis personarum, i. e. nominibus quæ personis tribuuntur, sive illarum artem, aut aliquam scientiam, sive munus et functionem declarantia, sed et nominibus rerum. Athen. 132. *Φιλόσοφος δὲ ἦν τῶν πάνυ Αἰσχύλος.* Sic ap. Thuc. legimus, *Τῶν πάνυ στρατηγῶν*, 8, (89.) Ibid. *Τοῖς πάνυ τῶν στρατιωτῶν*, initio libri, ubi existimo *τοὺς πάνυ στρατιώτας* vocari Primarios, Præcipuos, Præcipui nominis. || Bud. certe *ἐν τοῖς πάνυ*, sicut *ἐν τοῖς μάλιστα*, pro In primis poni tradit, in Vita Isocratis. Exemplum autem tertii usus habes ap. Athen. 215. *Οἱ καὶ τῶν Ὀλυμπίων τὸν πάνυ ἀγῶνα ἀμαυρῶσαι ἐθελήσαντες*, ubi reddere potes Celebrem illum, vel Nobilem illum. [" Valck. ad Phalar. p. xvii. Porson. Hec. p. 53. Ed. 2. Lucian. 2, 194. Cum superl., Athen. 22. Abresch. Lectt. Aristæn. 283. Markl. Suppl. 246. Heyn. Hom. 4, 256. Boeckh. de Metr. Pind. 237. Conf. c. *πάντη*, ad Lucian. 2, 228.: cum *τανῦν*, Schneid. ad Xen. Mem. 187. Ed. 3. *Πάνυ* trajectum, Heind. ad Plat. Hipp. 126. 360. Apol. 175. Xen. Œc. 7, 3. Polyb. 2, 131. *Ὁ πάνυ*, ad Xen. Mem. 3, 5, 1. *Οὐ π.*, Alciphr. 122. Wakef. S. Cr. 4, 67. Ind. ad Plat. 4 Diall. Biest. v. *Οὐ*, Lucian. 3, 234. Dionys. H. 1, 585. Plato Phædro 193. Heind., Xen. Œc. 7, 1. Schneid. p. 41. Simon. Dial. 59. *Οὐ π. τοι*, Heind. ad Plat. Lys. p. 6. *Οὐ π. τι*, 7. Fischer. ad Euthyphr. p. 8. ad Weller. Gr. Gr. 2, 133. Artemid. 358. 383. Reiff., Dionys. H. 5, 261. *Οὐ γὰρ πάνυ, ἔφη, τί*—, Plato 1. p. 111. Bekk. Π. *οὐ*, Heind. ad Plat. Theæt. 328. *Μὴ π.*, Callim. 1, 429. *Μὴ π. τι*, Heind. ad Plat. Phædr. 310. *Μὴ π. τοι*, Schol. Apoll. Rh. p. 293. Π. *τι*, 261. Zeun. ad Xen. K. Π. 122. ad Lucian. 1, 476. 477. 506. 812. Π. *που*, Boiss. Philostr. 319. Π. *πολὺ*, Plato Charm. 69. Π. *πλέον*, Hipp. 126. ubi falli videtur Heind. cf. p. 360. Π. *μὲν οὖν*, ibid. 124. Π. *σπουδῇ*, Wolf. ad Demosth. c. Lept. 321. Valck. ad Phalar. p. xvii. Π. *σφόδρα*, Zeun. ad Xen. K. Π. p. 7. Musgr. ad Hec. 489. Lennep. ad Phal. p. 7. T. H. ad Plutum p. 253. *Ἐν τοῖς π.*, Dionys. H. 1, 49. 167. *Πολλοῖς π.*, Dionys. H. 2, 1174. * *Πανυήλιξ*, Jacobs. Anth. 12, 425. ad Charit. 217. * *Πάμπανυ*, Crus. ad Suet. 370." Schæf. Mss. Dio Cass. 590.]

" *Πάγχυ*, adv. poët. Omnino, Penitus, Il. T. (343.) " *Ἦ νύτοι οὐκέτι πάγχυ μετὰ φρεσὶ μέμβλετ' Ἀχιλ-* " *λεύς*: Od. O. (326.) *πάγχυ λιλαίεαι αὐτόθ' ὀλέσθαι.*" [" Bibl. Crit. 3, 1. p. 100. Koppiers. Obs. 145. Jacobs. Anim. 305. Anth. 7, 238. Exerc. 2, 167. *Οὐκέτι π.*, Il. N. 747. *Οὔπω μάλα π.*, Ξ. 143. Heyn. Hom. 6, 652. * *Πάγχι*, Gesner. Ind. Orph." Schæf. Mss. * *Πάγχη*, Alex. Æt. Fr. 4. ap. Anal. 1, 419. ubi tamen Brunck. rescripsit *πάγχυ.*] " *Ἐπιπάγχυ*, " Omnino, Penitus, i. q. *πάγχυ*: nisi dicamus præp. " *ἐπὶ* esse epitaticam: ut *ἐπιπάγχυ* valeat i. q. *μάλα* " *πάγχυ.*" [Lobeck. Phryn. 48. " Const. Manass. Chron. p. 104." Boiss. Mss. Ad Hesiod. *Ἔργ.* 262.]

ΠΑΣΣΩ, VEL *Πάττω*, Inspergo, Conspergo: ut cum aliquid sale vel alia re conspergimus. Unde *Ἁλίπαστος*, Sale conspersus. Dicitur tamen per gen. ab Hom. Il. I. (214.) *Πάσσε δ' ἁλὸς θείοιο*, ubi quamvis reddatur Sale conspergebat, malim Salem inspergebat; nec enim dubium est quin *πάσσειν ἁλὸς*, ea dicatur forma qua *πίνειν οἴνου*, et *φαγεῖν ἄρτου*, multque alia hujusmodi: nam et Auctor brevium Scholl. *πάσσε δ' ἁλὸς* resolvit in accus. cum dat. dicens, *ἔπασσε τὰ κρέα ἁλσί.* Itidemque cum dat. ap. LXX. Interpr., *τῷ χοῒ πάσσων*, malim verbo Conspergere reddere, dicens Pulvere conspergens, aspergens, non Pulverem spargens. Quod tamen verbum habent VV. LL., in quibus *τῷ χοῒ πάσσων* redditur Terram spargens. Sic igitur sentio, cum dicitur *πάσσειν τὰ κρέα ἁλσὶ*, esse Conspergere carnes sale, itidemque *πάσσειν χοῒ* esse Conspergere pulvere, s. potius Aspergere pulvere, eodemque cum aliis datt. modo: ut *πάττειν χρυσῷ* et *πάττειν ῥόδοις*, Aristoph. Πλ. (912.) *Χρυσῷ πάττων μ' οὐ γιγνώσκεις*: et (1330.) *πάττε πολλοῖς τοῖς ῥόδοις.* At *πάσσειν ἁλὸς* s. *ἁλῶν τοῖς κρέασι*, Inspergere carnibus salem, (proprie autem q. d. aliquid salis.) Non ignoro interim, afferri e Gal. *Προσπάττειν λουτρὰ ἁλῶν*, cum potius dicendum esset *προσπάττειν λουτρὰ ἁλσὶ*, vel *προσπάττειν ἁλῶν λουτροῖς.* Quo fit ut locum illum vel mendosum esse suspicer, vel constructione quadam huic loquendi generi peculiari, et ex illo Hom. loco tracta, ut quasdum alias ab eo manasse constat, positum esse gen. pro dat. In VV. LL. e Luciano (2, 927.) *Κόνις ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πάσσεται*, pro Pulvis per caput spargitur. Et *πάττεται ἐπὶ τὸ δῆγμα*, Morsui inspergitur. Exp.

autem πάσσω et verbo ἐπιβάλλω, Superjicio: de qua exp. dicam in Ἐπιπάσσω. [3 Macc. 1, 18. Σποδῷ καὶ κόνει τὰς κόμας πασάμεναι, Cinerem et pulverem in comas suas spargentes.] || Πάσσειν non solum est ἐπιτιθέναι ἅλας πρὸς ταριχείαν, sed et ποικίλλειν, unde παστὰς, Eust. 1399. Idem p. 393. in istud hemistichium Homeri, πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους, scribit ex hoc ἐνέπασσεν factam esse nuptialem παστάδα. Addens, E tali autem πάσσειν, nam hic simplici utitur, dictus est ὁ τοῖς ἄνθεσι κατάπαστος νικητής. Videtur autem, inquit, dictum esse hoc πάσσειν ad similitudinem alterius πάσσειν: ut, πάσσε δ' ἁλὸς θείοιο: unde et ἁλίπαστον. Dicam autem de illa signif. et in comp. Ἐμπάσσω. [" Ad Herod. 141. 170. ad Diod. S. 1, 101. ad Charit. 551. T. H. ad Plutum p. 97. Jacobs. Anth. 11, 212. 12, 126. Heyn. Hom. 4, 599. 5, 169. 575. 8, 339. De fut., ad Il. P. 564. Variego, Ruhnk. Ep. Cr. 197. Bibl. Crit. 2, 4. p. 24. Χρυσῷ πάττειν, Kuster. Aristoph. 60." Schæf. Mss. Πέπαστο, Hesychio ἐπεπλήρωτο. Longi Pastor. 1. p. 12. Χώματος καὶ πηλοῦ πέπαστο καὶ τὰς κόμας καὶ τὸ ἄλλο σῶμα, Apoll. Rh. 1, 729. δαίδαλα πόλλ' ἐπέπαστο.] " Παστία, Spar" genda: item Spargendum, Aristoph." [Eip. 1074.] Πάσμα, vide Διάπασμα. [" Alex. Trall. p. 190. Suid. 2, 392. " Heyn. Hom. 4, 599." Schæf. Mss.] Παστὸς, Conspersus. Sed in compositione potius, ut ἁλίπαστος, Sale conspersus. A Schol. Aristoph. Φάρμακον παστὸν exp. τὸ πασσόμενον: ut certe videmus Hom. dixisse ἐπί τ' ἤπια φάρμακα πάσσειν. Eudemus ap. Athen. (371.) tria esse τεύτλων genera scribit, παστὸν, καυλωτὸν, λευκὸν, πάνδημον. Ælius Dionysius ap. Eust. παστὰ esse ait ἔτνος ἀλφίτοις μεμιγμένον, et ἐπίπαστα dici αὐτὰ τὰ ἄλφιτα. Apud Hes. scriptum est paroxytone πάστα, qui aliam quoque signif. affert, quam ap. eum vide. " Πάστα, Hesy" chio Edulium e caseo non salso, similagine et se" samo confectum. Alii esse volunt Pulmentum e " leguminibus, mixtum farina, teste Eod. Forsan " παρὰ το πάσσεσθαι, Quod farina conspergeretur. " Vide Πάστη." || Παστὸς autem, quod est ab altera verbi πάσσω signif., vide cum Παστὰς, quod proxime sequitur. [" Valck. ad Theocr. x. Id. p. 132. Schol. Aristoph. Πλ. 717. Heyn. Hom. 4, 599. 8, 339." Schæf. Mss. Παστὸν, Gl. Salsum. Mathem. Vett. p. 89. Μιχθεῖσα τρίτῳ μέρει παστοῦ, τροφὴν ἰσχυρὰν παρέχεται.] " Πάστη, Jusculum farina mixtum s. con" spersum, J. Poll. (6, 56.) plurali πάσται pro ζωμὸς " ἀλφίτων affert, ex Aristoph. φύσκαι, πάσται, ζωμοί, " χόλικες. Simile quid πάστα Hesychio." [" Thom. M. 607. Aristoph. Fr. 281." Schæf. Mss.]

Παστὰς, άδος, ἡ, Thalamus, ut etiam apparet e verbis Eustathii, quæ protuli in Πάσσειν, τὸ ποικίλλειν. Et in plur. παστάδες, Thalami, Bud. e Chrys. Idem Plutarcho ait significare Porticum, in h. l. qui habetur in Vita Galbæ, Τοῦ δ' Ἰλλυρικοῦ τάγματος ἐν τῇ καλουμένῃ παστάδι Βιψανίᾳ στρατοπεδεύοντος. Extant certe et alii plerique Plutarchi ll. in quibus eand. signif. huic verbo dare videtur. Sed in VV. LL. ex Ejusd. Lycurgo (6.) affertur pro Atrio ubi habebantur conciones. Tradunt præterea esse Cœnaculum, et Convivii locum, deducendo a πάσασθαι: sed huic derivationi refragantur Eustathii verba supra: denique Quamvis domum ad aliquem excipiendum aptam, e Moschop. " Hesychio παστάδες " sunt παστοὶ στοαί, et γεγραμμένοι οἶκοι, a πάσαι, " ποικίλαι, Variegare: item τόποι ἔνθα ἐδείπνουν, a " πάσασθαι, Edere: præterea τῶν ἀμπέλων αἱ συστά" δες." [" Ind. Xen. Mem. et ad 3, 8, 9. ad Mœr. 88. Valck. Phœn. p. 155. Toup. Opusc. 1, 243. 276. 2, 188. Jacobs. Exerc. 1, 71. Anth. 6, 436. 8, 11. 94. 191. 9, 126. 429. 11, 74. 319. 12, 286. 400. Herod. 186. (2, 169.) Wyttenb. Select. 356. ad Eur. Or. 1367. Larcher Herod. 2, 501. Brunck. Apoll. Rh. 56. (1, 789.) Epigr. adesp. 11. 611. ad Charit. 718. Wakef. Trach. 920. Leon. Tar. 5. Dionys. H. 1, 470. ad 580. Heyn. Hom. 5, 634. 635. 8, 8. Schneid. ad Xen. Hier. 261. (12, 2.)" Schæf. Mss. Cf. Παραστάς. " Soph. Antig. 1207. de Sepulcro vivæ Antigones." Seager. Mss. Plut. Bruto 55. J. Poll. 7, 122. Theocr. 24, 40. Schn. Lex. *Προπαστὰς, Porticus, Schol. Apoll. Rh. 1, 789. " Porphyr. Schol. Hom. in Valck. Diss. de Schol. Hom. 101." Boiss. Mss. " Heyn. Hom. 5, 635." Schæf. Mss.] Ceterum pro Παστὰς significante Thalamum dicitur ETIAM Παστός: ut in Luciano (1, 428.) Κέλευσον τὸν Ἑρμῆν τοῦτον νεανίαν εὐθὺς ἀπεργάσασθαι, οἷος ἦν ἐκ τοῦ παστοῦ: vide et in Ἐμπάσσω quædam de hac voce. [" Ad Diod. S. 1, 34. Meleager 125. Brunck. Apoll. Rh. 239. Jacobs. Anth. 11, 319. 12, 286. Torus nuptialis, 8, 94. 235. 9, 126. 186." Schæf. Mss. Schol. Apoll. Rh. 1, 775. Orph. Arg. 1334. Affertur etiam *Παστὸν, τὸ, Velum variegatum, quod foribus thalami appendi solebat, e nullo tamen Auctore. Cf. Ἐμπάσσω. *" Παστοπηγία, Theod. Prodr. in Notit. Mss. T. 8. P. 2. p. 158. (γαμήλιος π.) *Παστοπήγιον, Const. Manass. Chron. p. 131. Nicet. Eugen. 6, 512." Boiss. Mss. " Theod. Prodr. Rhod. 301. Νυμφικῶν ἔννοια παστοπηγίων." Elberling. Mss.] Παστοφόρος, ET Παστοφορεῖον. Sonat autem παστοφόρος q. d. Thalamifer, i. e. Thalamum ferens. Sic Veneris epith. est παστοφόρος, Thalamifera. [" Ad Diod. S. 1, 34. Jacobs. Anth. 10, 197." Schæf. Mss. " Ferens pallium, Clem. Alex. (Pæd. 3, 2.) 93. 269. licet in Ind. afferatur πλαστοφόρος. Cf. Lex. Basil. Curion., ubi est etiam Veneris epith." Kall. Mss.] AT Παστοφορεῖον SEU Παστοφόριον est Thalamus, si Hieronymo credimus, in caput 22 Esaiæ, dicenti usurpatum in Græca Bibl. Interpretatione pro Thalamo in quo habitat præpositus templi. [Schleusn. Lex. V. T. Vide Ῥαμνοῦς.] " Αὐτόπαστα, Hesychio sunt " πύλαι παστάδας ἔχουσαι, ποικίλαι." " Πρόπαστος, " i. q. προκοιτών, Vestibulum cubilis, Locus ante " thalamum." [* Προπάστιον, Vestibulum thalami, Hes. * Παστόω, Thalamum pono, Aqu. Deut. 33, 12.]

[* Ἀναπάσσω, Pind. Ὀ. 10, 114. " Heyn. Hom. 4, 473." Schæf. Mss. * Ἀποπάττω, Codin. 13, 3. et not. p. 254.]

Διαπάσσω, VEL Διαπάττω, Conspergo, Gal. ad Gl. Διαπάττειν ἁλί τε καὶ νίτρῳ καὶ νάπυϊ. Sed dicitur διαπάττειν et pro Inspergere, Spargere: Herod. Διαπάσας ἐς τὰς τρίχας τοῦ ψήγματος, Cum inspersisset crinibus, Cum sparsisset per crines. Et διαπαττομένη γῆ, Terra quæ inspergitur. || Dicitur vero et διαπεπασμένος μέλανι, pro Nigris maculis conspersus, respersus, sparsus. Virg. autem dixit, sparsis pellibus albo: i. e., Nigris maculis sparsis s. dispersis variegatus. [" Casaub. ad Athen. 138. Meurs. ad Apoll. Dysc. 80. Valck. ad Herod. 66. 496." Schæf. Mss.] Διάπασμα, Quod (corpori) inspergitur, Quo (corpus) aspergitur, q. d. Aspergo. Sonat tamen potius q. d. Aspergimen, Aspergimentum. Bud. autem Inspergimen etiam reddit. Diosc. de nardo, Καθύγροις σώμασι διάπασμα. Idem, Διάπασμα ὅλου τοῦ σώματος. Plin. Siccis odoribus constant, quæ διαπάσματα vocantur. Dicit autem siccos odores, quoniam erant et liquidi odores: quibus verbis ab Horatio appellantur Unguenta. Idem loquens de rosa, Διαπάσματα inde fiunt ad sudores coërcendos, ita ut a balneis inarescant corporibus, deinde frigida abluantur. Porro non solum διαπάσματα vocantur, ut habent VV. LL., sed etiam κατάπαστα, ap. Gal. κ. Τόπ. et πάσματα, et καταπάσματα. At Hes. aliam signif. habet πάσμα, quam ap. eum vide, cujus tamen verba mendo carere non videntur. Apud Eust. autem legimus ἀλφίτων πάσμα, 1668. Διαπάσματα, inquit Gorr., dicuntur Aspergines medicamenti alicujus sicci et in pulverem triti. Fiunt autem ad varios usus: Plin. quædam ad coërcendos sudores, e rosis parari scribit, etc. ex his Dioscoridis, Χρῶνται δὲ καὶ πλείους ἐν διαπάσμασι καὶ συγχρίσμασι μετὰ τὸ λουτρὸν, καὶ μετὰ τὸ ξηρανθῆναι ἀπεκλούονται ψυχρῷ. De his et Martial. 1, (88.) Quid quod olet gravius mistum diapasmate virus? Diapasma enim dixit siccos odores qui in pastillos inspergebantur. Veruntamen non eum modo usum præstabant, nec e medicamentis unius generis componebantur. Siquidem totis corporibus vel eorum partibus fovendis, siccandis, laxandis, astringendis, molliendis, durandis et odorandis aliquando inspergebantur. Id quod satis evidenter docet P. Ægin. 7, 13.

καταπάσματα appellans, quæ omnino ead. sunt atque *διαπάσματα*. Dicitur autem *διάπασμα* non id modo, quod corpori siccum inspergitur, verumetiam quod in potum inditur, et inspersum potui bibitur. Nam et hujus exempla quædam habentur ap. Gal., ut *κ. Τόπ.* 9. Anchusam tenuissime tritam cum aqua potabili bibendum dato. Et, Struthii cochlearium cum melle dato. Nam ipse medicamenta hæc, *κατάπαστα*, sive, quod idem est, *διαπάσματα* appellat. Refert tamen Oribasius ex Antyllo, *ἐμπάσματα, καταπάσματα*, et *διαπάσματα* differre: quod *ἐμπάσματα* compescendis sudoribus aut alia corporis per halitum digestione adhibeantur, aut ad summam cutim scarificandam, aut commovendum pruritum; *καταπάσματα* vero ulceribus superponantur; at *διαπάσματα* ad odoris gratiam apparentur, et alis atque feminibus, ad summovendam graveolentiam, illinantur. [" Reuss. Diss. de Diapasmate." Schæf. Mss. Plut. Q. S. 1, 6.]

'Εμπάσσω, SEU 'Εμπάττω, Inspergo. Sed Gal. dixit ad Gl. 2. *'Εμπάττω τὶ μέλιτι τῶν εἰρημένων φαρμάκων*, quod exp., Aliquod e dictis medicamentis melli inspergo: non autem *ἐμπάττω μέλι τινὶ τῶν εἰρημένων φαρμάκων*, Inspergo mel alicui e dictis medicamentis. Possit tamen videri *ἐμπάττω μέλιτι* potius vertendum Aspergo melle. E Nicandro 'A. (79.) *'Αφρὸς ἐπιστύφων ἐμπάσσεται.* [Schn. *ἐμπλ.*] ‖ *'Εμπάσσω*, metaphorice pro Intexo, quia quæ intexuntur, velut insperguntur, Il. Γ. (126.) de Helena, *ἡ δὲ μέγαν ἱστὸν ὕφαινε Δίπλακα μαρμαρέην· πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους*: X. (441.) *'Αλλ' ἥ γ' ἱστὸν ὕφαινε μυχῷ δόμου ὑψηλοῖο Δίπλακα μαρμαρέην· ἐν δὲ θρόνα ποικίλ' ἔπασσε*, ubi Eust. *ἐμπάσσειν* vult esse *ἐμποικίλλειν*: quem et supra *πάσσειν* exponere *ποικίλλειν* docui, agentem alioqui de hoc ipso loco; scribit enim, *'Ορα δὲ καὶ ὅτι ἐπὶ 'Ελένης μὲν ὥρισε τί ἐνεποίκιλλε τῇ δίπλακι, ἐνταῦθα δὲ οὐχ ὥρισται ὁ * ποικιλμός.* Habet quoque et brevium Scholl. Auctor in loco illo, *ἐνέπασσεν, ἐνεποίκιλλεν*: unde *παστοὶ* vocantur *τὰ ποικίλα παραπετάσματα*. Videtur autem HOC *'Εμποικίλλειν* in ista exp. esse Varie intertexere, Intertexere variegando. [" Heyn. Hom. 4, 473. 8, 339. ad Herod. 170. Intexo, Ruhnk. Ep. Cr. 197. ad Il. Π. 306." Schæf. Mss. * " *'Εμπάσμα*, ad Hesych. 1, 1228, 19." Dahler. Mss. *'Εμπαστὴρ*, vide Lex. VV. Peregr.] " *'Εμπαστήρια*, Hesychio sunt *μελίπηκτα*." [* *'Εμπαστος*, unde * *Χρυσέμπαστος*, Chrys. 7, 633. * *'Επεμπάσσω*, Alex. Trall. 8. p. 421. 501.] " *Παρεμπάσσω*, Præter alia inspergo, Diosc. *Οἱ δὲ ψιμμύθιον παρεμπάσσουσιν ἀντὶ τοῦ θείου*," [" Geop. 2, 34. 3, 9." Kall. Mss.] *Προσεμπάσσω*, " s. *Προσεμπάττω*, Insuper," Præterea inspergo. At in VV. LL. *προσεμπάσας*, Qui aspersit. " *Συνεμπάσσω*, Simul " inspergo."

'Επιπάσσω, SEU 'Επιπάττω, q. d. Superspargo. Redditur tamen commode et verbo Inspergo. Unde pass. *'Επιπάσσομαι*, Inspergor, Herodian. 1, (7, 9.) *'Ως τοὺς μὲν οἴεσθαι ῥίνημα χρυσοῦ προϊόντι ἐπιπάσσεσθαι*, Ei scobem auream inspergi, vel, Eum scobe aurea conspergi, ut Polit. vertit. Et *φάρμακα πάσσειν*, ex Hom., vide *Παστός*. In VV. LL. affertur e Theophr. hoc verbum sequente etiam præp. *ἐπὶ*, sc. *ἐπιπάττω ἐπ' ὄξος*: quod ibi exp. Aceto aspergo. Ibid. *ἐπιπάσσοντες γάλα* exp. etiam Lacte macerantes. Et *ἐπιπασθεῖσα ῥίζα* e Diosc., Radix in pastillos conformata. [" Kuster. Aristoph. 61. Heyn. Hom. 4, 599. 5, 81. 6, 624. Wyttenb. Ep. Cr. p. 8. ad Herod. 66. 357. Wakef. S. Cr. 1, 70. De medicamentis topicis, Villois. ad Long. 47." Schæf. Mss. * *'Επίπασμα*, Alex. Trall. 12. p. 215. * " *'Επίπαμμα*, Schol. Theocr. 15, 116." Boiss. Mss.] *'Επίπαστος, ὁ, ἡ*, Qui inspergitur, inspergendo adhibetur; at interpretando Inspersilis, scr. potius esset *'Επιπαστός*. Sed *ἐπίπαστα* peculiariter dicta putantur *τὰ ἐπιπασσόμενα τῷ ἔτνει ἄλφιτα*, ut ex Hes. et Eust. discimus, necnon Schol. Aristoph. in 'Ιππ. (103.) *'Επίπαστα λείξας δημιόπραθ' ὁ βάσκανος.* Sed addit ille cum alia, tum hæc, *'Εθος δὲ εἶχον ποιεῖν πλακοῦντας ἢ ἄρτους, καὶ ἐπιπάσσειν τινὰ καρυκεύματα ἁλμυρά· καὶ διὰ τοῦτο ἔφη ἐπίπαστα.* Idem in hunc ejusd. Comœdiæ locum (1089.) *λείχων ἐπίπαστα*, annotat itidem, *Πλακοῦσι γὰρ ἐπέπασσον ἁλμυρὰ, καὶ ἐκ τούτου ἠναγκάζοντο πίνειν πολλά.* Item medicamenta *ἐπίπαστα*, quibus utimur ea inspergentes corpori, s. corpus iis conspergentes. Theocr. 11, 1. *Οὐδὲν πὸτ τὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο, Νικία, οὔτ' ἔγχριστον, (ἐμὶν δοκεῖ,) οὔτ' ἐπίπαστον.* At vero ap. Schol. Aristoph. habetur simplex *παστὸν* in hoc signif. [" T. H. ad Plutum p. 240. Heyn. Hom. 4, 598. 599. Valck. ad Theocr. x. Id. p. 132." Schæf. Mss. * " *'Επίπαστρον*, Etym. G." Dahler. Mss. * *Προεπιπάσσω*, Alex. Trall. p. 777=241.] " *'Επιπίσσω*, Inspergo. " Ab Hes. enim exp. *ἐπιπάσσω*."

Καταπάσσω, SIVE Καταπάττω, Conspergo: Alex. Aphr. Probl. *Τὴν δρῦν θείῳ καταπάσσειν*, Quercum sulphure conspergere. Et cum præp. *κατὰ* ap. Aristoph. N. (177.) *Κατὰ τῆς τραπέζης καταπάσας λεπτὴν τέφραν*, Per mensam spargens: [cf. Brunck. ad 'Ιππ. 99. " Ad Diod. S. 1, 83. 101. ad Herod. 141. 315." Schæf. Mss.] *Κατάπασμα*, Id quo corpus conspergitur, vide *Διάπασμα*. Sciendum est autem cum alibi, tum ap. P. Ægin. 7, 13. perperam legi *καταπλάσματα* pro *καταπάσματα*. *Κατάπαστος, ὁ, ἡ*, ut *κατάπαστα* medicamenta quibus utimur ea inspergentes; nam Inspersilia responderent potius *τῷ καταπαστὰ*, sicut et *τῷ ἐπιπαστὰ*, ut modo dixi, de quibus vide in *Διάπασμα*. Et per metaph. ap. Aristoph. 'Ιππ. (502.) *'Ελθοις στεφάνοις κατάπαστος*, Schol. * *κατάμεστος* et *πλήρης πεποικιλμένος*: (cf. 968.) Sic Eust. in Il. Γ. (126.) *πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους*: ex hoc autem *πάσσειν*, inquit, est *ὁ τοῖς ἄνθεσι καταπαστὰς νικητής*.

Παραπάσσω, Inspergo, Plut. (9, 756.) *Οἱ δὲ χαλκεῖς τῷ πυρουμένῳ καὶ ἀνατηκομένῳ σιδήρῳ μάρμαρον καὶ λατύπην παραπάσσουσι.*

" Περιπάττω, Circumquaque spargo, Conspergo, " Perspergo," [" Wakef. S. Cr. 5, 6." Schæf. Mss. * *Περίπαστος*, Conspersus, Athen. 293.] *Προσπάσσω*, Inspergo, vide *Πάσσω*. [Brunck. ad Aristoph. 'Ιππ. 100. " Schol. Nicandri 'A. 564. * *Προσπαστὸς*, unde * *Προσπαστικὸς*, Aristot. H. A. 10, 3.]

Συμπάσσω, Conspergo, [Plut. 6, 333.] UNDE *Συμπάσματα*, Ea quibus corpus conspergitur, ut de *διαπάσματα* dictum fuit. In VV. LL. *συμπάσματα* exp. Corpori conspersi, rectius inspersi, pulvisculi. Item Aspersiones, s. Aspergines, quæ ob corporis pruritum adinventæ sunt, e Cæl. Aurel. Chron. 3, 5. 7. " *'Υποπάσσω*, Subinspergo," [" Valck. ad Herod. 66." Schæf. Mss. Theophr. Fr. 6, 3, 12. *'Υποπάσας ἄργιλον.*] " Unde *ὑπόπαστον*, Subinspersum. E Plut. " affertur pro alia etiam signif., verum e loco qui " suspectus est."

ΠΑΣΧΩ, Patior: aor. 2. *ἔπαθον*, tanquam a *Πήθω*, Fut. *πήσομαι*, tanquam a *Πήθομαι*, deinde mutando *η* in *ει*, *πείσομαι*: de qua scriptura dicam plura, ubi signiff. hujus verbi explicaro. Præt. med. *πέπονθα*, Attice pro *πέπηθα*: ut *λέλογχα* pro *λέληχα*. Quidam vero a *πονῶ* deduxerunt, dicentes ex hujus præt. act. *πεπόνηκα* fieri med. *πέπονα*, e quo *πέπονθα* per pleonasmum *τοῦ θ*. Invenitur autem ET *Πέποσθε* ap. Poëtas pro *πεπόνθατε*, quod factum putatur vel e *πεπόθατε*, per sync., deinde pleonasmum *τοῦ σ*: vel e *πεπόνησθε*. Il. Υ. (297.) *'Αλλὰ τίη νῦν οὗτος ἀναίτιος ἄλγεα πάσχει Μὰψ ἕνεκ' ἀλλοτρίων ἀχέων*; E. (894.) *Τῷ σ' ὀΐω κείνης τάδε πάσχειν ἐννεσίῃσιν.* Et in proxime sequente versu habetur nomen illud *ἄλγεα*: subjungitur enim, *'Αλλ' οὐ μάν σ' ἔτι δηρὸν ἀνέξομαι ἄλγε' ἔχοντα.* Itidem cum accus. *κήδεα*, Od. P. (555.) *καὶ κήδεά περ πεπαθυίῃ*, de quo participio dicam infra, et cum accus. *κακὰ*, Il. Γ. (99.) *ἐπεὶ κακὰ πολλὰ πέποσθε.* At Od. K. (465.) cum *μάλα πολλὰ*, non adjecto substantivo illo, *ἐπειὴ μάλα πολλὰ πέποσθε.* Item cum accus. *ἀέθλους*, Il. Γ. (128.) *Οὓς ἔθεν εἵνεκ' ἔπασχον ὑπ' Αρηος παλαμάων.* At Od. T. (464.) *Οὐλὴν ὅττι πάθοι*, Il. P. (242.) *'Οσσον ἐμῇ κεφαλῇ πέρι δείδια, μή τι πάθῃσι, Καὶ σῇ.* Aliquando verbo *ἔπαθον* subjungit *ἐμόγησα*: Od. E. (223.) *"Ηδη γὰρ μάλα πόλλ' ἔπαθον, καὶ πόλλ' ἐμόγησα Κύμασι καὶ πολέμῳ.* In soluta oratione legitur verbum *πάσχειν* cum his aut aliis hujus generis accuss. Dem. (241.) *Εἶτ' ἐλαυνομένων καὶ ὑβριζομένων, καὶ τί κακὸν οὐχὶ πασχόντων;* Idem alibi, *'Ωστε πάντων ἂν δεινότατα πάθοιμεν, εἰ τῇ*

ὕστερον κ. τ. λ. Sic in Prov. Δεινότερα Σαμβίκου παθεῖν, cujus meminit Plut. (7, 206.) Et, Πάντα τὰ ἔσχατα πάσχειν, ap. Xen. Talem autem habet usum verbum Pati ap. Virg., ubi dicit Digna indigna pati. Ex Herod. affertur παθόντες ταῦτα πρὸς Αἰγινητέων, pro Hac clade accepta ab Æginetis. Item ἕτοιμος ὁτιοῦν πάσχειν, ap. Isocr. et Dem. Isæus quoque dixit, Διϊσχυριζόμεθα ἐναντίον τῶν δικαστῶν, ἐθέλοντες ὁτιοῦν πάσχειν: quod Bud. vertit, Quamvis mulctam pati non recusantes. Greg. Καὶ τί γὰρ οὐ πάσχων, τί δ' οὐκ ἀκούων, οἷς οἱ τοιοῦτοι νεανιεύονται; i. e., ut Idem reddit, Nihil non contumeliarum perpessus, quas isti petulanter conjicere soliti sunt. Isocr. Panegyr. Οὐδὲν γὰρ ὅ,τι τῶν τοιούτων οὐκ ἄξιός εἰμι μὴ πάσχειν. Non esse autem necesse verbo Pati aut aliis synonymis semper hoc verbum interpretari in hujusmodi ll., apparet ex his Bud. verbis, quibus locum illum Isocratis interpretatur, Nulla est enim hujuscemodi nota, qua non ego dignus sim mulctari atque affici. Idem ap. Xen. Œc. (11, 25.) Καὶ διειλημμένως πολλάκις ἐκρίθην ὅ,τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτίσαι, vertit Præcisa etiam illa judicii formula, ut aut capitis pœnam aut pecuniæ penderem. Lucian. (1, 196.) Δίκαια ἔσομαι πεπονθὼς πρὸς ὑμῶν, Meritas pœnas vobis dedero.

Sed particulæ τὶ, habenti præfixam εἰ, junctum hoc verbum in optativo s. conjunctivo, peculiarem habet Patiendi signif., sc. Patiendi mortem. Dem. (1242.) Εἰ ἐβούλετο δωρεὰν δοῦναι αὐτῷ ὁ Λύκων, εἴ τι πάθοι, τὸ ἀργύριον, Si quidem volebat donationem hujus pecuniæ in eum conferre, si quid sibi accidisset, h. e. Si donare volebat causa mortis. Et ap. Eund., Εἰ παθεῖν τι μοὶ συνέβη, Si quid mihi humanitus accidisset, Cic. Dicitur etiam, Εἴ τι πάθοι ἀνήκεστον. De inanimatis quoque legimus παθεῖν τι, τι ἀνήκεστον, Bud. 85. Alium vero usum hujus generis loquendi παθεῖν τι, vide infra, ubi agam de ea τοῦ πάσχειν significatione qua ponitur pro Affici. || Jungitur verbum πάσχω adverbio etiam, Aristoph. Πλ. (900.) οἴμ', ὡς ἄχθομαι Ὅτι χρηστὸς ὢν καὶ φιλόπολις, πάσχω κακῶς, cum dixisset in præcedente parte versus, Τούτους ὑβρίζειν εἰς ἔμ'. Thuc. Κακῶς πεπονθὼς ὑπ' αὐτῶν, ubi animadverte et præp. Quibus in ll. Græcum adverbium Latino reddere non possumus, sed aut accusativo reddere debemus, aut alio genere loquendi uti: interpretando sc. κακῶς πάσχω, Mala patior, Injurias s. Contumelias patior, Injuriis s. Contumeliis afficior. Usus est certe et Hom. isto verbo cum illo adv. Od. Π. (275.) σὸν δὲ φίλον κῆρ Τετλάτω ἐν στήθεσσι κακῶς πάσχοντος ἐμεῖο: deinde profert aliqua eorum quæ intelligit per κακῶς πάσχοντος, subjungens, Ἤνπερ καὶ διὰ δῶμα ποδῶν ἕλκωσι θύραζε, Ἢ βέλεσιν βάλλωσι. Invenitur autem παθεῖν et sine adjectione pro κακόν τι πάσχειν, Aliquid mali pati, Damno aliquo affici, Hesiod. Ἔργ. (1, 216.) παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω: quod Proverbiale est, sicut et ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. Unde Plato Symp. Καὶ μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν, ὥσπερ νήπιον, παθόντα γνῶναι. Sic et quidam Achilles Statius, sive Tatius, in sua oppidoquam lepida Historia, quæ nondum in lucem prodiit, Οἱ δὲ οὐ λαβόντες σχολὴν ἀμύνασθαι· ἅμα γὰρ ἐμάνθανον, καὶ ἔπασχον. Huc pertinet et τῷ πάθει μαθὼν, quod afferam ex Æschylo in Πάθος. Sed invenitur ὁ πάσχων ap. Hippocr. et pro Ægroto, pro quo itidem dicimus interdum sermone vernaculo Le patient: quod sonat ad verbum, Patiens. Interdum vero cum aliqua adjectione dicitur Le poure patient. Sed usurpamus Le patient, et Le poure patient, de eo quoque qui a carnifice supplicio mortis afficitur: quem etiam usum an habeat πάσχων, nondum mihi compertum est. Est præterea frequens πάσχειν cum correlativo ποιεῖν, s. δρᾷν, ap. Poëtas autem cum et ἔρδειν: ut in hoc versu, Αἴ κε πάθῃ τά κ' ἔρεξε, δίκη δ' ἰθεῖα γένοιτο, et quidem non solum cum accus., sed nonnunquam et absque illo. Thuc. 7, (71.) Παραπλήσιά τε ἐπεπόνθεσαν καὶ ἔδρασαν αὐτοὶ ἐν Πύλῳ, Xen. Κ. Π. 7, (1, 19.) Καὶ ἐποίουν μὲν οὐδὲν ἔτι, ἔπασχον δὲ πολλὰ καὶ δεινὰ, Plut. Pericle, Πολλὰ μὲν δρῶντες κακὰ τοὺς Ἀθηναίους, πολλὰ δὲ πάσχοντες. Rursus Xen. Ἑλλ. 2, (2, 2.) Πείσεσθαι νομίζοντες οἷα ἐποίησαν. Herodian. 1, (12, 17.) Οἱ δὲ ἔπασχον ἅπερ δεδράκεσαν. Interdum vero πάσχειν habet et præp. πρὸς s. ὑπὸ cum suo gen., δρᾷν autem habet et suum accus. personæ: (2, 1, 19.) Καὶ ἅπερ ἡμᾶς αὐτὸς δρᾶσαι διενοεῖτο, ταῦτα πρὸς ἡμῶν παθών. Interdum diversos accuss. habent: Plut. Solone 150. meæ Ed. Οὐδὲν ἔπαθον δεινὸν, οὐδ' ἐποίησαν αἰσχρόν. Sine casu autem, ut in isto Thuc. l., 3, (38.) Ὁ γὰρ παθὼν τῷ δράσαντι, ἀμβλυτέρᾳ τῇ ὀργῇ ἐπεξέρχεται, ubi et ἀμύνεσθαι opp. τῷ παθεῖν. || Sed Dem. ποιεῖν et πάσχειν in obscœna etiam signif. dixit, quam Lat. in nomine Pathicus secuti sunt: (270.) Ἣν Ἔμπουσαν ἅπαντες ἴσασι καλουμένην ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν δηλονότι. Apud Æschin. quoque (76.) legimus, Ὤικησε πολὺν χρόνον ἐν τῇ Δημοσθένους οἰκίᾳ· ὅ,τι δὲ πράττων ἢ πάσχων, ἀμφίβολος ἡ αἰτία, καὶ τὸ πρᾶγμα οὐδαμῶς εὔσχημον ἐμοὶ λέγειν. Sunt qui tradant Lat. eadem etiam in signif. dixisse Quidvis facere et pati. Dixerunt certe quidam ex illis Muliebria pati pro πάσχειν. Atque itidem πεπονθὼς ὑπὸ Κλέωνος Bud. ap. Diog. positum testatur pro Muliebria passus.

Ut autem πάσχειν κακὸν, sic et πάσχειν ἀγαθὸν dicitur: item πάσχειν εὖ, sicut πάσχειν κακῶς: ubi verbum Pati retinere non possumus; sed uti licet aut verbo Afficior, quod et in interpretatione τοῦ πάσχειν κακὸν, s. κακῶς, habet locum; nam ut ἀγαθὸν vel εὖ πάσχειν est Commodo affici, sic κακὸν πάσχειν est Incommodo affici, aut verbo Percipere; dicitur enim interdum Commodum percipere, s. Utilitatem. At cum nomini κακὸν aut alii hujusmodi jungitur πάσχειν, tunc redditur potius Accipere. Dicitur enim Accipere incommodum, detrimentum, injuriam, mœrorem. Sed nec Accipere commodum, utilitatem, nullo confirmari exemplo potest. At cum nomine Beneficium frequentissimum est verbum Accipere: potest autem his omnibus modis reddi ἀγαθὸν πάσχειν. Lysias, Τίς οὖν ἐλπὶς ὑπὸ τούτου τὶ ἀγαθὸν πείσεσθαι; Eur. Hec. (252.) Ὃς ἐξ ἐμοῦ μὲν ἔπαθες οἷα φῂς παθεῖν, Δρᾷς δ' οὐδὲν ἡμᾶς εὖ, κακῶς δ' ὅσον δύνῃ: quod perinde est ac si dictum esset, ἔπαθες ἀγαθὰ οἷα φῂς παθεῖν, Iis affectus es beneficiis, Accepisti ea beneficia. Sic εὖ πάσχειν pro Commodo affici s. Beneficio, Accipere beneficium. At Bud. πάσχειν sine adjectione etiam, interpr. et Affici commodo; sed hujus usus verbi πάσχειν exemplum desidero. Nec raro cum εὖ πάσχειν ponitur et εὖ ποιεῖν, s. εὖ δρᾷν, quæ sunt velut correlativa, ita enim appellare malo quam opposita, cum Bud., ut Accipere et Dare beneficium. Dem. Ὅταν μὲν οὖν εὖ πάσχειν δέῃ, τὸν βουλόμενον εὖ ποιεῖν ἡμᾶς ἐάσομεν. Aristot. Ethic. Ἐλάττων γὰρ ὁ παθὼν εὖ τοῦ ποιήσαντος, ubi animadverte omitti εὖ, quod sc. repeti debeat ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Et cum ὑπὸ, ap. Plut. de Socr. Dæm. Εἰ γὰρ εὖ ποιεῖν φίλους καλὸν, οὐκ αἰσχρὸν εὖ πάσχειν ὑπὸ φίλων. At εὖ πάσχειν et εὖ δρᾷν, Thuc. 2, (40.) Οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ, ἀλλὰ δρῶντες, κτώμεθα τοὺς φίλους, ubi itidem omittitur εὖ cum δρῶντες. || Interdum πάσχω redditur potius Afficior, alio etiam sensu: Τοῦτο παθὼν πρὸς ἐκείνην, ap. Plut. Sic erga illam affectus. Et ὁμοίως πάσχω πρός τινα, Itidem afficior: Plato Gorgia, Καὶ ἔγωγε ὁμοιότατον πάσχω πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας ὥσπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους καὶ παίζοντας. Affertur etiam et τοιοῦτον πάθος πεπονθότες e Plat. Apol. Socr. (7.) pro Similiter affecti. Idem usus verbi hujus est in παθεῖν τι ap. Dem. (402.) Ὡς δὲ ἀκοῦσαι τοὺς παρόντας ἐν τῷ συμποσίῳ, τοσοῦτον κρότον καὶ ἔπαινον καὶ θόρυβον παρὰ πάντων γενέσθαι, ὥστε τὸν Φίλιππον παθεῖν τι καὶ δοῦναι, Affectum esse misericordia, puellasque captivas Satyro condonasse, Bud. Crediderim autem significare itidem Affici, vel tale quid in isto Synesii loco, Τί γὰρ καὶ πάθω, τὰς φιλτάτας κύνας ἀθήρους ὁρῶν, καὶ τὰ τόξα θριπηδέστατα; ita enim hunc locum reddi posse arbitror, Quomodo enim animo affectus esse queam? Aut certe, Quid enim mihi animi esse possit? ut ap. Ovid. aliquoties, Quid mihi tunc animi etc. Aliquando tamen aliter etiam exponi hoc loquendi genus, docebo in Πάσχω, quod redditur verbo Facio, Ago.

Πάσχω τοῦτο, Hoc mihi accidit, usuvenit, Plato de Rep. 1. Εἰ *γὰρ ἦν τοῦτο αἴτιον, κἂν ἐγὼ τὰ αὐτὰ ταῦτα ἐπεπόνθειν*: quæ Cic. ita vertit, Nam si id culpa senectutis accideret, eadem mihi usuvenirent. Plato Symp. Καί *τι ἔφη αὐτόθι γελοῖον παθεῖν*. Sic Plut. de Socr. Dæmon. Καὶ *περὶ τὴν τοῦ βωμοῦ κατασκευὴν γελοῖα πάσχοντες*. Symp. sept. Sap. (657.) Πρὸς *δὲ τὴν μετάθεσιν τὸ τοῦ νεανίσκου πέπονθα*. Thuc. 1, (80.) *Ὥστε μήτε ἀπειρίᾳ ἐπιθυμῆσαί τινα τοῦ ἔργου, ὅπερ ἂν οἱ πολλοὶ πάθοιεν, μήτε ἀγαθὸν κ. τ. λ.* Atque ut hic dixit Thuc. *ὅπερ ἂν οἱ πολλοὶ πάθοιεν*, sic ap. Isocr. legimus, *ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοί*, pro Quod hominum vulgo usuvenit, accidit, (ad Dæmon. 4.) Μηδὲ *τὰς χάριτας*, inquit, *ἀχαρίστως χαρίζεσθαι· ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοί, ποιοῦντες μὲν εὖ, ἀηδῶς δὲ τοῖς φίλοις ὑπουργοῦντες*: ubi tamen Bud. vult posse exponi non solum Quod hominum vulgo accidit, sed etiam Quod multi faciunt: quæ exp. nullo mihi modo placet. Subjungit autem et h. Aristot. l., de Mundo, Τοῦτο *δὲ πάσχουσι διὰ τὸ ἀθέατοι τῶν κρειττόνων εἶναι*. Hæc Ejusd. in eod. l. verba, *Ὅπερ γὰρ αἱ παρ' ἡμῖν νῆσοι πρὸς ταῦτα τὰ πελάγη πεπόνθασι, τοῦτο ἥδε ἡ οἰκουμένη πρὸς τὴν Ἀτλαντικὴν θάλασσαν*, sic interpr. Nam quod insulis nostris accidit, undique ut nostra maria eas alluant, idem orbi quoque huic contigit, rationem insulæ ut obtineat Atlantico mari cinctæ. Itidem vero e Xen. (Ἀπ. 1, 2, 30.) affertur *ὑϊκόν τι δοκεῖ πάσχειν*, pro Tale quid illi quale suibus accidere videtur, ubi tamen et verbo Pati redditur. Plato Epist. *Πάσχω πάθος κυβερνήτου ἀγαθοῦ*, Idem mihi quod bono gubernatori usuvenit: nisi quis malit Perinde afficior, s. potius Perinde animo afficior, ut in alio Ejusd. l. quem attuli supra, huic verbo cum eod. nomine tribuitur ista signif. Affertur vero et *τί πάσχεις*, item *τί χρῆμα πάσχεις*, ex Aristoph. (N. 816.) quæ itidem exponuntur Quid tibi accidit? Sed et aliter exponi *τί πάσχεις*, docebo paulo post. || Cum autem dicunt *τί παθών*, sequente verbo, tunc quoque nonnulli verbum Accidere in interpr. hujus generis loquendi habere locum putant: Lucian. (1, 416.) Τί *παθὼν σαυτὸν εἰς τοὺς κρατῆρας ἐνέβαλες*; Quid tibi accidit ut te in crateres Ætnæos conjiceres? Sed quod ad hanc sermonis formulam attinet, ejus interpretationi accommodari fortasse potest alicubi verbum illud, sed aliis puto modis vim ejus melius exprimi posse. Hoc autem exemplis manifestum faciam, incipiens ab Hom.: in cujus Il. Λ. (313.) legitur hic versus, Τυδείδη, *τί παθόντε λελάσμεθα θούριδος ἀλκῆς*; Hic certe perinde esse puto ac si dixisset, Tydides, quomodo nunc affecti animo sumus, ut præter morem nostrum, ignave nos gerere velimus? Vel, Quomodo mutata nunc mente ignave nos gerimus? Ideoque non dubitarim uti hac formula usitatissima Latinis, Quid nobis in mentem venit, ut ignave nos gerere velimus? Vel, magis ad verbum, Ut pristinæ fortitudinis immemores esse velimus? Ac fortassis ita resolvendo, locum aliquem habebit et verbum Accidit, dicendo sc., Quid nobis accidit ut velimus etc. Sed illæ meæ interprr. magis mihi placent: quibus addo hanc, Quid nobis in mentem incidit, ut velimus etc. Sic autem ap. Plut. de Def. Orac. Διὸ *καὶ Χρύσιππόν ἐστι θαυμάζειν, μᾶλλον δὲ ὅλως διαπορεῖν, ὅ,τι δὴ παθὼν τὸν κοσμὸν ἐν μέσῳ φησὶν ἱδρύσθαι*, Quid ei in mentem venerit, ut diceret etc. vel, Quid ei in mentem inciderit. Legimus ap. Eund. de Herod. circa fin. Ἀθηναῖοι *δὲ καὶ Λακεδαιμόνιοι τί παθόντες, εὐθὺς τότε πρὸς μὲν ἀλλήλους ὀλίγον ἐδέησαν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν περὶ τοῦ τροπαίου τῆς ἀναστάσεως*. Idem Plut. c. Col. (632.) de Epaminonda, Καὶ *πυνθανόμενοι τί παθὼν ἐβάδιζε διὰ τῆς Πελοποννήσου μέσης, καὶ οὐ πιλίδιον ἔχων κ. τ. λ.* Non ignoro alioqui doctissimum virum Adr. Turnebum h. Philonis l. Τί *παθοῦσαι μεθίετε, δέον ἄγειν εὐθύς*; ita vertisse, Quid, malum, quem huc statim adductum oportuit, missum fecistis? Necnon illum Homeri, quem attuli supra, fuisse ita expositum, Quæ malum ratio nos fugere suadet, oblitos nostræ virtutis? Hæc inquam non ignoro; sed præterquam quod hoc vocab. nullo modo vim Gr. verborum exprimit, convenire iis tantum locis potest, ubi sunt alicujus stomachantis s. indignantis verba, cum sit interpositæ indignationis adverbium, Donat. Præterea vero, sequendo meam illam interpr., similem habebit signif. hoc verbum in his ll., ei quem habet in quibusdam præcedentibus, ubi pro Affici s. Affici animo, poni docui. Non dubito autem quin et Quid factum est quod, i. sonet q. *τί παθών*, in quodam Petronii Arbitri Epigr., cujus initium est, Quid factum est quod tu projectis Jupiter armis, Inter cœlicolas fabula muta taces? Habet certe Gallicum vulgus lepidum quoddam loquendi genus pro illo *τί παθών*, Quelle mouche vous a piqué? Dicitur autem alioqui eadem signif. Quelle fantaisie vous a pris? vel, Vous est montée en la tête? Sed hæc illis verbis Latinis, Quid tibi in mentem venit, viciniora sunt.

Πάσχω, pro Facio, Ago. Bud. postquam dixit *πάσχειν* accipi pro Facere, affert e Dem.; perperam enim in vulg. Edit. scribitur Idem, tanquam referendo ad Xen., cujus nomen ibi proxime præcedit: Τὸ *μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς τι μὴ δοῦναι, γνώμη χρησαμένων ἀνθρώπων ἐστί· τὸ δὲ τοὺς ἔχοντας ἀφαιρεῖσθαι, φθονούντων· τοῦτο δὲ οὐχὶ δεῖ δοκεῖν ὑμᾶς πεπονθέναι*. Inde illa locutio, Ἀλλὰ *τί ἂν πάθοις*; Gal. Therap. 10. Τί *ἂν οὖν τις πάθοι πρὸς ἀνθρώπους μήτε ἔργῳ μήτε λόγῳ πεισθῆναι δυναμένους*; Terent. Heaut. Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum atque æquum sciunt? Cic. pro Cecinna, Quid huic tu homini facias? nonne concedas interdum etc. Cum vero dicitur Quid hoc homine facias, id Græce est, *τί ἂν τοῦτον ποιήσαις, δρῴης, ἐργάσαιο*; Cic. pro Cluentio, Quid hoc homine factum est? Et in Verr. Quid te futurum est? quo confugies? Hæc Bud., qui paulo ante dixerat *πάσχειν* reddi etiam posse Admittere, atque adeo hunc Dem. locum, (449.) Μηδαμῶς *μηδὲν ἀβέλτερον ὑμεῖς πάθητε*, reddiderat, Videte ne sic stulte statuatis; item, Ne quid stulte admittatis. Quinetiam *ὁμοίως πάσχω πρός τινα* dixerat signif. Itidem afficior, Eod. modo facio. Hactenus ille. At ego existimo *πάθητε* in h. Dem. l., et multo etiam magis *πεπονθέναι* in illo superiore Ejusd., secus etiam exponi posse; cum enim dixerit Dem. Τὸ *δὲ τοὺς ἔχοντας ἀφαιρεῖσθαι, φθονούντων*, deinde subjungat, Τοῦτο *δὲ οὐχὶ δεῖ δοκεῖν ὑμᾶς πεπονθέναι*, apte redditum iri puto verba hæc Græca Latinis istis, At videri vos ita fuisse animo affectos non decet, Eo animo fuisse. Sed et ad alterum l. quod attinet, Μηδαμῶς *μηδὲν ἀβέλτερον ὑμεῖς πάθητε*, malim ita reddere, Absit ut hoc animo præditi sitis, hac mente sitis; certe hoc modo, Videte ne vobis accidat ut tam stulte vos geratis; vel, Ne vobis accidat ut hoc stulte admittatis. At *πάσχω* cum *ὁμοίως* exposuerim quidem, Itidem afficior, animo afficior, Eod. sum animo: nequaquam autem Eod. modo facio. Nunc venio ad illud loquendi genus, in quo potius videtur *παθεῖν* reddi posse verbo Facere; ac primum dico id ab Hom. videri manasse, ap. quem legimus Od. E. (465.) Ὤ *μοι, ἐγὼ τί πάθω; τί νύ μοι μήκιστα γένηται*; Sed quamvis ab Hom. originem habuerit, non dubium est quin *παθεῖν* aliam etiam interpr. videatur admittere, quam in illo Gal. l., et in iis in quibus non sequitur itidem præp. *πρὸς*, sed partic., aut adv. *ὅτε* s. *ὁπότε*, vel alia quæpiam particula. Verbi gratia, Τί *γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις ὁρῶν ἑαυτὸν ὑφ' ἁπάντων τῶν φίλων καταλειπόμενον*; Et ap. Lucian. 1, (458.) * *Ὑπουργητέον καὶ ταῦτά σοι· τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις ὁπότε φίλος ἀνὴρ βιάζοιτο*; (491.) * *Ὑπουργητέον δὲ ὅμως· τί γὰρ ἂν καὶ πάθῃ τις*, (ita enim hic scribitur, non *πάθοι*,) *ὁπότε φίλος τις ὢν βιάζοιτο*; Nam hic *τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις*, vel, quod malo, *πάθῃ τις*, nec ipse dubitarim reddere, Quid enim faciat aliquis, vel, per secundam personam, quam Lat. lubenter hujusmodi locis adhibent, Quid enim facias? Aut etiam, Quid agas? At in Hom. illo versu, Ὤ *μοι, ἐγὼ τί πάθω; τί νύ μοι μήκιστα γένηται*, puto *τί πάθω* i. prorsus esse q. *τί μοι γένηται*: atque hoc confirmari videtur isto ejusd. Poëtæ versu (299.) ubi altero duntaxat horum loquendi generum, in re alioqui eadem, utitur, Ὤ *μοι, ἐγὼ δειλός, τί νύ μοι μήκιστα γένηται*; Ex his autem conse-

quitur τί πάθω esse potius, Quid me fiet, (quam Quid faciam,) aut etiam Quid mihi fiet: quod omnino respondet verbis illis τί μοι γένηται, et usurpatum fuit ab optimo Latinitatis auctore Tibullo, initio cujusdam Elegiæ, Castra Macer sequitur: tenero quid fiet Amori? Reddendo autem τί πάθω, Quid me s. mihi fiet, nequaquam accipietur παθεῖν pro Facere, sed suam Patiendi signif. inclusam habebit. Fortasse vero et in superioribus illis ll. τί ἂν πάθῃ τις possit παθεῖν et aliter reddi quam verbo Facere; atque adeo admittat talem interpr., qualem in Synesii l. quem antea protuli, cum agerem de παθεῖν, Affectum esse; nam ut dicit ille, Τί γὰρ καὶ πάθω, τὰς φιλτάτας κύνας ἀθήρους ὁρῶν κ.τ.λ. pro Quomodo esse animo affectus queam, Quid mihi animi tunc esse possit? ita τί ἂν πάθῃ τις ap. Lucian. forsitan interpretari fas est, Quomodo esse affectus animo possit quisquam, Quem affectum induere possit, Quo animo esse queat. Ut sc. perinde sit ac si diceretur, Itane affectus animo esse queat, Eone animo s. Eane mente esse possit, ut recusare audeat? Itidem vero et in aliis ll. subaudiendum fuerit, quod cuique aptum esse putabimus, si παθεῖν hanc signif. habere statuatur; de qua ipse certe pronuntiare non audeo; præsertim cum et hunc ejusd. Luciani l., qui duobus illis, quos superius protuli, plane similis est, Τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις ὁπόταν οἱ θεοὶ βιάζοιντο, ita vertat Bud. Nam quid ageres cum divinitus cogerere? cum inquam ita vertat et sensus exprimi videatur. Sed hoc quoque lectori considerandum est, esse quædam loquendi genera in diversis linguis, quæ quamvis sibi signif. respondeant, non tamen singula singulis verba respondent.

Ceterum πάσχειν redditur Facere, et cum dicitur τί πάσχεις, τί χρῆμα πάσχεις ap. Aristoph.; sed docui supra reddi etiam, Quid tibi accidit? Fortassis autem addere possim et tertiam interpr.: istam sc., Quomodo tecum agitur? Quæ interpr. suam Patiendi signif. verbo πάσχειν relinquit, et perinde sonat ac si diceretur, Quo in statu sunt res tuæ?

Venio ad fut. πείσομαι, de quo hic verba me facturum sum pollicitus. Dico igitur, quamvis tradant quidam Gramm. scribi πείσομαι, NON πήσομαι, inveniri tamen et hoc πήσομαι cum η: ut ap. Plut. περὶ τῶν Κοινῶν Ἐννοιῶν, p. 1971. meæ Ed., necnon p. 1984. ideo enim Ald. scripturam retinui, quod et in quibusdam aliorum scriptorum ll. eam me vidisse recordarer. Affert certe et Bud. πήσομαι ex Isocr. Et VV. LL., non quidem in Πάσχω, sed in serie vocum alphabetica, πησόμενος ex Herod. [9, 37.]

" Πεπαθὼς, Ionice pro πεπαθηκὼς, Passus."

" Πέπονθα, præt. med. a πάσχω, Passus sum, Factum est mihi: unde εὖ πεπονθὼς, Cui bene factum est, Qui beneficium accepit. Sic Plut. Othone, Οὐδὲν χρηστὸν πεπονθὼς ὑπὸ τοῦ τεθνηκότος. Et Aristoph. πέπονθα δεινὰ, Gravis mihi facta est injuria, Atroci injuria affectus sum. Dicitur etiam πέπονθα pro Affectus sum animo. Philostr. Πέπονθά τι πρός σε, Quodam in te animi affectu moveor. Item aliquid πεπονθέναι πρός τι dicitur pro Eod. modo affectum esse s. affici, Idem ei accidere, quod alicui: necnon Simile esse et convenire aliquo modo: Aristot. H. A. 1, 1. Πέπονθεν ὀστοῦν πρὸς ἄκανθαν, καὶ ὄνυξ πρὸς ὁπλὴν, καὶ χεὶρ πρὸς χηλὴν: similitudinem enim et convenientiam quandam habent inter se ossa hominum et quadrupedum cum spinis piscium, ungues hominum et avium et aliorum animantium cum ungulis quorundam quadrupedum, manus hominis cum forcipibus cancri et similium. Præterea aliquis πέπονθέ τι, cui aliquid accidit. Xen. (K. Π. 1, 5, 7.) Πεπονθέναι ὅμοιον δοκεῖ, Simile quid ei accidere videtur. Sic dicitur πεπόνθασι τοῦτο οἱ ὄρνιθες. Quibus in ll. præt. πεπονθέναι ponitur pro præs. πάσχειν."

[" Πάσχω, Ammon. 110. Wakef. S. Cr. 3, 84. ad Charit. 362. Valck. Phœn. p. 334. ad Xen. Eph. 285. ad Phalar. 346. Thom. M. 332. 733. Abresch. Æsch. 2, 110. Jacobs. Anim. 215. 270. ad Lucian. 2, 73. 195. Attici qualemcunque rei alicujus proprietatem vel naturam per verbum π. exprimere solent, Kuster. Aristoph. 11. I. q. πράσσω, 12. 55. Brunck. 1, 162. 2, 95. An pro ποιῶ; Gesner. ad Horat. p. 11. ad Charit. 308. Grammatice, Heyn. Hom. 7, 44. Πάσχειν et παρέχειν conf., Schneid. ad Xen. K. Π. 494. Ed. alt., ad Mem. 219. Ed. 3. Πάσχειν et παρασχεῖν, Schleusn. Cur. Nov. c. 170. Π. et πυνθάνομαι conf., ad Diod. S. 2, 323. Πάσχειν ταὐτὸ, Ead. natura esse, Kuster. Aristoph. 55. Πάσχειν τι, Markl. Suppl. 288. ad Herod. 55. Zeun. ad Xen. K. Π. 404. cf. Santen. ad Catull. p. 21. Morior, Glycon. ad Diod. S. 1, 621. Brunck. Aristoph. 2, 59. Heyn. Hom. 5, 108. Π. τι πρός τινα, Valck. ad Chrys. p. 21. Boiss. Philostr. 432. 461. 567. 605. Dionys. H. 2, 1080. 1171. 3, 1437. 1455. Heindorf. ad Plat. Lys. 25. 35. Schneid. ad Aristot. H. A. 2, 241. Π. πάθος, Toup. Opusc. 1, 177. Emendd. 1, 267. Ἐάν τι πάσχω, Dawes. Misc. Cr. 423. Τί πάσχων; Musgr. Ion. 436. 1405. Τί πάσχεις; Brunck. Aristoph. 2, 183. Πάσχω, ἃ πεποίηκα, Wakef. ad Moschum 6, 6. Πείσομαι, Wessel. Diss. Herod. 135. ad p. 333. 710. Lennep. ad Phal. 172. Wakef. Trach. 1180. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 86. Kuster. Aristoph. 120. Heyn. Hom. 4, 695. Πεισόμενε, Valck. Callim. 284. Πεπονθὼς, conf. c. πεποιθὼς, ad Lucian. 1, 210. Ἐπεπόνθη, ad Mœr. 173. Πέποσθε, Heyn. Hom. 4, 469. 695. Παθεῖν, i. q. γενέσθαι, Wakef. Phil. 1421. Παθὼν et παρὼν conf., Trach. 143. De formula solemni ὅ τι δεῖ s. χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτίσαι, ad Xen. Mem. 2, 9, 5. Πρᾶξαι καὶ παθεῖν, Boiss. Philostr. 298. Τί παθὼν, Wolf. ad Dem. Or. c. Lept. 348. Jacobs. Exerc. 2, 132. Anth. 10, 121. Villoison. ad Long. 85. Brunck. Aristoph. 1, 42. Kuster. 15. ad Lucian. 2, 260. Boeckh. in Min. 194. Heyn. Hom. 8, 288. Τί πάθω, ad Charit. 266. Wakef. Trach. 973. Jacobs. Anth. 8, 275. 9, 475. 10, 240. Antiphil. Byz. 2. Kuster. Aristoph. p. 12. Τί γὰρ πάθω; Valck. Phœn. p. 335. Musgr. ad Hec. 614. Markl. Suppl. 257. Brunck. Aristoph. 1, 57. 162. Jacobs. Anth. 8, 275. Ἤν τι πάθω, ad Herod. 628. 667. Ἄν τι πάθω, ad Charit. 217. Τί ἂν πάθοιμι, ad Lucian. 1, 226. 491. Οὐκ ἔλαττον ἔδρασε, ἤπερ ἔπαθε, Jacobs. Anth. 1, 19. Τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ad Lucian. 1, 458. Εὖ πάθωμεν, T. H. ad Lucian. Dial. p. 58. Πήθω, ad Plutum p. 23. * Παθέω, ad Herod. 628. * Πάω, fut. πήσω, 710. Wessel. Diss. 135." Schæf. Mss.] " Πεπονθότως, Bono animo, Cum affectu, Hermog., VV. LL. Sed in priore signif. scr. πεποιθότως."

Πάθημα, τὸ, significat, sicut et de πάθος magis usitato dicetur, Quod quis passus est, s. patitur, Quod cuipiam accidit, Casus, etc. Redditur et Passio. Thuc. 4, (48.) p. 137. meæ Edit. Ἐπεγένετο γὰρ νὺξ τῷ π., 1, (23.) p. 8. Παθήματά τε ξυνηνέχθη γενέσθαι ἐν αὐτῷ τῇ Ἑλλάδι οἷα οὐχ ἕτερα, ἐν ἴσῳ χρόνῳ. Deinde παθήματα illa esse dicit πόλεις ληφθείσας καὶ ἐρημωθείσας, et φυγὰς ἀνθρώπων, item φόνον, necnon σεισμοὺς, etc. Plut. (8, 118.) Δεινὸν γὰρ ἂν ἀληθῶς φανείη τούτους μὲν ἐν νοσήμασι καὶ π. ἀκάμπτους διαμένειν καὶ ἐχυροὺς, καὶ δυσμεταθέτους. Apud Paul. Apost. autem παθημάτων appellatione plerisque in ll. intelliguntur Quæcunque fideles pietatis causa perpetiuntur: ubi παθήματα redditur Afflictiones, Ærumnæ. ‖ Morbus. Nam quamvis Plut. in l. quem modo protuli παθήματα distinguat ἀπὸ τῶν νοσημάτων, interdum tamen et νοσήματα, Morbos corporis, vocari παθήματα constat, et quidem ex ipso etiam Gal. Sed et Animi morbi s. ægritudines ita vocantur ab Auctore Axiochi. Ac generalius etiam, Omnes illi animi morbi qui Perturbationes dicti sunt, παθήματα interdum, sicut et πάθη, dicuntur. Possumus vero παθήματα interpretari Motus, Tullium sequendo; is enim hæc Plat. Timæo verba, Πρῶτον μὲν αἴσθησιν ἀναγκαῖον εἴη μίαν πᾶσιν ἐκ βιαίων παθημάτων ξύμφυτον γίγνεσθαι· δεύτερον δὲ, ἡδονῇ καὶ λύπῃ μεμιγμένον ἔρωτα· πρὸς δὲ τούτοις, φόβον καὶ θυμὸν, ὅσα τε ἑπόμενα αὐτοῖς καὶ ὁπόσα ἐναντίως πέφυκε διεστῶτα, sic vertit, Necesse erat sensum existere unum communemque omnium, vehementiore motu excitatum, conjunctumque naturæ: de-

inde voluptate et molestia mixtum amorem: post, A iram et metum, et reliquos motus animi, comites superiorum, et his etiam contrario dissidentes. In qua interpr. animadverte priore quidem loco dici simpliciter Motum, at posteriore Motus animi: quod itidem respondet nomini *παθήματα*: nam hoc ap. Plat. cum *ὅσα* et sequentibus subaudiendum est. Paulus quoque *παθήματα ἁμαρτιῶν* vocavit Motus qui nos velut rapiunt transversos, ita ut ad peccandum solicitent, atque adeo impellant. Sed et sine gen. illo *παθήματα* dicit eadem signif., ubi redditur Affectus, et Affectiones, ad Gal. 5, (24.) *Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.* Ubi vet. Interpr. *παθήμασι* reddidit Vitiis, alii Affectibus; ego vero lubenter e duabus hisce interprr. unam faciens, verterem Vitiosis affectibus: licet alioqui non ignorem Perturbationes potius vocari, sequendo Cic., aut Morbos animi. Ceterum *παθημάτων* nomen quomodo ap. Paul. latius pateat quam ap. Philosophos, docent scriptæ in illis [sic] Annotationes. Xen. (Ἱερ. 1, 36.) *Τὸ δὲ φιλοῦντα μι-* B *σεῖσθαι καὶ ἅπτεσθαι ἀχθομένου, πῶς οὐχὶ τοῦτο δυσχερὲς πάθημα καὶ οἰκτρόν*; ubi Bud. vertit Affectus. Affertque ex eod. Xen. (K. Π. 3, 1, 10.) *Πάθημα ἄρα σὺ λέγεις τῆς ψυχῆς εἶναι τὴν σωφροσύνην, ὥσπερ λύπην, οὐ μάθημα.* At in VV. LL. *παθήματα τῆς ψυχῆς*, Perceptiones et notiones rerum. Item *παθήματα ἐν τῇ ψυχῇ*, Sensa animi. Ibid. *Δηλοῦν τὰ παθήματα τῇ φωνῇ ἢ τῷ λόγῳ*, pro Exprimere sensa dicendo. Sed hæc ibi *ἀμαρτύρως* traduntur. ‖ *Πάθημα*, sicut *πάθος* et *πάθη*, pro Cæde, ap. Plat. de LL. 9. Bud. ‖ DAT. *Παθημάτοις* pro *παθήμασι*, Æolice: de quo lege Eust. [" *Πάθημα*, Jacobs. Anth. 9, 256." Schæf. Mss. *Τὰ παθήματα παιδεύματα*, Dionys. H. 3, 1579. * " *Παθηματικὸς*, Julian. 199." Wakef. Mss. * " *Παθηματικῶς*, Sext. Emp. P. 2, 10. (p. 68.) * *Πάθησις*, Eumath. 137." Kall. Mss. Aristot. H. A. 3, 1, 14.]

Παθητὸς, Patibilis, Qui pati potest, Passioni obnoxius s. potius Patiendi necessitati. Affertur *παθητὸς* ex Aristot. Præd. Utitur et Plut. cum alibi, tum C (9, 65. 501.) Cic. de N. D. 3, (12.) Cumque omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorum quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus, idque ferendi et patiendi necessitatem. Ubi Patibilem naturam vocat, quam Græci dicerent *παθητὴν φύσιν*. Legitur autem hoc verbum et Act. 26, (23.) *Εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς*, ubi vide Annot. [" Morell. ad Æsch. Pr. p. 212. Wakef. S. Cr. 5, 139." Schæf. Mss. Menander, *Παθητός ἐστι πᾶς τις εὐπροσήγορος.* * *Παθητολάτρης*, Phot. Bibl. 181.] CONTR. *Ἀπάθητος*, q. d. Impatibilis, Patiendi necessitati minime obnoxius, ut Deus dicitur *ἀπάθητος*. At VERO *Εὐπάθητος* dicitur contra Qui facile pati potest, patiendi necessitati valde expositus est. At in VV. LL. perperam *Εὐαπάθητοι* pro *Εὐπάθητοι*, Propensi ad patiendum.

Παθητικὸς, itidem Patibilis, Qui pati s. affici potest. *Παθητικὸν*, inquit Bud., Quod afficitur et affici potest, opponiturque *τῷ ἀπαθεῖ* et *τῷ ποιητικῷ*, in l. qui de Gener. et Corrupt. inscribitur, *Διὸ, καθάπερ* D *εἴρηται, τὰ μὲν τῶν ποιητικῶν, ἀπαθῆ, τὰ δὲ, παθητικὰ, ὥσπερ ἐπὶ κινήσεως.* Idem, *Ἡ δὲ ὕλη, ᾗ ὕλη, παθητικόν.* Synes. *παθητικὸν* vocavit Partem animi patibilem, s. perturbationibus obnoxiam: qui et *νοῦν* alicubi opposuit huic *παθητικῷ*. At simplicius ap. Plut. *Καὶ γαρ ἄλλως τῶν αἰσθητηρίων ἡ ἀκοὴ παθητικώτατόν ἐστι*, Maxime afficitur. ‖ *Παθητικὸς λόγος*, s. *παθητικὴ λέξις* ap. Rhett., atque adeo ap. ipsum Aristot., cui insunt *πάθη*, Affectus illi de quibus dictum est in ea nominis *πάθος* signif. quæ Rhetoribus est usitata. Sunt qui *παθητικὸς λόγος* exp., Oratio in qua fervet affectus, ad inducendum auditorem in affectus accommodata, in qua commoventur affectus. At ego non dicerem simpliciter Affectus, sed adderem Concitati, cum Fabio, aut certe aliquid hujusmodi, sequendo ea quæ supra dixi, de *πάθος* et *ἦθος* agens. Cic. Or. ad Brut. Duo sunt etiam quæ bene tractata ab oratore, admirabilem eloquentiam faciunt: quorum alterum est quod Græci *ἠθικὸν* vocant, ad naturam et ad mores et ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum; alterum quod iidem *παθητικὸν* nominant, quo perturbantur animi et concitantur: de Orat. 2. Illa autem, quæ aut conciliationis causa leniter, aut permotionis, vehementer aguntur, contrariis commotionibus inferenda sunt, ut odio benevolentia, ut misericordia invidia tollatur. HINC *Παθητικῶς λέγειν* ap. Aristot. Uti oratione perturbante animos et concitante: sequendo eum quem modo e Cic. protuli locum. ‖ *Παθητικὸν ῥῆμα* ap. Gramm., Passivum verbum, ut *τύπτομαι*: sicut *ἐνεργητικὸν*, activum, ut *τύπτω*. ITEM *Παθητικῶς*, Passive, pro Per passivum verbum, Passivo verbo, Passiva voce: ut cum dicit Eust. *παθητικῶς εἶπε βάλλεο, οὐχὶ βάλλε.* [" *Παθητικὸς*, Luzac. Exerc. 35. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 292. Casaub. ad Athen. 1, 67. Conf. c. *πληθυντικὸς*, Bast Lettre 81. *Παθητικὸν*, Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. 104. 123. Valck. Adoniaz. p. 329. *Τὰ π.*, ad Mœr. 36." Schæf. Mss. Schol. Lycophr. 161. 177. 673. *Παθητικῶς*, Eust. Il. A. p. 61. Dionys. H. 2, 123, 31. Schol. Soph. El. 352. Schol. Aristoph. Θ. 450.]

Πάθος, τὸ, q. d. Passio, Quod quis passus est, patitur, Quod cuipiam accidit, Casus, Æsch. Ag. (185.) p. 182. meæ Ed. *τῷ πάθει μαθὼν*, alludens ad Hesiodi dictum, *παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.* Soph. Aj. (313.) *πᾶν τὸ συντυχὸν πάθος ἂν ἴσως οὐ θαυμαστὸν εἰ πάθοι*, [verba ἂν — πάθοι ibi non reperiuntur,] Plato Phædro, *Ἀτὰρ, ὦ φίλε Φαῖδρε, δοκῶ τι σοὶ ὥσπερ ἐμαυτῷ θεῖον πάθος πεπονθέναι*; addo autem *θεῖον* e vet. Cod. Apud Herod. itidem cum suo verbo (3, 147.) *Πάθος πεπονθότες*, pro Qui cladem accepere. Ab Eur. *πάθος* et *ξυμφορὰ* copulantur, præcedente et nomine *δεινὸν*, initio Orestis, *Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν, ὧδ' εἰπεῖν ἔπος, Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατος*, ubi Schol. ait *δεινὸν* esse Nomen generale, quod dividitur in *πάθος* et *συμφοράν*: ac *πάθος* quidem vocari *τὰ νοσήματα· συμφορὰν* autem *τὰς δυστυχίας* et *περιπετείας*. Dem. pro Ctes. *Οὗτός ἐστιν ὁ τὰ Θηβαίων ὀδυρόμενος νῦν πάθη, καὶ διεξιὼν ὡς οἰκτρά.* Ut autem hic *πάθη οἰκτρὰ*, sic *πάθη ἐλεεινὰ* legitur ap. Aristot.: Plut. autem dixit *πάθη δεινὰ*, subjungens et *συμφορὰς ἀνηκέστους*, in Solone p. 172. meæ Ed. *Αἱ μεταβολαὶ δέ μοι αὐτῆς εἰς πάθη δεινὰ καὶ συμφορὰς ἀνηκέστους ἔργῳ τελευτῶσι*, Popl. (1.) p. 177. *τὸ Λουκρητίας πάθος.* Apud Eund. habemus *ἀπάθειαν* et *πάθος* in eadem periodo ibid. (7.) p. 181. *Ἡ γὰρ ἀρετῆς ὕψος εἰς ἀπάθειαν ἐξέστησε τὴν ψυχὴν, ἢ πάθους μέγεθος εἰς ἀναλγησίαν.* Idem *πάθος ἀνθρώπινον* appellavit non Humanæ vitæ fragilitatem, ut quidam interpr., sed Quod humanæ fragilitati accidit, s. potius, Quod accidit homini utpote fragili. Apud Eund. in Romulo sunt qui *πάθος δαιμόνιον* de divino furore exp. Ut autem dicimur *πάσχειν ὑπό τινος*, ita invenitur dictum et *πάθος ὑπό τινος*: Plato de Rep. 2. *Τὰ δὲ τοῦ Κρόνου ἔργα καὶ πάθη ὑπὸ τοῦ υἱέος.* Apud Aristot. de Mundo, *Ἀπειργάσατο πάθος τοῦτο, ὃ καλεῖν εἰώθαμεν σεισμὸν*, Bud. vertit, Naturæ facinus: sunt vero qui Eventum reddere malint. Idem, *πάθος*, sicut *πάθημα* ac *πάθην*, a Plat. de LL. 9. pro Cæde poni testatur. ‖ *Πάθος*, Morbus, Affectio corporis, ut dicitur Affectum corpus, ejus qui ægrotat, vel, Infirma corporis affectio: ut vicissim Firmam corporis affectionem dicit Cic. de eo qui valet. Celsus Affectus quoque dixit pro Morbis. Si tamen verbum verbo exprimendum sit, potius *διάθεσις* respondet Latinæ voci Affectio, quod non liceat Dispositionem usurpare eo modo quo Gallice dicimus La disposition du corps, et Mal disposé, Bien disposé, at *πάθος*, Passio: *δυσεντερικὰ πάθη* Cic. in Epicuri Epist. vertit Viscerum morbi; ista enim illius verba, *Στραγγουρία τέ τις παρηκολούθει καὶ δυσεντερικὰ πάθη ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείποντα*, ita interpr. Tanti autem morbi aderant vesicæ et viscerum, ut nihil ad eorum magnitudinem posset accedere. Sunt vero qui *πάθη* verterint etiam Cruciatus, ut *κωλικὰ πάθη* ap. Gal., itidemque *δυσεντερικά*. E Pand. Gr. affertur hæc inter *πάθος* et *νόσον* distinctio: ut *πάθος* sit Longum et continuum corporis impedimentum, at *νόσος* Infirmitas corporis temporaria. Inter *πάθος* autem et *σίνος* ac *βλάβος* sunt

qui hoc discrimen statuerint, ut *βλάβος* quidem et *σίνος* sit Exterior alicujus in corpore partis læsio; at Interior totius corporis læsio, *πάθος*. At vero de *πάθους* ac *διαθέσεως* differentia, itemque de aliis ad explicationem vocis hujus *πάθος* pertinentibus, ita Gorr. e Gal. et aliis:—Prisci, Motus omnes, etiam qui naturaliter se habent, nisi activi sint, *πάθη* nominant: sicuti ipsos etiam activos motus, Actiones. Eo pacto et Plato Sensuum alterationes *πάθη* et *παθήματα* appellavit, in visu quidem eas quæ ab albo, nigro, flavo, et ceteris coloribus fiunt; in tactu, quæ a calido, frigido: humido, sicco: molli, duro, ceterisque id genus: atque ad eund. modum in singulis reliquorum sensuum. Sed et voluptatem passionem vocat. Et paulo post, Quamdiu enim aliquid movetur, patitur: cum desiit moveri, non amplius pati, sed affectum esse dicitur. Differt enim *πάθος ἀπὸ τῆς διαθέσεως*, h. e. Passio ab affectione s. dispositione, solo motu. Quippe cessante eo quod alterabat, alteratio quæ in passo jam remanet, *διάθεσις*, h. e. Affectio, ejus est. Jam ergo non in ipso fieri, ut *πάθος*, sed in eo quod manet, et in subjecto corpore post motum reservatur, *διάθεσις* constat. Hæc cum a vett. ita distincta fuerint, nunc tamen per abusum, etiam ipsæ *διαθέσεις* quæ e passione jam provenere, nec amplius in motu sunt, *πάθη* appellantur. Cum autem omnem, etiam qui naturaliter se habet, motum, *πάθος* vett. dixerint, postea tamen quidam id nomen ad eos tantum motus contraxerunt, qui præter naturam accidunt. Alii vero ne de iis quidem omnibus dici voluerunt. Eas enim præter naturam affectiones quæ morbum præcedunt causæque rationem obtinent, causas tantum dicimus, non *πάθη*: quæ vero illum sequuntur, si actionum offensæ sunt, et *συμπτώματα* et *πάθη* vocamus, sicut et immodicas vel inanitiones, vel retentiones. Si vero affectiones sint, h. e., si in corporum affectu consistant, veluti vitiosus color, supra *πάθους* et *συμπτώματος* appellationem, etiam *διαθέσεις*, h. e. Affectus s. Affectiones, vocamus, ita sc. ut sunt. Itaque proprie *πάθη*, et morbi et eorum symptomata a Medicis appellantur, h. e. omnis *διάθεσις* contraria naturali corporis nostri constitutioni, non tantum ubi aliquid alicui parti præter naturam accidit, sed ubi etiam deest quod secundum naturam influere consuevit etc.

Πάθος, Morbus, sed Morbus animi. Cic. tamen *πάθος* de animo dictum, mavult interpretari Perturbationem: pro quo dicit etiam Turbatum Motum animi, et Turbidum in animo motum, et Motum concitati animi: item Motum animi rationi non obtemperantem. Sed et Permotiones animi vocat *πάθη*, in Acad. scribens, Atque illi quidem etiam utiliter a natura dicebant permotiones istas animis nostris datas: metum, cavendi causa: misericordiam, ægritudinemque, clementiæ: ipsam iracundiam, fortitudinis quasi cotem esse dicebant. Atque ut hic metum inter permotiones animi numerat, sic Permoveri metu interdum dicit. Aliquando porro et Permotio sine adjectione ab eo ponitur pro *πάθος*: cujus usus exemplum proferam in *Μετριοπάθεια*. Existimat tamen *πάθος* in hac signif. sonare ad verbum i. q. Morbus. Ita enim scribit Tusc. 3. Num reliquæ quoque perturbationes animi, formidines, libidines, iracundiæ? hæc enim fere sunt ejusmodi quæ Græci *πάθη* appellant. Ego poteram morbos, et id, verbum esset e verbo; sed in consuetudinem nostram non caderet. Nam misereri, invidere, gestire, lætari, hæc omnia Morbos Græci appellant, motus animi rationi non obtemperantes: nos autem hos eosd. motus concitati animi recte, ut opinor, Perturbationes dixerimus, Morbos autem non satis usitate. Cum autem dicit, Hæc omnia Morbos Græci appellant, intellige vocari ab illis *πάθη*, quod ad verbum sonet Morbos. Idem de Fin. 3. Nec vero perturbationes animorum, quæ vitam insipientium miseram acerbamque reddunt, quas Græci *πάθη* appellant: poteram ego, verbum ipsum interpretans, Morbos appellare, sed non conveniret ad omnia; quis enim misericordiam, aut ipsam iracundiam Morbum solet dicere? at illi dicunt *πάθος*. Sit igitur perturbatio, quæ nomine ipso declarari vitiosa videtur, nec hæ igitur perturbationes vi aliqua naturali moventur; omnesque hæ sunt genere quatuor, partibus plures: ægritudo, formido, libido, quamque Stoici communi nomine corporis et animi *ἡδονὴν* appellant. Idem Tusc. 4. Quoniam quæ Græci *πάθη* vocant, nobis Perturbationes appellari magis placet quam Morbos. Paulo post, Est igitur Zenonis hæc definitio, ut perturbatio sit quod *πάθος* ille dicit, aversa a recta ratione, contra naturam, animi commotio. Quibus verbis hæc Zenonis interpretatur, *Πάθος ἐστὶν ἡ ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις*. Subjungit autem, Quidam brevius, perturbationem esse appetitum vehementiorem dicunt: ubi appetitum vehementiorem vocat, quod Græci dixerunt *ὁρμὴν πλεονάζουσαν*. Sed vehementiorem eum volunt esse, qui longius discesserit a naturæ constantia. Earum autem perturbationum nomina esse dicit hic quoque libidinem et lætitiam, metum et ægritudinem: et esse illas e duobus opinatis bonis, sicut has e duobus opinatis malis. Idem tamen Tusc. *πάθος* interpr. Morbum, sed ita ut statim expositionem subjungat quæ interpr. illam veluti molliat. Dixerat autem verbis proxime præcedentibus, Ægritudinem id esse propemodum verbum, quo Græci Omnem animi perturbationem appellent. Sed totum locum proferre præstat, utpote in quo censeat Latinos Ægritudinis nomine recte usos esse, ab Ægris corporibus id sumentes; at non tamen de omni perturbatione itidem dici posse. His igitur verbis, Itaque præclare nostri, ut alia multa, molestiam, solicitudinem, angorem, propter similitudinem corporum ægrorum Ægritudinem nominarunt: his inquam subjungit, Hoc propemodum verbo Græci Omnem animi perturbationem appellant: vocant enim *πάθος*, i. e. Morbum, quicunque est motus in animo turbidus. Nos melius; ægris enim corporibus simillima est animi ægritudo: at non similis ægrotationis est libido, non immoderata lætitia, quæ est voluptas animi elata et gestiens. Ipse etiam metus, non est morbi admodum similis, quanquam ægritudini est finitimus. Sed proprie, ut ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo nomen habet non sejunctum a dolore. Et paulo post, Est igitur causa omnis in opinione; nec vero ægritudinis solum, sed etiam reliquarum omnium perturbationum. Libuit autem totos hosce locos afferre, ut sub unum aspectum, ut ita dicam, eos lector habens, inter se conferre posset. Ad me quod attinet, a Cic. hic omnino dissentio, in eo quod *πάθη* Morbos quidem significare, nec tamen ita licere interpretari dicit: præsertim vero cum eam quam Ægritudinem Lat. vocant, quæ vox nihil aliud sonat quam Morbum, inter preturbationes numeret. Quid enim obstat quominus ceteræ ut communem cum illa appellationem perturbationum habent, sic et communem morborum habeant? At ægritudo, inquit, in animo nomen habet non sejunctum a dolore. Hoc certe si spectemus, metui saltem tribui Morbi appellatio poterit; quis enim metum doloris expertem fingere sibi possit? Ut autem alia omittam, quibus Cic. refelli posse videtur, ipsemet Tusc. 3. hæc scribit, Quia nomen Insaniæ significat mentis ægrotationem et morbum, i. e. insanitatem, et ægritudinem animi, quam appellarunt Insaniam. Omnes autem perturbationes, Animi morbos Philosophi appellant; negantque stultum quenquam his morbis vacare. Qui autem in morbo sunt, sani non sunt; et omnium insipientium animi in morbo sunt; omnes insipientes igitur insaniunt. Sanitatem enim animorum, positam in tranquillitate quadam constantiaque censebant. His rebus mentem vacuam appellarunt Insaniam: propterea quod in perturbato animo, sicut in corpore, sanitas esse non possit. Et paulo post, Qui enim animus est in aliquo morbo, Morbos autem, hos perturbatos motus, ut modo dixi, Philosophi appellant, non magis est sanus quam id corpus quod in morbo est. Et paucis interjectis, Eos enim sanos intelligi necesse est, quorum mens motu, quasi morbo, perturbata nullo sit. Hæc si vera sunt, Cicero, merito dixerit quispiam, cur Perturbationes appellare Morbos non audes? Cur tantopere Latina ista

Insaniæ appellatio tibi placet, Græca autem τῶν πα- A θῶν non item? cum utraque de perturbato animo dicatur? Præterea si hoc verum est, animum qui est in aliquo morbo, i. e. perturbato motu, non magis esse sanum quam id corpus quod in morbo est, cur libidinem, immoderatam lætitiam, similem ægrotationis esse negas? Sed de his tamen, quæ a me properante de istius nominis interpretatione disceptantur, alii per otium judicent. Idem Cic. certe primo libro de Inv. Affectionem appellavit, quod Græci πάθος, Affectio, est animi aut corporis e tempore aliqua de causa commutatio: ut lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, et alia quæ in eod. genere reperiuntur. Sed et Gellius l. 1. verbis hisce claudit, Nam ut aliorum omnium quos Lat. Philosophi Affectus, vel Affectiones, Græci πάθη appellant, ita hujus quoque motus animi, qui cum est ulciscendi causa sævior, ira dicitur: non privationem esse utilem censuit, quam Græci στέρησιν dicunt, sed mediocritatem, quam μετριότητα illi appellant. Hæc ille: cujus alium locum huc pertinentem proferam B infra in Ἀπαθής. Mihi certe in quodam Pauli l., ubi παθήματα, quod nibil aliud est quam πάθη, cum ἐπιθυμίας copulat, magis placere, reddere Vitiosos affectus quam simpliciter Affectus, aut Vitia, cum vet. Interpr., docui supra.

Πάθος, Morbus; sed in ea signif. qua dixit Horat. Od. 1, 37. Contaminato cum grege turpium Morbo virorum. Paul. ad Coloss. 3, 5. Νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν κ. τ. λ. Nam de h. l. plane Erasmo assentior, et cum eo existimo πάθος hoc esse e quo Pathici dicti sint, ac reddi debere Mollitiem: posse vero et Morbum Latine dici, ex isto Horatii l. Non ignoro tamen exponi hic et de Morbo animi, sicut et in isto ejusd. Horatii loco, Sat. 1, 6. Ut si qui ægrotet quo morbo Barrus: ubi tamen fortasse itidem notatus videri possit Barrus tanquam pathicus, hac morbi appellatione. Esse alioqui multos ap. hunc etiam Poëtam locos, ubi Morbus de Animi morbo intelligatur, in ejus lectione versatis ignotum C esse non potest.

Πάθος habet et eam Affectus signif. quæ Rhetoribus frequens est, Fab. 6, 2., simul nominis Πάθος et NOMINIS Ἦθος significationem declarans. Horum autem (affectuum), sicut antiquitus traditum accepimus, duæ sunt species; alteram Græci πάθος vocant, quam nos recte vertentes ac proprie, Affectum dicimus: alteram ἦθος, cujus nomine, ut ego quidem sentio, caret sermo Romanus, Mores appellantur: atque etc. Paulo post, Affectus igitur hos concitatos, πάθος: illos mites atque compositos, ἦθος esse dixerunt. In altero vehementer commotos, in altero lenes; denique hos imperare, illos persuadere; hos ad perturbationem, illos ad benevolentiam prævalere. Aliquanto post, Quin illud adhuc adjicio, πάθος atque ἦθος esse interim ex ead. natura: ita ut illud majus sit, hoc minus: ut amor, πάθος: caritas, ἦθος. Interdum diversa inter se, sicut in epilogis: namque πάθος concitat, ἦθος solet mitigare. Idem Fab. 5, 12. His quidam probationes adjiciunt, quas D παθητικὰς vocant, ductas ex affectibus. Hæc ille. Hinc autem dicitur et παθητικὸς λόγος, Oratio in qua commoventur affectus: quod Aristot. vocavit πάθος ποιεῖν, Rhet. 3. Καὶ ὅταν πάθος ποιῇς, μὴ λέγε ἐνθύμημα. Vide autem et Cic. locos quos protuli in Παθητικός. Ideo autem hæc a præcedentibus sejunxi, in quibus πάθη e Gell. et aliis dicebant itidem esse Affectus s. Affectiones, quod ibi agatur περὶ τῶν παθῶν non Rhetorum, sed Philosophorum, ap. quos Morbi potius signif. retinere videri potest hæc vox; ut ibi docui.

Πάθη præterea vocare consuevit Aristot. Quæcunque alicui rei adesse dicuntur extra tamen ipsius essentiam. Sic dixit Rhet. 1. Καὶ γεωμετρία περὶ τὰ συμβεβηκότα πάθη τοῖς μεγέθεσι. Ita VV. LL., ubi annotatur etiam πάθη in hac signif. recte dici posse Passiones, cum Macrobio et Seneca, scribente Quæst. Nat. 2, 48. Quæ inspicienda sunt in fulgure, passim et vage dicunt: et sic passiones eorum debere dividi, quemadmodum ab Attalo Philosopho, qui se huic disciplinæ dederat, divisæ sunt: ut inspiciatur ubi factum sit, quando, cui, in qua re, quale, quantum. Vide et Bud. 162.

[" Πάθος, Valck. Phœn. p. 649. ad Herod. 201. Jacobs. Emendd. 54. Anth. 10, 27. 228. ad Lucian. 1, 280. Brunck. Phil. 854. ad Charit. 390. 480. ad Phalar. 286. Diod. S. 2, 437. Wakef. Herc. F. 1208. Luzac. Exerc. 35. Porson. Or. 3. Heyn. Hom. 6, 191. Culpa, Valck. Anim. ad Ammon. 4. Morbus, Phalar. 302. Thom. M. 820. De amore, ad Charit. 211. 289. Apud Grammat., Koen. Præf. ad Greg. Cor. 22. 28. Ammon. 4. Steph. Dial. 59. Conf. c. ἔπος, ad Herod. 569.: cum πένθος, 201. Valck. Phœn. p. 649. T. H. ad Plutum p. 23. Schmied. ad Plut. Alex. 126. Π. ἐρωτικὸν, Villoison. ad Long. p. 5. Τὸ ἐμαυτοῦ π., Quod mihi accidit, Philostr. 26. Boiss. Τῷ π. μανθάνειν, Jacobs. Anth. 6, 61. Τὸ περὶ τὰ ὄμματα καὶ ὦτα πάθος, Valck. Phœn. p. 481. Πάθη, τὰ, Valck. Adoniaz. p. 329." Schæf. Mss. " Πάθος συμπεπαρμένον, Olympiod. in Plat. Gorg. Ms. πρ. 38." Routh. Mss. Herod. 1, 137. Ἀνήκεστον π. ἔρδειν. * " Αὐτοπάθος, Planud. Dial. Ms. de Gramm." Boiss. Mss.]

Dicitur ETIAM Πάθη, fem. gen. sicut et alia quædam neutro pariter et fem. genere efferuntur. Sed e signiff. nominis πάθος, itemque nominis πάθημα, retinuit eam potissimum, qua ponitur pro eo quod cuipiam accidit, Casus, Calamitas, Clades. Herod. 1, (122.) Κατ' ὁδὸν δὲ πυθέσθαι πᾶσαν τὴν ἑωυτοῦ πάθην. Suid. e Soph. citat pro συμφοραί, Calamitates: ap. Eund. Aj. (295.) Καὶ τὰς ἐκεῖ μὲν οὐκ ἔχω λέγειν πάθας, ubi exp. Quæ illic acciderint. Greg. inter ea quæ jambico versu scripsit, Ἐγὼ γὰρ ἃς μὲν ἔσχον ἐν ξένῃ πόλει Πάθας. Item πάθη pro κάκωσις, Bud. e Plat. Philebo, Ἡ παρὰ φύσιν τοῦ πνίγους πάθη. Ab Eodem pro Cæde poni tradit de LL. 9. sicut πάθος ac πάθημα. Aliquot autem exempla usus nominis hujus habes et ap. Suid. [" Villoison. ad Long. p. 5. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. 48. Toup. Opusc. 1, 316. Emendd. 4, 463. Koen. ad Greg. Cor. 199. ad Herod. 216. Jacobs. Anth. 9, 94. Brunck. Soph. 3, 525. Dionys. H. 5, 365." Schæf. Mss. " Cruciatus, Euseb. H. E. 306. 330." Kall. Mss. " Plato Epinom. Τὸ μὲν αἴτιον ἁπάντων, τὸ δὲ ἀναίτιον πάσης πάθης, Ullius affectionis: de LL. 5. p. 728. Τοῦτο οὖν δὴ τὸ πάθος δίκη μὲν οὐκ ἔστι, τιμωρία δὲ, ἀδικίας ἀκόλουθος πάθη, pro quo Plut. de S. N. V. 982. τῷ πάθει." Gataker. Mss.]

" Παθογνωμικὸν, vocatur Quod proprie affectionis " speciem signif. Proprie quidem de signo dicitur, " improprie de symptomate, et quatenus tantum " morbi naturam indicare potest. Hæc Gorr. inter " alia. In VV. LL. παθογνωμικὸν σημεῖον, Signum " quod una cum morbo invadit, nec ab eo separari " potest: ut in pleuritide difficultas anhelitus et fe- " bris: e Gal. de Diff. Morb." [Leg. * Παθογνωμονικός. * Παθοκρατέομαι, Imperium habeo in perturbationes animi, 4 Macc. 7, 20. * Παθοκρατεία, Imperium in passiones, 13, 5. al. * Παθοκρατορία. * Παθοκτόνος, Eust. Il. Z. p. 492, 16. * Παθολόγος, unde * Παθολογέω, M. Anton. 8, 13. * Παθοποιὸς, Procl. Paraphr. Ptol. 1, 5. p. 28. " Clem. Hom. 9, 21." Kall. Mss. Phot. Bibl. 479. " Παθοποιία, Affectuum " commotio, Schema quo vel odium vel iracundiam " vel misericordiam commovemus, inquit Jul. Rufini- " anus" [Fig. 36.]

" Ἀειπαθὴς, Semper patiens, Sempiternæ et per- " petuæ passioni obnoxius, vide Ἀεικίνητος." [Stob. Serm. 1. p. 25.] " Ἀειπάθεια, Passio perpetua. " Aliis, Nunquam deficiens affectio." [* Αἰσχροπαθὴς, unde * Αἰσχροπάθεια, Theophyl. 3, 475.] " Ἀ- " λυσοπαθείῃ, Hes. affert pro κακοπαθείᾳ, Ærumna, " Molestia." [* Ἀλλοπαθὴς, Schn. Lex. Suppl. v. Αὐτοπαθής. * Ἀλλοπαθῶς, Eust. Il. N. 57. * Ἀλλοπάθεια, Aliorum passio, Diod. S. Ecl. 1, 26.]

Ἀντιπαθὴς, Contrariam affectionem habens, Obsistendi vim habens, per contrariam sc. affectionem. At in Anthol. Epigr. ἀντιπαθὴς φήμη, simpliciter Contraria fama exp. || Ἀντιπαθὲς positum pro sub-

stantivo, Remedium adversus aliquid. A Bud. vertitur Obsistens, et Remedium, *ἀντιφάρμακον*. Citat autem l. h. Plut. Antonio, *Τέλος δὲ χολὴν ἐμοῦντες ἔθνησκον, ἐπεὶ καὶ τὸ ἀντιπαθὲς ὁ οἶνος ἐξέλειπεν*. Citatur et e Diosc. 4, 223. *ἀντιπαθές ἐστι τοῖς φαρμάκοις*, pro Adversatur veneficiis. [" 'Αντιπαθὴς, Wakef. Eum. 785. Ruhnk. ad H. in Cer. 229. ad Charit. 217. 'Αντιπαθὲς, Wakef. Alc. 993." Schæf. Mss. Plut. 10, 793. *Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος, 'Αντιπαθὴς καλούμενος, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς ἀλφοὺς καὶ λέπρας δι' οἴνου τριβόμενος, καθὼς ἱστορεῖ* Κτησίας Κνίδιος *ἐν β' περὶ 'Ορῶν*. * 'Αντιπαθῶς, Geop. 5, 11, 4. 12, 17, 17. Alex. Trall. 8. p. 152.] 'Αντιπάθεια, ἡ, Repugnantia inter aliquas res ob contrariam affectionem, ut inter ignem et aquam, Plut. de Primo Frig. *Μυρίαι δήπουθέν εἰσιν ἀντιτάξεις καὶ ἀντιπάθειαι πρὸς τὸν ἀέρα τῆς γῆς*, Sexcentæ profecto sunt aëris et terræ repugnantiæ et dissensiones, Turn. Est etiam *ἀντιπάθεια*, Vis obsistendi s. auxiliandi quam res aliqua habet, per contrariam affectionem. Alex. Aphr. Probl. ult. l. 1. *Φυσικὴν ἀντιπάθειαν ἔχουσαι πρὸς ἕκαστον ἰοβόλον θηρίον*, Quæ vi suæ naturæ contra venenata omnia genera omnemque illatam injuriam auxiliantur, Gaza. Polit. autem sic, Quæ naturalem quendam mutuum affectum habent, quam *ἀντιπάθειαν* dicunt, adversus quodvis venenosum animal. Plin. 34, 15. Ferrum a rubigine vindicatur cerusa et gypso et liquida pice: hæc est temperatura a Græcis Antipathia dicta. Sed h. l. aliter a multis legitur. In VV. LL. ex Aristoph. pro *ἄκος*, Remedium. [Æschinis Dial. 3, 16. *κακῶν*.] 'Αντιπαθέω, Contrariam affectionem habeo, Habeo naturalem *ἀντιπάθειαν*, Natura dissideo per *ἀντιπάθειαν*, Resisto, Obsisto s. Obsto per *ἀντιπάθειαν*, s. vi *ἀντιπαθείας*. 'Αντιπαθεῖν et *ἀντιπάσχειν*, inquit Bud., Contrario modo affici, et in diversum tendere, Abhorrere, Dissidere, Obsistereque. Alex. Aphr. Probl. *Τρίγλη τε κρατουμένη ἀντιπαθεῖ τῇ νάρκῃ*, ubi idem Bud. vertit, Resistit, Contra afficit. Gaza vim Græci verbi non exprimit, Trigla obtenta vitium a torredine acceptum tollit. [" Dawes. Misc. Cr. 65. Toup. Opusc. 2, 124. 172." Schæf. Mss. * " 'Αντιπαθητικὸς, Ælian. H. A. 41. 'Αντιπάθιον, Antidotum, Hes." Wakef. Mss.]

'Απαθὴς, q. d. Impassibilis, usurpando pro Carens *πάθεσι*, i. e. Passionibus ad verbum, Lat. Affectibus s. Affectionibus, Non obnoxius affectionibus animi. Cum Cic., Carens omni perturbatione. Gellius *ἀπαθῆ* describens, ait 19, 12. Quod nullus usquam homo, qui secundum naturam sentiret et saperet, affectionibus istis animi quas *πάθη* appellabat, ægritudinis, cupiditatis, timoris, iræ, voluptatis, carere et vacare totus posset. Perinde est enim ac si Gell. dixisset, Quod nullus usquam homo, qui secundum naturam sentiret et saperet, *ἀπαθὴς* esse posset. Plut. (6, 90.) *Ἀλλ' οὐδὲ τοῖς θεοῖς, ὅταν εἰς ἀνθρωπίνας ἐμπέσωσι πράξεις, ἀπαθέσι χρῶνται καὶ ἀναμαρτήτοις*. Idem in Alcib. paulo aliter utitur, (13.) *Ἄτρεπτος δὲ πρὸς τὸ κακῶς ἀκούειν καὶ ἀπαθὴς ὢν ὀλιγωρίᾳ δόξης*: i. e., Qui nihil commoveretur, vel Qui nullo tangeretur dolore ob infamiam. ‖ 'Απαθεῖς a Xen. dicuntur etiam Qui nullis corporis malis sunt obnoxii, In quos non cadit aliquod malum pati. Est et ap. Diod. S. quoddam *ἀπαθὲς ἔθνος*. Sunt etiam *ἀπαθεῖς*, cum ad corpus refertur, Illæsi, Intacti, pro *ἀπαθεῖς κακῶν*. Fortasse *ἀπαθὴς* Impatibilis reddi possit, sicut Cic. Naturam patibilem vocat *τὴν παθητὴν* primusque dari huic signif. locus. Sed frequentius cum gen., Dem. (1399.) *Νόσων ἀπαθεῖς τὰ σώματα, καὶ λυπῶν ἄπειροι τὰς ψυχὰς*, Non habentes obnoxia morbis corpora. Sic dicitur *ἀπαθὴς κακῶν*, Non obnoxius malis, Expers s. Immunis malorum. Hermog. de Inv. 2. *'Απαθῆ κακῶν ἐσομένην*. Citatur etiam in bonam partem acceptum, ut *ἀπαθέες καλῶν*, pro Immunes bonorum, Commodorum expertes, ex Herod. (1, 207.) Dicitur etiam *ἀπαθὴς ὑπό τινος*, ut ap. Aristot. Probl. *ἀπαθὴς ὑπὸ τοῦ ὁμοίου*, quod exp., Qui a simili affici nequit. E Plut. autem in Romulo (7.) citatur *ἀπαθὴς ὑπὸ τῶν παρόντων*, pro Præsentibus malis non commotus. [" Wessel. Diss. Herod. 93. ad p. 17. Abresch. Lectt. Aristæn. 277. Toup. Emendd. 2, 29. ad Charit. 655. Brunck. Apoll. Rh. p. 8. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 391. Boiss. Philostr. 522." Schæf. Mss. Theophr. H. Pl. 4, 2, 6. C. Pl. 6, 10, 2.] 'Απαθῶς, Impassibiliter, si Lat. lingua admitteret; Absque ullis passionibus, i. e. affectionibus. Cum Cic., Absque ullis perturbationibus. [" Steph. Dial. 32." Schæf. Mss.] 'Απάθεια, ἡ, Status mentis hominis *ἀπαθοῦς*, Impassibilitas, si Latine dici posset, Affectionum vacuitas. A quibusdam exp. Indolentia, sed non satis generali vocabulo fortasse; nam indolentia est *ἀναλγησία*. Plut. quandam *ἀπάθειαν* probat, et quandam improbat; scribit enim in Cons. ad Apoll. (p. 388.) *Οὐ γὰρ ἔγωγε συμφέρομαι τοῖς τὴν ἄγριον ὑμνοῦσι καὶ σκληρὰν ἀ., ἔξω καὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ τοῦ συμφέροντος οὖσαν*. Idem Fabio, *'Α. μὲν οὖσαν τὴν δοκοῦσαν εὐπραγίαν*. At in l. *Πῶς ἄν τις Αἰσθ. 'Εαυτοῦ προκ.* scribit, *Ὅτι τοιαύτην ἀ. * παρασκευαστέον ἐκ λόγου καὶ φιλοσοφίας τὸν ὑπὸ τῶν προστυγχανόντων ταράττεσθαι μὴ βουλόμενον*. Cic. in Lucullo, Zenoni summum bonum est, in his rebus neutram in partem moveri: quæ *ἀδιαφορία* ab ipso dicitur: Pyrrho autem ea ne sentire quidem sapientem: quæ *ἀπάθεια* nominatur. Existimo autem eum et in alio ejusd. Luculli l. *ἀπάθειαν* intellexisse, ubi sc. scripsit, Sed quæro quando ista fuerint ab Academia vetere decreta, ut animum sapientis commoveri et conturbari negarent. Crediderim tamen non solum hanc vocem *ἀπάθεια*, sed et alteram ei affinem, sc. *ἀταραξία*, exprimere voluisse. ‖ Dicitur etiam *ἀπάθεια πρός τινα, τί*: ut ap. eund. Plut. *ἀ. πρὸς τὸ θεῖον*, de Superst. *Καὶ ὅλως ἡ μὲν ἀθεότης ἀπάθεια πρὸς τὸ θεῖόν ἐστι, μὴ νοοῦσα τὸ ἀγαθόν*. Ubi *ἀ. πρὸς τὸ θεῖον* videtur vocare Statum mentis eorum hominum, qui nullo metus deorum sensu tanguntur s. commoventur. [Theophr. H. Pl. 9, 15, 1. *κακῶν*. * 'Απαθέω, Marin. Proclo 21. Lobeck. Phryn. 620.]

'Απειροπαθὴς, Qui immense perturbationibus s. affectionibus obnoxius est, vel perturbationum immensitati; ita enim malo quam Infinitati, sicut illic Immense, quam Infinite. 'Απειροπάθεια, Immensitas perturbationum, Synes., vide *Μετριοπάθεια*. Αὐτοπαθὴς, E se patiens, Intrinsecus patiens, Reciprocus, ut *ἀντωνυμία*, Bud., qui ETIAM 'Ιδιοπαθὴς hunc usum habere tradit. [" Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 2, 228." Schæf. Mss. Schol. Il. A. 427. Schol. Aristoph. Eἰρ. 290. Apollon. Syntax. 175. Bekk.] Αὐτοπάθεια, q. d. Intrinseca passio, Innata passio; Reciprocatio, quando eadem persona agit et patitur, VV. LL. e Gaza Gramm. 4. [" Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 2, 243." Schæf. Mss. Polyb. 3, 108, 2. 12, 28, 6.] Αὐτοπαθῶς, q. d. Cum passione intrinseca, Patiendo intrinsece. ‖ Sed a Polyb. usurpatur pro E sententia animi, et Non simulate, Ingenue; his enim modis vertit Bud., remittens ad eos Polybii ll. qui a Suida proferuntur, exponente *οἴκοθεν* et *ἐξ ἰδίας προαιρέσεως*. Crediderim autem sonare ad verbum q. d. E proprio affectu. [Polyb. 3, 12, 1. 8, 19, 7. 15, 17, 1. Diog. L. Epicuro 10. p. 137. Eust. Il. Γ. p. 302. * Αὐτοπαθικὸς, Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 2, 199." Schæf. Mss. * Αὐτοπαθέω, * Αὐτοπάθητος, unde] " Αὐτοπαθητικὸν, Per se et sua natura passivum, Vox Grammaticorum."

[* Βαρυπαθὴς, Euseb. H. E. p. 306. 373. Lobeck. Phryn. 620. * Βαρυπαθέω, Plut. 6, 641.]

Δεινοπαθὴς, Indigna s. Gravia passus, Gravi affectus injuria. Ejusd. est formæ cujus et Αἰνοπαθὴς, quod habes in Αἰνός. Sed nullum hujus adjectivi exemplum affertur in VV. LL., ubi exp. Graviter ferens, sicut nec SUBSTANTIVI Δεινοπάθεια, quod exp. Querela. Ego autem malim Indignatio ejus qui se gravia passum dicit. At VERBUM Δεινοπαθέω, quod Bud. exp. Graviter afficior, Ingemo, Ægre fero, et Lamentabili voce queror, invenio cum alibi, tum in l. Plut. quem protuli T. 1. c. 925. Addo autem iis quæ ibi dicta sunt de h. v., et istud e Bud., Ciceronem videri ad verbum expressisse, Indigne pati. Sed et hoc adjicio, sc. *δεινοπαθῶ* videri sonare q. d. *δεινὰ παθεῖν με λέγω*, Gravia me passum esse dico, Indigna me passum esse dico, s. potius queror. Quæ

et verbi Indignor propria significatio esse videtur. A Magis tamen proprie respondet VERBO Ἀναξιοπαθῶ, cujus Bud. talem usum agnoscit, qualem tribuo illi Δεινοπαθῶ. Exp. enim non solum Ægre fero, sed etiam Indignum esse dico, Indignum facinus clamo. Accepisse autem eum hanc postremam interpr. arbitror ex isto Terentii loco, in Andria, Venit Chremes postridie ad me clamitans Indignum facinus, comperisse Pamphilum Pro uxore habere hanc peregrinam; et affert e Plut. (7, 231.) Ἀναξιοπαθήσας δὲ ὁ Κριτόλαος ἀνεῖλεν αὐτήν. Alibi autem pro Stomachari ab eo poni tradit, [10, 739. 779. Catone Min. 59.]

Δυσπαθής, Qui non facile patitur, afficitur. E quo intelligitur Firmus, Bud. afferens e Luciano (2, 906.) Δυσπαθέστερα γὰρ καὶ καρτερώτερα τὰ σώματα γίγνονται αὐτοῖς, διαπονούμενα. Itidem vero a Diosc. δ. σῶμα vocari τὸ στερεὸν tradit. Sed et a Gal. ad Gl. δ. dici scribit Qui non facile afficitur, [de Opt. Sect. 30.] At in VV. LL. δυσπαθὴς exp. etiam Qui durus est contra medicamenta. || Qui gravi ægritudine afficitur, s. mœrore, et supra modum eo angitur. A Bud. exp. Qui B præter modum afficitur: dicente opponi a Plut. (6, 389.) τῷ ἀπαθεῖ, sicut et τὸν δυσπενθῆ. [" Musgr. Iph. T. 478." Schæf. Mss.] Δυσπάθεια, sequendo signif. quam dedi priorem nomini δυσπαθής, Firmitudo qua fit ut quis non facile quicquam mali patiatur, s. damni, injuriæ. Firmitas et Robur exp. Bud. in Plut. Demetrio (21.) de thoracibus Demetrii, Δυσπάθειαν δὲ αὐτῶν καὶ ῥώμην ἐπιδεικνύμενος ὁ τεχνίτης ἐκέλευσεν ἀφεῖναι καταπελτικὸν βέλος. In VV. LL. affertur ex Alex. Aphr. Probl. 1. Μέγα δὲ πέφυκεν ὅπλον πρὸς δυσπάθειαν ἡ συνήθεια: quæ verba ita redduntur, Juvat autem plurimum ad resistendum consuetudo. Item, Nos multum adversus affectus et injurias juvat consuetudo. || Δυσπάθεια, sequendo posteriorem τοῦ δυσπαθὴς signif., Gravis ægritudo qua quis afficitur, Gravis mœror. Item Infelicitas, ut dicetur in Εὐπάθεια. ["Plut. Mor. 1, 514." Schæf. Mss.] Δυσπαθέω, Non facile patior, afficior, ob firmitatem. Apud Greg. δυσπαθεῖν pro Ægre affici dolore et labore, καρτερεῖν, Bud., qui ut hic δυσπαθεῖν exp. C καρτερεῖν, ita in Luciani l. c. δυσπαθέστερα cum καρτερώτερα copulari vides. || Δυσπαθέω, Gravi ægritudine afficior s. Vehementi mœrore, Plut. Pericle 309. meæ Ed. δυσπαθοῦντες πρὸς τὰ γινόμενα. In VV. LL. Δυσπαθῶ ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς, Calamitates ægre fero. Bud. quoque exp. simpliciter Ægre fero, in h. Ejusdem l. Μεμφόμενοι καὶ δυσπαθοῦντες εἰ μὴ πέπεισται. Affert vero et b. Greg. l. de martyribus, Καινοτομοῦντες τὸ δυσπαθεῖν διὰ τὴν Χριστοῦ μίμησιν. Addit autem accipi a Plut. et pro Conflictari, ut ægrotus in lecto irrequietus. [" Schæf. ad Argum. Soph. Antig." Boiss. Mss. Mosch. 4, 84. " Ruhnk. Ep. Cr. 153. Wyttenb. Select. 316. Plut. Mor. 1, 297. Wakef. Ion. 733. Const. Manass. Chron. p. 42. Meurs." Schæf. Mss. Æsch. Choëph. 223. Plut. Cicerone 37.]

Ἐκπαθής, Qui nihil passus est, Illæsus, Incolumis, quasi ἐκτὸς πάθους, Suid. || Immodice affectus, Alciphr. (244.) Μὰ τὴν Καλλιγένειαν κατέχαιρον Μένανδρε, ἐκπαθὴς ὑπὸ ἡδονῆς γενομένη, Vix præ lætitia D mei compos eram, Bud. Item, Ἐκπαθῆ πρὸς τὰς ἀκρατοποσίας, Suid. ex Æliano. [Plut. Pyrrho 34. Anton. 10. Bruto 15. " Toup. Opusc. 1, 219. Emendd. 1, 331. ad Phalar. 205. ad Charit. 480." Schæf. Mss.] Ἐκπαθῶς, Cum immodico affectu, [Athen. 443. * Ἐκπάθεια, Stob. Serm. 1. p. 27. Schow. I. q. πάθος, Longin. 38, 2. " Elog. de Thuc. p. 15." Schæf. Mss.]

Ἐμπαθής, Cui insunt affectus, perturbationes, Affectibus s. Perturbationibus obnoxius, Plut. Τὸ μέν τι τῆς ψυχῆς, νοερὸν καὶ λογικόν· τὸ δὲ, ἄλογον καὶ ἐμπαθές. A Bud. autem exp. Affectu percitus, commotus: quæ signif. huic potius ejusd. Plut. conveniet loco in l. adv. Col. Ἐμπαθεῖς πρὸς τὰ θεῖα δι' ἐλπίδων ἅμα καὶ φόβων καταστήσαντες. [" Casaub. ad Athen. 49. Toup. ad Longin. 329. 332. Valck. Hipp. p. 191. Alciphr. 260. ad Herod. 167. Valck. Callim. 116. ad Phalar. 205. Plut. Alex. 51. Schn." Schæf. Mss. " Ἐμπαθέστερος, Theod. Prodr. 54." Elberling. Mss.] Ἐμπαθῶς, Cum affectu, affectibus, Non sine perturbationibus, Non carendo perturbationibus, Plut. Coriolano p. 423. meæ Ed. Τοῖς ὑπ' εὐνοίας καὶ φιλίας πρὸς τὸν θεὸν ἄγαν ἐμπαθῶς ἔχουσι. In VV. LL. ex Herm. ἐμπαθῶς ἔχειν, pro Affectibus moveri, Affici. Apud Plut. Symp. 4. ἐμπαθέστατα, Maximo cum affectu. [" Schneid. ad Xen. Œc. 39." Schæf. Mss.] " Ἐμπάθεια, Affectus s. Affectio, Commotio," [Moschop. ad Hesiod. p. 78. * "Ἔμπαθος, Dionys. Areop. Cœl. Hier. 2, 4." Kall. Mss.]

[* Ἑτεροπαθής, unde] Ἑτεροπάθεια, Alterius partis vexatio, ut exp. a Marc. Virg. in Diosc. 2. ubi de sinapi hæc scribit, Ἁρμόζει πρὸς ἰσχιάδας καὶ σπλῆνας, καὶ καθόλου εἰς πᾶν χρόνιον ἄλγημα, ὅπου μετάγειν τι ἐκ τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν βουλόμεθα τῷ τῆς ἑτεροπαθείας λόγῳ. Ita enim vertit Marc. Virg. Cum ex alto in summam cutem, ut fit per alterius partis vexationem, trahere aliquid voluerimus. Ruell. autem sic, Cum permutandæ valetudinis causa ex alto vitia extrahenda sunt. Quidam ἑτεροπάθειαν liberius interpr. Illud curandi genus, quo dolor ex una parte in alteram evocatur.

Εὐπαθής, Qui facile patitur, afficitur: σῶμα, Corpus quod facile et e re levi injuriam patitur, Corpus injuriis expositum; cui opponi δυσπαθὲς vidisti supra. Et εὐπαθὴς ἄνθρωπος Galeno ad Gl. dicitur, inquit Bud., Qui corpore tenero est, et facile affici potest. Cui opp. δυσπαθής. Dicitur vero de Eo qui facile afficitur, et in alia signif., ut ap. Plut. Solone, εὐπαθὴς πρὸς ὁμόνοιαν, Cujus animus facile afficitur amore concordiæ, Propensus ad concordiam. Idem alicubi junxit genitivo; alicubi autem dat.: quæ constr. rationi magis videtur consentanea, ut de Primo Frig. Ψύχεται γὰρ, ἂν προθερμανθῇ μᾶλλον, εὐπαθέστερον τῷ ἀέρι γενόμενον, Aëri magis obnoxia, Turn. [" Toup. Opusc. 1, 219. Thom. M. 297." Schæf. Mss. Geop. 5, 45. 6, 6. * " Εὐπαθῶς ἥδεσθαι, Suaviter delectari, Dionys. Areop. 112." Kall. Mss.] Εὐπάθεια, VEL Εὐπαθία, Natura quæ facile affici potest, Illa corporis constitutio qua fit ut injuriis obnoxium sit, sequendo eam interpr. quæ adjectivo εὐπαθὴς data fuit, ut ap. Alex. Aphr. Probl. 2. Οἱ παῖδες πολλὴν ἔχουσιν εὐπάθειαν καὶ τροπὴν τῆς φύσεως. Sed in aliis signiff. frequentius accipitur, quæ manant ab altera adverbii εὖ signif. Interdum enim accipitur pro Felicitate: ut ap. Greg. περὶ Φιλοπτωχ. p. 67. oppositum τῇ δυσπαθείᾳ. Interdum pro Beneficio, intellige autem quatenus quis eo afficitur, ut ap. Aristot. Eth. Interdum pro Bona corporis habitudine, quæ et εὐεξία vocatur, quam tamen signif. sine exemplo Bud. affert. Sed multis exemplis confirmari potest ea quæ huic valde vicina est, sc. ea qua ponitur pro voluptaria vita, Philo, Ἀλλ' οἷς ὁ βίος ἐν εὐπαθείᾳ πολλῇ καὶ τρυφῇ. Sed et in plurali: Herod. (1, 22.) Ἐν εὐπαθείῃσι εἶναι, pro Indulgere genio, Curare cuticulam. Xen. autem in Apol. (18.) dixit etiam εὐπαθείας e foro sibi comparare, i. e. Delicias. Vide Ἡδυπάθεια. [" Toup. Opusc. 1, 220. Plut. Mor. 1, 519. Dionys. H. 1, 229. ad Herod. 665." Schæf. Mss. Herod. 8, 99. Ἐν θυσίῃσί τε καὶ εὐπαθίῃσι, Festis atque epulis.] Εὐπαθέω, Facile patior, afficior, Obnoxius sum injuriæ, s. potius, Expositus sum injuriæ, Expositum injuriæ corpus habeo; Felicitate fruor; Afficior beneficio; Fruor voluptate, Genio indulgeo; sequor autem hic ordinem significationum quæ nomini εὐπάθεια datæ fuerunt. Plato de Rep. 1. Καὶ τότε ἔρχονται ἐπὶ τὸ ἄρχειν, οὐχ ὡς ἐπ' ἀγαθόν τι ἰόντες, οὐδ' ὡς εὐπαθήσοντες ἐν αὐτῷ, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἀναγκαῖον. Ubi εὐπαθεῖν est quod vulgo dicimus, Se donner du bon temps. Vide Ἡδυπαθῶ paulo post. [" Toup. Opusc. 1, 219. ad Herod. 665. ad Charit. 457. * Εὐπάθημα, Toup. Opusc. 1, 220. (ad Suid. 1, 332. Lond.)" Schæf. Mss. " Wolf. Anecd. Gr. 1, 250." Kall. Mss. * Εὐπάθησις, Bonus ac felix rerum status, Theod. Jer. 30, 10. * Ἐνευπαθέω, Nicet. Annal. 2, 6. 5, 6. 94. Liban. 1, 158. " Const. Manass. Chron. p. 13. 20. 103." Boiss. Mss. * Κατευπαθέω, Phrynichus Bekkeri 47. * Προσευπαθέω, Lobeck. Phryn. 620.]

Ἡδυπαθής, Voluptarius, Voluptati deditus, φιλήδονος, Hes.: Athen. (545.) Ἐν οἷς εἶναι καὶ Πολύαρ-

χον τὸν ἡ. ἐπικαλουμένον. Ἡδυπάθεια, sicut et εὐπάθεια in una ex iis signiff. quas ei dedi, Voluptas, Voluptaria vita, Vita mollis, Mollities, Luxus, Deliciæ. Xen. K. Π. 7, (5, 16.) Οἳ νομίζουσι τὸ μὲν πονεῖν, ἀθλιώτατον· τὸ δὲ ἀπόνως βιοτεύειν, ἡδυπάθειαν. Item in plur., ap. Athen., Οὕτως ἐξήσκηντο πρὸς τὰς ἡ., Sic eruditi et docti erant in luxu et rebus voluptariis, Bud. [" Toup. Opusc. 2, 70. Thom. M. 180." Schæf. Mss.] Ἡδυπαθέω, sicut εὐπαθῶ, Voluptate fruor, Genio indulgeo, Molliter me curo, Delicate et molliter vivo, Xen. K. Π. (1, 5, 1.) Καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἱ παῖδες ἔσκωπτον αὐτὸν ὡς ἡδυπαθεῖν μεμαθηκὼς ἐν Μήδοις εἴη, Philo, Εἰ μὴ πρὸς τὸ πονεῖν καὶ ἡδυπαθεῖν, ἀλλὰ πρὸς φιλίαν καὶ ἀγάπησιν ἀλλήλων προτρέπεται. At vero bicomp. Ἐνηδυπαθῶ et Καθηδυπαθῶ vide post Ἡδυπαθῶ, in Ἡδὺς, c. 1432. [* Ἡμιπαθὴς, Partim affectus s. vitiatus, Aret. 34. μέρεα. Ἰδιοπαθὴς, vide Αὐτοπαθὴς, " Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 2, 228." Schæf. Mss. * Ἰδιοπαθῶς, Priscian. 18, 335. Basil. 3, 173.] " Ἰδιοπάθεια, Propria " et privata affectio: Communis autem, συμπάθεια " dicitur. Alex. Aphr." [Gal. 7, 454. Βεβαίως ἔγνων, ὡς οὐκ ἰδιοπάθειαν, ἀλλὰ συμπάθειαν εἶναι. * Ἰδιοπαθέω, Gl. Intercipio, Lobeck. Phryn. 620.]

[* Κακοπαθὴς, Philo Mechan. 56.] " Κακοπάθεια, " Malorum perpessio, Calamitas, Vexatio, ταλαιπωρία et Ærumnæ, Ceb. Theb., Thuc. 7, (77.) p. 260. " dicit, Μήτε ταῖς ξυμφοραῖς μήτε ταῖς παρὰ τὴν ἀξίαν " νῦν κακοπαθείαις. Sic Isocr. Archid. Ὑπομεῖναι " κακοπάθειαν." [" Ad Phalar. p. 6. ad Diod. S. 1, 63." Schæf. Mss.] " ADV. Κακοπαθῶς, Ærumnose, " Multa mala perpetiendo, In multis vexationibus et " molestiis: κακοπαθῶς ζῆν, Aristot. Polit. 2. quod " exp. Aspere tractari." [* " Κακόπαθος, Laboriosus, Ærumnosus, Posidonius ap. Athen. 233. Βαθεῖαι καὶ κακόπαθοι μεταλλεῖαι, Profundæ et laboriosæ subfossiones terræ." Schw. Mss. Symm. Gen. 3, 17. " Dionys. H. 1, 1711." Wakef. Mss. Musonius Philomath. 1, 166. Γυναῖκα αὐτουργικὴν καὶ κακόπαθον.] " VERB. Κακοπαθέω, Mala patior, Malis vexor et " afflictor, Herodian. 8, (7, 14.) Βιώσεσθέ τε καὶ κατὰ " γνώμην ἐν τοῖς οἰκείοις, οὐκ ἐν ἀλλοδαπῇ κακοπαθοῦντες, In exteris nationibus conflictantes malis. Isocr. " Areop. Ἐν τοῖς καθεστηκόσι πράγμασι κακοπαθεῖν " μᾶλλον ἢ μετὰ πολιτείας ἀκριβεστέρας ἄμεινον τὸν " βίον διάγειν. Interdum additur dat. ejus partis " qua mala patimur, Isocr. ad Nic. (13.) Βούλοιντο " δ' ἂν τῷ σώματι κακοπαθῆσαι μᾶλλον ἢ τῇ ψυχῇ πονῆσαι καὶ σκέψασθαι περί τινος τῶν ἀναγκαίων. Non" nunquam cum dat. rei quæ mala et molestias no" bis affert, Thuc. 4, (29.) Κακοπαθοῦντες τοῦ χωρίου " τῇ ἀπορίᾳ, Loci inopia eos affligente divexanteque. " Idem cum gen., intercedente ὑπό: 2, (41.) Ὑφ' " οἵων κακοπαθεῖ, A cujusmodi hominibus afficitur " malis et detrimenta patitur. Et 1, (122.) Καὶ πό" λεις τοσάσδε ὑπὸ [ἀπὸ] μιᾶς κακοπαθεῖν, Tot urbes " ab una incommodis affici. At κακοπαθοῦντα μόρια, " ap. Gal. sunt Partes affectæ et ægræ." [" Ad Diod. S. 1, 586." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T. et N. T. Antigonus Caryst. c. 57. * " Κακοπάθημα, Hes. (* Ἀκακοπαθὴς, unde) * Ἀκακοπαθέω, Etym. M." Wakef. Mss. * Κακοπαθητὸς, unde * Ἀκακοπάθητος, e quo * Ἀκακοπαθήτως, Apollonii Hist. Mirab. 35. p. 110. * " Κακοπαθητικὸς, Aristot. Eudem. 2, 3. p. 95. Sylb." Dindorf. Mss.] " Προσκακοπαθῆσαι τῷ " δι' ἡμᾶς μορφωθέντι καὶ βαπτισθέντι, In contempla" tione et commemoratione humanitatis a Christo " susceptæ dolore affici et macerari, Bud. e Greg. " Orat. in Epiphania." " Συγκακοπαθέω, Simul mala " patior, Simul malis afficior, Simul affligor. Vide " Κακοπαθέω." [" Greg. Naz. Or. 23. extr." Boiss. Mss. " Georg. Alexandr. V. Chr. 246, 30. Ἀγαλλιώμενοι σφόδρα, ὅτι τοιούτῳ ἀνδρὶ μεμελημένῳ παρὰ τοῦ Θεοῦ συνεκακοπάθησαν." Seager. Mss.]

[* " Καταπαθὴς, Anna C. 163." Elberling. Mss. " Vox nihili. Schol. Ven. Il. Δ. 412. Τέττα — οἱ δὲ θ καταπαθὲς ἀπὸ τοῦ τέτλαθι εἶναί φασιν, Cod. καταπα, i. e. κατὰ πάθος. Wernsdorf. ad Philæ Carm. Lips. 1768. p. 54. ' Inscrip. Carminis Ph. Cod. καταπαθῆ,

A quod æque bonum vocab. ac περιπαθής.' Comment. Soc. Phil. Lips. T. 1. P. 2. p. 182." Bast. ad calcem Scap. Oxon. * Κενοπαθὴς, unde * Κενοπάθεια, Sext. Emp. 492.] " Κενοπαθεῖν, Inaniter affici, Vanis " duci affectibus, Basil." [* Κενοπάθημα, Sext. Emp. 526.]

Μετριοπαθὴς, Cui sunt mediocres perturbationes, Qui modum tenet in perturbationibus, affectibus. In VV. LL. μετριοπαθὴς exp. Qui modice perturbatur, et additur ex Aristot., sapientem esse μετριοπαθῆ quidem, at non ἀπαθῆ. A Bud. autem exp. Modice affectus, i. e., inquit, qui modum in ira non excedit. Exp. etiam Moderatus et Clemens. [" Diog. L. p. 176." Seager. Mss. * " Μετριοπαθῶς, Pallad. V. Chr. p. 51." Boiss. Mss.] Μετριοπάθεια, Mediocritas perturbationum, affectuum, Modicæ perturbationes, Plut. (10, 603.) Οὐδὲ ὅσον ἦν φρόνημα τῇ ψυχῇ μετὰ πραότητος καὶ μ., Synes. Ep. 140. Εἰ φιλοσοφία πρεσβεύειν οἶδεν ἀπάθειαν αὐτὴν, αἱ μέσαι δὲ ἕξεις εἰς μ. ἵστανται, τὴν ἀπειροπάθειαν καὶ τὸ * εὐταπείνωτον ποῦ B χώρας τάξωμεν; Cic. hunc ipsam vocem exprimere voluit, ut opinor, cum dixit, In omni permotione naturalem quendam modum: ita scribens in Lucullo, Sed quæro quando ista fuerint ab Academia vetere decreta, ut animum sapientis commoveri et conturbari negarent. Mediocritates illi probabant, et in omni permotione naturalem volebant esse quendam modum. Ubi obiter observa etiam vocari πάθος Permotionem. [Jambl. V. P. 278. Keissl., Archytas p. 697. Gal.] Μετριοπαθέω, In quadam perturbationum s. affectuum mediocritate versor, Sunt mihi mediocres s. modicæ perturbationes, modici affectus: Modice afficior, Bud. Sed ap. Auctorem Epistolæ ad Hebr. 5, 2. Μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν, a vet. quidem Interpr. redditur, μετριοπαθεῖν δυνάμενος, Qui condolere possit; ab Erasmo, Qui placabilis esse possit; a Beza, Qui quantum satis est miserari possit vicem. Illa certe Erasmica interpr. nimis remota esse mihi videtur; qui plane existimo μετριοπαθεῖν C hic nove ab Apostolo usurpatum fuisse, et nova etiam constr., pro eo quod in fine præcedentis Epist. dixerat συμπαθῆσαι, eadem de re loquens, (Οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν,) vel potius pro συμπαθῆσαι μετὰ μετριοπαθείας. [" P. Abresch. Paraphr. 310." Schæf. Mss.]

[* " Μισόπαθος, Diosc. Notha 464." Boiss. Mss. * Μονοπαθὴς, unde] " Μονοπάθεια, Affectus et morbus " unius tantum: μονοπάθεια τῶν ὀφθαλμῶν, Cum unus " tantum oculus dolet, Alex. Aphr. Prob." [1, 143. * Νεοπαθὴς, Æsch. Eum. 505. " Abresch. Æsch. 2, 79." Schæf. Mss. * Νηπαθὴς, Opp. K. 2, 417. Lobeck. Phryn. 710.]

Ὁμοιοπαθὴς, VEL Ὁμοπαθὴς, Cui similes sunt affectus, eædem aut similes perturbationes, Iisdem affectibus obnoxius, s. perturbationibus, Aristot. Eth. 8, (11.) περὶ τῶν ἡλικιωτῶν loquens, Οἱ τοιοῦτοι δὲ ὁμοήθεις καὶ ὁμοιοπαθεῖς [ὁμομαθεῖς] ὡς ἐπιτοπολύ. Usus est Lucas Act. 14, (15.) In VV. LL. e Theophr. ὁμοιοπαθῆ τοῖς καρποῖς, Quæ simili fructuum ratione D afficiuntur. Fortasse reddi possit, Quibus accidunt similia iis quæ et fructibus. Vel eadem quæ etc. [cf. H. Pl. 5, 7, 2. " Ὁμοιοπαθὴς, Markl. Suppl. 259. Musgr. 974." Schæf. Mss. Ὁμοπαθὴς, Plato de Rep. 5, 12.] Ὁμοιοπαθῶς, VEL Ὁμοπαθῶς, Cum similitudine affectuum, Iisd. affectibus. Ὁμοιοπάθεια, Affectuum similitudo, Similes affectus, s. Iidem, Eædem perturbationes. Item Figura, vel Virtus oratoria, a similitudine affectuum ducta: ut, Fuit et tibi quondam Anchises genitor. Bud. e Macrobio. [" Bergler. Alciphr. 214." Schæf. Mss. Strabo 1. p. 11. Diod. S. 13. p. 343, 23.] Ὁμοιοπαθέω, VEL Ὁμοπαθέω, Similes sunt mihi affectus s. Iidem, Similes perturbationes, Similiter afficior. Bud. vertit ὁμοιοπαθεῖν, Similiter affici, in isto Aristot. l. Eth. 1, (5.) Διὰ τὸ πολλοὺς τῶν ἐν ταῖς ἐξουσίαις ὁμοιοπαθεῖν Σαρδαναπάλῳ. At ὁμοπαθεῖν vertit Consentire, Assentiri, Obtemperare. Plut. Galba. [" Wyttenb. ad Plut. 1, 273." Schæf. Mss.] Dicitur ETIAM Συνομοιοπαθέω eadem illa significatione ab Aristot. [Rhet. 3, 7.

* Συνομοπαθέω, Plut. Alcib. 23. et 6, 364.]

[* Παμπαθής, Manetho 4, 311. * Παντοπαθής, 5, 282. Anal. 2, 262. " Clem. Hom. 4, 15. et alibi." Kall. Mss.]

Περιπαθής, Vehementer affectus, ut exp. Bud. ap. Athen. [" p. 6. Π. ὢν τοῖς ὄψοις, Studiosissimus obsoniorum, Obsoniorum cupediis deditissimus." Schw. Mss.] Exp. etiam Affectibus obnoxius, afferens e Greg. Οἱ περιπαθέστεροι καὶ σωματικώτεροι. Suid. affert e Polyb. (8, 20, 8.) Μήθ' ἑαυτὸν ῥίψαι κατὰ τοῦ κρημνοῦ περιπαθὴς γενόμενος, ubi π. γενόμενος esse puto Dolore intolerabili affectus, Dolore impatienter affectus, vel Mœrore. [" Eur. Phœn. p. xxii. Valck." Schæf. Mss. Plut. 6, 494. Cimone 8. Περιπαθῆ γενόμενον καὶ βαρέως ἐνεγκόντα, Magno dolore percitum.] Περιπαθῶς, Cum magna vi affectuum, Lucian. (1, 160.) Μάλα π. ᾄδων ἐλεγεῖα. Et περιπαθῶς ἔχω, i. q. περιπαθῶ, [Plut. Bruto 23. " Alciphr. 440. * Περιπάθεια, Timæi Lex. 252. et n., Const. Manass. Chron. p. 130. Meurs." Schæf. Mss.] Est AUTEM Περιπαθέω non solum Vehementi affectu moveor, s. commoveor, sed etiam Æstuo dubitatione, s. anxietate: ut Bud. exp. in hoc Plutarchi loco in Antonio, Τοὺς δὲ τραυματίας ἐπεσκόπει περιὼν Ἀντώνιος, δεδακρυμένος καὶ περιπαθῶν. In hoc Ejusd. Cæsare, Ἀπορούμενος δὲ καὶ περιπαθῶν, δεινὸν ἐβούλευσε βούλευμα, exp. Anxius et æstuans impatientia. Bayf. autem, In anxietate constitutus rerumque difficultate. Sed illa Bud. verba significantiora sunt, et verbi vim melius exprimentia, meo quidem judicio. Apud eund. Plut. Othone Περιπαθοῦντες καὶ λοιδοροῦντες ἑαυτούς. Quinetiam sequente particula εἰ usus est in Apoph. Lacon. Καὶ τῶν στρατιωτῶν συνδραμόντων, καὶ περιπαθούντων εἰ περιμένει δύναμιν ἄλλην ὡς ἀπιστῶν αὐτοῖς: ubi περιπαθοῦντες dici mihi videntur Qui valde indignantur aut etiam Qui stomachantur. Apud Philon. cum eadem particula, præcedente etiam præp. ἐπὶ cum suo dat., V. M. 3. Ἐφ' οἷς Μωϋσῆς περιπαθήσας ἦν, εἰ πρῶτον μὲν πᾶς ὁ λαὸς ἐξαίφνης γεγένηται τυφλὸς κ. τ. λ. [Plut. Pyrrho 30. et 6, 643. * " Περιπάθησις, Vehemens affectus, Philo J. 1, 158. 2, 26." Wakef. Mss. * Ἐμπεριπαθής, unde] Ἐμπεριπαθέω, ut ἐμπεριπαθῶ τούτοις, q. d. Instomachor his, ea forma qua dicitur, Indoluit facto, et Indoluisse malis, ab Ovidio, pro Stomachor in his. At in VV. LL. exp. simpliciter Stomachor. Sed et ὑπερπαθήσας a THEM. Ὑπερπαθέω, in VV. LL. Valde affectus, Commotus, [" Eust. 160, 39." Seager. Mss. Et verbum ὑπερπαθέω derivandum est ex * Ὑπερπαθής.]

Πολυπαθής, Multis casibus jactatus s. Multis malis. Sic autem participio Jactatus utens Fabius dicit Variis casibus jactatus. Videtur accipi posse et pro Eo qui multis s. variis perturbationibus agitatur. [" Wakef. S. Cr. 4, 10. Jacobs. Anth. 9, 273." Schæf. Mss. * Πολυπάθεια, Plut. 6, 640. 8, 927. Joseph. A. J. 15, 6, 4. " Dionys. Areop. 305." Kall. Mss. * Πρωτοπαθής, Eust. Il. A. p. 31, 20. * Πρωτοπαθῶς, ibid. 28. 33.] " Πρωτοπάθεια, Affectus " quo aliquid primum afficitur non per consensum " alterius, quæ συμπάθεια dicitur. Frequens usus h. " v. ap. Gal. cum alibi, tum l. 2 τῶν κατὰ Τόπ." [" Theoph. Bulg. in Lat. 281. * Πρωτοπαθέω, Greg. Thess. Homil. p. 63. Matth., Const. Manass. Chron. p. 8." Boiss. Mss. Heliod. Chirurg. 86. Alex. Trall. 1. p. 8. Clem. Alex. Strom. 498, 22. 808, 29. 868, 37.]

Συμπαθής, Cui est idem affectus, sunt iidem affectus, Affectu s. Affectibus cum alio consentiens, s. cum alio conveniens; brevius, Itidem affectus. Plut. de Def. Orac. Ταῦτα γὰρ αὐτῇ μᾶλλον προσήκει, καὶ τούτοις συμπαθής ἐστι: quæ ita ibi redduntur, Quippe cum hæc magis ei affinia sint, et ab his cognatione quadam et consensu afficiatur. Bud. autem simpliciter vertit Consentiens: ex Aristot. afferens, Τὸ γὰρ ἐν τῇ καρδίᾳ θερμὸν συμπαθέστατόν ἐστι, καὶ ταχεῖαν ποιεῖται τὴν αἴσθησιν, μεταβάλλοντος καὶ πάσχοντος τοῦ περὶ ἐγκέφαλον αἵματος. Sic ap. Synes. Τοῦ παντὸς τούτου συμπαθοῦς τε καὶ σύμπνου τὰ μέρη προσήκειν ἀλλήλοις: ubi observa etiam προσήκειν una cum hoc nomine, sicut in eo Plut. l. quem modo protuli. ‖ Συμπαθής, Qui simul cum alio afficitur et tangitur ejus malo, Quem tangunt aliena mala tanquam sua, Qui condolescit alicui, miserans ejus vicem, 1 Ep. Petri 3, (8.) Τὸ δὲ τέλος, πάντες ὁμόφρονες, συμπαθεῖς, φιλάδελφοι, ubi vet. Interpres vertit Compatientes: Erasm. Similiter affecti, Beza, vi verbi melius expressa, Mutuo molestiarum sensu affecti. Cum dat. ap. Synes. Τὴν ἐκκλησίαν ἔγνω γινομένην αὐτῷ συμπαθῆ, Ecclesiam vicem ejus miserari, Misericordia ejus duci. In VV. LL. τὸ συμπαθές σου e Phalar. affertur etiam pro Humanitas tua. [" Abresch. Lectt. Aristæn. 204. ad Charit. 480. 519. Dionys. H. 1, 332." Schæf. Mss.] Συμπαθῶς, Cum consensu affectus s. affectuum, Consentiente affectu; Cum convenientia et conjunctione naturæ, etc. sequendo interpr. quam dat Cic. nomini συμπάθεια. ‖ Συμπαθῶς, Cum commiseratione et quasi condolescentia. Proprie de commiseratione ejus, qui malis alicujus afficitur tanquam suis, et velut una cum eo illis afficitur. Plut. de Alex. Fort. Ἀποθανοῦσαν δὲ (Darii uxorem) οὕτω βασιλικῶς ἐκόσμησε καὶ σ. ἐδάκρυσεν (Alexander,) ὥστε ἄπιστον αὐτοῦ τὸ σῶφρον ἐν τῷ φιλανθρώπῳ γενέσθαι, καὶ λαβεῖν ἀδικίας ἔγκλημα τὴν χρηστότητα; Defunctæ vero regie usque adeo justa fecit, misericorditerque flevit, ut fidem ejus integritas non faceret præ tanta humanitate, summaque probitas injuriæ arcesseretur, Bud. Idem Plut. de Educ. Lib. postquam dixit ipsasmet matres debere suis liberis esse nutrices, hanc rationem reddit, Συμπαθέστερόν τε γὰρ θρέψουσι καὶ διὰ πλείονος ἐπιμελείας, ubi συμπαθέστερον accipitur simplicius pro Majore cum affectu; ita enim malo quam Majore cum caritate, ut quidam interpr. [Plut. 7, 227. 10, 714. 4 Macc. 13, 22. 15, 4. * " Συμπαθεστέρως, Timario in Notit. Mss. 9, 212." Elberling. Mss.]

Συμπάθεια, Consensus in affectu s. affectibus, Convenientia affectuum. A Cic. redditur Convenientia et conjunctio naturæ, Cognatio naturæ et quasi concentus atque consensus, ut videbis in meo Cic. Lex. 174. 175. 176. Plin. Consensum membrorum vertit, Consortium autem Cels., teste Bud. Quidam vero et Collegium naturæ ex eod. Plin. afferunt pro interpr. hujus nominis, opponente ei Repugnantiam naturæ. Cum autem reddit Consensum membrorum, significationem ejus restringit. Alex. Aphr. Probl. ult. libri 1. i. e., quod in vulg. Edd. postremum est, Ἡ ἀντίδοτος ἐκ πλείστων βοτανῶν σύγκειται ἐχουσῶν τινα συμπάθειαν πρὸς ἓν ἕκαστον μόριον, Quæ plurimis ex herbis componitur, quæ consensum aliquem cum singulis corporis partibus habeant, Polit. Rectius, meo quidem judicio, quam Gaza, qui ita reddit, Quæ singula membris principalibus subveniunt singulis. Apud Basil. in quadam ad Greg. Epist. redditur Contagiosus consensus, ubi scribit, Τῆς πρὸς τὸ σῶμα σ. τὴν ψυχὴν ἀποῤῥῆξαι. De συμπαθείας signif., quam ap. Philosophos habet, necnon de ea quam ap. Medicos, ita Gorr. scribit, Συμπάθεια, est Duorum naturalis quædam conjunctio et concordia. Eam similitudo vel generis vel naturæ, vel temperamenti, vel morum, vel rerum aliarum, conciliat. In plurimis vero causa ignoratur, eamque Philosophi et Medici etiam sapientissimi ad substantiæ totius familiaritatem atque occultam quandam vim et proprietatem retulerunt. Quam si quis sit, qui se nosse profiteatur, non caret arrogantiæ impudentiæque nota. Hujusmodi συμπαθείας exempla permulta a Philosophis referuntur, ut magnetis cum ferro, purgantium medicamentorum cum humoribus, elephanti cum homine, hominis cum plerisque animalibus, herbis et fructibus quibus salubriter vescitur. Huic sympathiæ contraria est ἀντιπάθεια, quæ non est aliud quam Cæca rerum inter se discordia. Paulo aliter τῆς συμπαθείας nomen Medici usurpant, cum eam distinguunt ἀπὸ τῆς ἰδιοπαθείας. Tunc enim signif. Partis alicujus affectionem non proprie quidem et primario vel per se laborantis, sed per societatem et consensum alterius. Id autem duobus modis posse fieri Gal. de LL. Affectis demonstravit: siquidem vel absolute, vel per privationem ejusmodi sympathia contingit: absolute quidem an positive dicas,

nihil refert. Fit autem id sympathiæ genus, quando a parte primario affecta aliquid in aliam velut umbra per viam transit, quod causam morbo præbeat. Id autem tum vapor, tum humor esse potest. Et paulo post, Vide autem ne in distinguenda Idiopathia et Sympathia hallucineris, nec existimes partem omnem per sympathiam affici, quæcunque ab alia afficitur. Destillatio sæpe pleuritidem excitavit, angina versa est in peripneumoniam, dysenteria in lienteriam, febris in abscessum, nec tamen eo casu pleura, nec pulmo, nec ventriculus nec pars abscessu tentata per sympathiam laborant, sed cum et causa affectus et ipsa affectio in iis ipsis partibus hæreant et constiterint, primario et *κατ' ἰδιοπάθειαν* laborare dicentur. Siquidem sanatis etiam iis partibus a quibus primum affectio profecta est, ipsa nihilominus perseverat, constansque et stabilis est, atque propriam curationem desiderat: quorum neutrum affectui per consensum facto proprium est. Hic enim ita dependet ab alio, ut umbra a corpore. Aliud sympathiæ genus est, quod per privationem fit, tum facultatis in partem aliquam influere solitæ, tum materiæ ad edendam actionem necessariæ. Cum enim affecta parte aliqua, pars alia eo privatur, quod ei naturaliter adesse consuevit, tunc per consensum affecta esse dicitur. Sic digiti per paralysin affecti sunt, quod sentiendi vel movendi facultas ad eos jam non descendit: nullo tamen vitio in digitis per idiopathiam existente, sed quia eo privantur, quod ipsis sanis aderat ad obeundam actionem. Sic et vox s. larynx per sympathiam læditur, si efflatione, vocis materia, privatus sit thorax, quoniam perfossus ipse sit, aut quia intercostales musculi resoluti sint, aut quia spina metaphreni vel cervicis tota affecta sit: cum tamen per eam aphoniam nullum vitium nullaque affectio propria sit vocalium instrumentorum, sed tantum quod laryngi materia vocis desit. Quoties enim parti alicui deest id quod secundum naturam ad actionem ei aderat, jure optimo eam affici dicendum est. Quippe ex ipso verbo *συμπάσχειν* partem non penitus ab affectu esse liberam, sed ipsam cum alia affici declaratur. Et revera illius actio, vel omnino perit, vel depravatur, vel imminuitur. Nec tamen ideo pars ea ægrotare proprie dicetur, nec talis ejus affectio proprie morbus vocabitur. Siquidem ei parti nec morbus ipse nec morbi causa insidet, nec est necesse partem omnem cujus actio læsa sit, statim etiam morbo teneri. ‖ Commiseratio ejus qui simul cum alio afficitur ejus malo, et q. d. Condolescentia. A Bud. exp. Affici alienis incommodis, afferente e Chrys. Ὁ *μὲν μοναχὸς καὶ τῆς συμπαθείας προσδεῖται.* Galli plane ad verbum dicunt Compassion, quod sonat Compassio. [" Ad Dionys. H. 1, 293. * *Συμπαθία*, Antip. Thess. 31." Schæf. Mss.] *Συμπαθέω*, Una cum alio afficior, Eod. sum affectu, Affectu s. Affectibus cum alio consentio, aut etiam Natura: sequendo interpr. quam Cic. nomini *συμπάθεια* tribuit. Aristot. in Physiogn. *Δοκεῖ δέ μοι ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα συμπαθεῖν ἀλλήλοις· καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ἕξις ἀλλοιουμένη ἀλλοιοῖ τὴν τοῦ σώματος μορφήν.* Plut. de Invidia, *Ταῦτα δὲ, ὥσπερ νοσήματα, συμπαθεῖ ταῖς ἀλλήλων φλεγμοναῖς.* ‖ Simul cum alio afficior ejus malis velut meis, Tangunt me alicujus mala tanquam mea. Redditur etiam uno verbo Condolesco, et Commiseror. Plut. in Tim. p. 441. meæ Edit. *Οἵ τε πρὸς τὴν μεταβολὴν τρεπόμενοι καὶ συμπαθοῦντες.* Utplurimum tamen jungitur dativo, ac tum minime addendum est nomen ei verbo quo ad interpr. hujus utimur. Isocr. *Ὥστε καὶ ταῖς μικραῖς ἀτυχίαις ἕκαστος ἡμῶν πολλοὺς εἶχε συμπαθήσοντας*, ad Hebr. (4, 15.) *Οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν.* Ubi redditur, Qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum; cum paulo post, i. e. initio cap. sequentis, scribat, *Μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι κ. τ. λ.*, de q. l. in *Μετριοπαθεῖν* a me dictum est. Idem 10, (34.) scribit, *Καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε*, ubi quidam *τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε* interpr. De vinculis meis doluistis: pro quo etiam dici possit Indoluistis vinculis. Sed libentius uterer periphrasi hac Erasmica, aliave simili, Afflictionum, quæ e vinculis meis contigerunt, participes fuistis. Dixerat enim paulo ante, *Πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων.* [" Ad Diod. S. 1, 257. Dionys. H. 4, 1997. 2127." Schæf. Mss. * *Συμπάθησις*, Hippocr. * *Συμπαθητὴς*, unde * *Συμπαθητιάω*, Nicet. Ann. 11, 9. * " *Συμπαθητικὸς*, Misericors, Andr. Cret. 224. *Τὸ σ.*, Athan. 2, 311." Kall. Mss. " Euthal. Edit. Act. Apost. 429. Jo. Damasc. Ep. ad Theoph. de Imag. 140. Combef." Boiss. Mss. " Chrys. in Gen. Or. 44. T. 1. p. 359, 43. * *Συμπαθητικῶς*, Misericorditer, in Paul. T. 8. p. 40, 23." Seager. Mss.] *Ἀσυμπαθὴς*, Cui nullus est affectus s. affectuum consensus cum alio, vel nullus consensus naturæ, aut convenientia, Affectu s. Natura discrepans, Consensu affectus carens, s. Naturæ. Aut simpliciter etiam, Consensu carens. Synes. de Ins. *Ἐπαΐει γὰρ τὸ πνεῦμα τοῦτο τῆς ψυχικῆς διαθέσεως, καὶ οὐκ ἀ. ἐστὶ πρὸς αὐτό.* ‖ Qui cum alio non afficitur ejus malis, Qui commiseratione non tangitur etc., sequendo signiff. nominis *συμπαθὴς*, cui hoc contrarium est. Plut. Coriolano (21.) p. 407. meæ Ed. *Πλὴν αὐτὸς ὁ Μάρκιος, ἀνέκπληκτος καὶ ἀταπείνωτος καὶ σχήματι καὶ βαδίσματι, καὶ προσώπῳ καθεστηκὼς, ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἐφαίνετο πεπονθόσιν, ἀ. ἑαυτῷ μόνος*: quibus subjungit eum fuisse *ἐμπαθῆ ὑπὸ ὀργῆς, κ. τ. λ.* Videtur autem *πεπονθόσι* ponere pro *συμπαθοῦσι.* [" Wakef. S. Cr. 3, 196." Schæf. Mss. * *Ἀσυμπαθῶς*, Diod. S. 12. p. 364. 392. " Const. Manass. Chron. p. 40. 43. Planud. Ovid. Met. 9, 295. * *Ἀσυμπάθεια*, (Gl. Inclementia,) Nectar. Hom. p. 10. Ed. Par. 1554. * *Φιλοσυμπαθὴς*, Hasii Ind. ad Timarion. in Notit. Mss. 9, 245." Boiss. Mss.]

[* " *Ταυτοπαθὴς*, Const. Manass. Chron. p. 60. Amat. 5, 18. Theod. Prodr. Rhod. 1. p. 17. Nicet. Eugen. 2, 66. et n. * *Ταυτοπάθεια*, ibid. 54. Const. Manass. Chron. p. 74." Boiss. Mss. Etym. M. c. 67, 44. Can. 4. Concil. Nicæni 2. Balsamon ad l. * " *Τριπαθὴς*, Nicet. Eugen. 6, 171. * *Ὑπερπαθὴς*, Tzetz. Chil. 1, 784." Boiss. Mss. " Qui perturbationibus dominatur, ad Clem. Alex. p. 40." Kall. Mss. * *Ὑστεροπαθὴς*, unde * *Ὑστεροπαθέω*, Gal. * " *Φιλοπαθὴς*, Qui passionibus suis sponte deditus est, Euseb. H. E. 384." Kall. Mss. " Hasii Ind. ad Timarion. in Notit. Mss. 9, 244." Boiss. Mss.]

[* *Παθικὸς*, Gl. Morbosus, " Jacobs. Anth. 10, 27. ad Anton. Lib. 267. Verb. * *Παθικεύομαι*, Nicarchus 4. (Anal. 2, 350.)" Schæf. Mss. * *Παθεινὸς*, * *Παθηνὸς*, Schleusn. Lex. V. T.]

" *Παθαίνομαι*, Afficior vehementer et concitor, et " ita quidem, ut etiam affectus, qui *πάθη* dicuntur, " commoveam, Lucian. *Σχεδὸν γὰρ ὡς ἐν Ἀρείῳ πά*" *γῳ περὶ φόνου καὶ φαρμάκων ἀγωνιζόμενος, ὑπερφυῶς* " *ἐπαθήνατο*, Mirum in modum affectus est et exarsit " inter disceptandum, et ita ut *πάθος* concitaret. In " VV. LL. redditur Affectus commoveo, Indignor, " Afficior. Hes. exp. *δεινοπαθῶ.*" [" Plut. Op. Mor. 2, 828. Ed. Wyttenb." Seager. Mss.] ‖ " Afficior " morbis animi, Bud. ap. Synes. *Ἀλλ' ἔστι περιουσία* " *δυνάμεως, ὁμιλοῦντα τοῖς χείρωσι, μένειν ἐπὶ τῆς φύ*" *σεως, καὶ μηδένα τρόπον παθαίνεσθαι.*" [Lucian. 2, 429. " Jacobs. Anth. 9, 129. ad Diod. S. 1, 586. Dionys. H. 1, 597." Schæf. Mss. * " *Ἐκπαθαίνομαι*, Immodicis affectibus indulgeo, Clem. Alex. 41. 197." Kall. Mss.]

[* " *Πανθάνω*, vocab. Græco-barbarum habet Schol. Eur. Hec. 1131." Kall. Mss.]

Alia compp., in quibus sc. ipsum th. *Πάσχω* præfixas præpp. habet.

Ἀντιπάσχω, i. q. *ἀντιπαθῶ*, quod habuisti supra post *Ἀντιπαθὴς*, Diosc. 6. *Ἀντιπάσχουσι δὲ πολλάκις αἱ ἰδιοσυγκρίσεις σωμάτων καὶ αἱ προδιαθέσεις.* Exp. aliquando Adversor; sed intelligendum Adversor per antipathiam. Diosc. 3, 70. *Ἀντιπάσχειν ταῖς δυσουρίαις.* ‖ Capitur etiam pro Vicissim beneficio afficior, Gratia mihi rependitur: *Δίκαιόν ἐστι τοὺς εὖ ποιήσαντας ἀντιπεπονθέναι.* Affertur præterea ex Aristot. Pol. 2. *Ἀντιπεπονθὸς τὸ ἴσον σώζει τὰς πόλεις*: et exp. Æquale repensum, Æqualitas vicissitudinis. Bud. autem tradit hoc jus Latinis vocari Talionem, et hujus juris assertores fuisse Pythagoreos,

jusque Rhadamanti appellare solitos. [" Pseudo-Diog. Ep. 16. in Notit. Mss. §. 9." Boiss. Mss. " Ad Charit. 217. ad Diod. S. 1, 48. Kuster. V. M. 105. Aristoph. 53." Schæf. Mss.] Ἀντιπεπονθότως, Opposite: ἀ. ἀποφάσκειν ap. Areop. Dionys., est i. q. ἀντιπαθῶς, inquit Bud., h. e. ἀντικειμένως, ἐναντίως: ut lucem tenebras vocare. [" Archimed. p. 5." Schæf. Mss. Lobeck. Phryn. 119. * Ἀντιπεπόνθησις, 295. " Villois. Anecd. Gr. 2, 196." Wakef. Mss. Eust. Od. B. p. 1430.]

[* Ἀποπάσχω, Arrian. Epict. 1, 28, 3. Πάθε ἢ ἀπόπαθε ἀπὸ τοῦ ἀρτίους εἶναι τοὺς ἀστέρας, Lobeck. Phryn. 620.]

[* Ἐπιπάσχω, unde * Συνεπιπάσχω, Una afficior super aliqua re, Plut. 10, 291.]

Προπάσχω, "fut. προπείσομαι," Ante patior, Prius patior, Prior patior, "Damnum accipio," Plato de Rep. 2. Οὐδὲν δὴ κακὸν προπεπονθὼς, Nihil mali ante passus, i. e. Nulla injuria ante affectus, Nulla injuria lacessitus. Sed dicitur et sine adjectione nominis κακόν: Thuc. 3, (67.) Παρηνόμησάν τε οὐ προπαθόντες ὑφ' ἡμῶν: (82.) Ἀντιτιμωρήσασθαί τέ τινα περὶ πλείονος ἦν ἢ αὐτὸν μὴ προπαθεῖν, ubi tamen potuit et simplici παθεῖν uti, ead. manente sententia. Quod et de altero illo dici loco potest. Ceterum ut οὐδὲν κακὸν προπεπονθὼς, ap. Plat., sic et Οὐδὲν ἀγαθὸν προπεπονθυῖα ap. Xen. (Ἀπ. 2, 2, 5.) legitur, pro Nullo beneficio affecta, Quæ nullum accepit beneficium. [" Euseb. H. E. 161." Kall. Mss.] " Εὐπροπαθὼν, " Qui prior beneficio est affectus." [* Προπαθὴς, unde] Προπάθεια, q. d. Antepassio. In VV. LL. Morbi præludium s. adventatio. E Plut. autem affertur pro Antecepta perturbatione. [Symp. 4, 2. Ταῖς προπ. ἀναλίσκονται, ubi male Turn. προσπ. " Cf. Gataker. ad M. Anton. 421." Kall. Mss. * Προπαθέω, unde * Προπάθημα, Hes. v. Προπαιδεύματα.]

Προσπάσχω, q. d. Adpatior, Adafficior, Addictus sum alicui, et ei adhæreo veluti per quandam sympathiam. At Bud. p. 73. προσπάσχειν exp. Magno affectu hærere, afferens e Dionys. Areop. Ὅσιοι γὰρ οὐκ ὀφείλουσι τοῖς γηΐνοις προσπάσχειν, Hærere, inquit, et immodice affici. Plut. (Sertor. 26.) Τὸ δὲ μειράκιον ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἐραστῶν μᾶλλον ἦν προσπεπονθὸς, Propensior et deditior. Idem Bud. alibi, sc. in suo Lex., scribit, προσπάσχειν videri i. esse q. ἐμπαθῶς ἔχειν πρός τι. Possumus autem huic, quem e Plut. ille affert loco, addere hunc Ejusd. (9, 7.) Οὐδ' ἐρᾷν ὑμᾶς ἔγωγέ φημι τοὺς γυναιξὶ προσπεπονθότας, ἢ παρθένοις. At vero de eo quod Cic. dixit ad Att. 2, (19.) Nimium τῷ καλῷ προσπέπονθα, Bud. in eadem illa pag. consule. [" Lucian. 3, 520. Markl. Suppl. 288. Plut. 4, 26. Cor." Schæf. Mss. * Προσπαθὴς, Qui affectu in rem aliquem fertur. * " Προσπαθῶς, Clem. Alex. 467. 486." Kall. Mss. Eust. Il. A. p. 14, 39. Chrys. in Gen. 1. p. 312, 17.] Προσπάθεια, Affectio qua rei alicujus sumus omnino addicti, eique adhæremus, Theophyl. Ep. 26. cum dixisset magnetem amore prosequi ferrum, subjungit, Τοιαῦται πρ. Δεξίκρατες καὶ τοῖς ἀψύχοις ἐγγίνονται, Synes. de Ins., Οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ ἀπαθῶς διακείμεθα περὶ τὰ θεάματα, ἀλλ' ἰσχυραὶ μὲν συγκαταθέσεις τε καὶ πρ. [" Wakef. S. Cr. iv. tit. item p. 69." Schæf. Mss. " Eust. 135, 27." Seager. Mss. " Andr. Cr. 40. 54. M. Anton. 12, 3. Dionys. Areop. 245. Clem. Alex. 530." Kall. Mss. * Προσπαθέω, M. Anton. 5, 1. Arrian. Epict. 3, 24. * " Ἀπροσπαθὴς, A perturbatione, propensione liber, Dionys. Areop. 82. Clem. Alex. 171. 504. 736. * Ἀπροσπαθῶς, 481. 591. 807." Kall. Mss. " Jo. Climac. p. 24. * Ἀπροσπάθεια, 392." Boiss. Mss.]

Συμπάσχω, q. d. Compatior, Coafficior, Simul patior, afficior etc., quæ habes supra in Συμπαθέω post Συμπαθής. Bud. postquam συμπάσχειν ad verbum exposuit Coaffici, Consentire, affert hæc, quæ in Vita Thucyd. scripta esse dicit, Μικροῦ γὰρ συμπάσχουσιν ἀλλήλοις ὅ, τε λογισμὸς καὶ τὸ σῶμα. Item e Greg., loquente de ostentis quæ pro Christianis apparuerunt, Ταῦτα μὲν ἐκ τῶν οὐρανίων καὶ τῶν ἄνω, συμπασχόντων τοῖς ἡμετέροις, κατὰ τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν τε καὶ οἰκείωσιν. In VV. LL. e Theophr. Συμπάσχει ταῖς μεταβολαῖς, pro Mutationes sentit. Sed et diverso usu, cum rei accus. sc., ex Eod. Συμπάσχει τοῦτο καὶ φύλλα: si locus mendo caret. [" Heyn. ad Apollod. 547. Koppiers. Obs. 22. Ammon. 110. ad Xen. Eph. 285. ad Herod. 455. Jacobs. Anth. 12, 332. Transitive, Brunck. Aj. 869." Schæf. Mss.] Συμπαθὴς, et Συμπαθῶς, et Συμπάθεια, et Συμπαθῶ, vide supra.

[* Ὑπερπάσχω, Eust. 6. p. 230. " Cyrill. Hieros. 129." Kall. Mss. * " Ὑποπάσχω, Hesych." Wakef. Mss.]

AT VERO in Εὐπάσχω alia particula quam præp. ipsi Πάσχω præfigitur, sc. adverbium. At in bicomp. Ἀντευπάσχω, habes præp. ἀντὶ ante εὖ. Est autem Εὐπάσχω, Beneficio afficior, In me confertur beneficium: q. d. Bonum patior, s. Bona. Et εὐπαθὼν, Beneficio affectus. [" Cattier. Gazoph. 18. Diod. S. 1, 722. 2, 124." Schæf. Mss.] Hinc BICOMP. Ἀντευπάσχω, Vicissim afficior beneficio, Mutuo afficior beneficio, s. Mutuis beneficiis, Plato, Ὥστε καλὸν δοκεῖ σημεῖον εἶναι εἰ εὐποιήσας ταύτην τὴν εὐεργεσίαν, ἀντευπείσεται. Sic autem duo ista verba sibi respondent ap. eum qui dixit, Δίκαιόν ἐστι τοὺς εὖ ποιήσαντας ἀντευπεπονθέναι. [" Cattier. Gazoph. 18. Heind. ad Plat. Gorg. 225." Schæf. Mss. item Meletem. Cr. in Dionys. H. de C. VV. 68. Vide Εὐπορίζω. " Liban. Argum. Or. Dem. c. Lept." Boiss. Mss.] At in illo Plat. l. scribitur etiam disjunctim ἀντ' εὖ πείσεται: quæ scriptura non video quomodo defendi possit, et quod exemplum particulæ ἀντὶ ita positæ afferri. Non ignoro alioqui εὖ πάσχω et εὖ παθὼν frequentius inveniri disjunctim scripta: sicut et εὖ ποιῶ, unde etiam εὖ ποιήσας in iis quos modo protuli locis quædam exempl. habent. [* Συνευπάσχω, Dem. 105, 23. 26. 149, 7. 10. Lobeck. Phryn. 619. 620. Schn. Lex. Suppl.

[* " Πασχικὸς, Hes. v. Ἐπιληπτικός." Wakef. Mss.]

[* Πασχητὴς, Hes. v. Φίλοιφος.] " Πασχητιᾶν, verbum est ἐφεκτικὸν, Cupere πάσχειν, h. e. Cupere marem pati, Cupere muliebria pati, Muliebria appetere: de impurissimis illis pathicis et cinædis qui adversæ veneris libidine pruriunt. Legitur id verbum ap. Aristoph. et Athen. Sic ap. Xiphil. in Heliogabalo, de ipso Heliogabalo et drauco ipsius, Συλλουσάμενός τε αὐτῷ, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐκ τῆς γυμνώσεως, ἅτε καὶ ἰσόῤῥοπον τῇ φήμῃ εὑρὼν αὐτὸν ὄντα, πασχητιάσας. Verbo autem πάσχειν in obscœna item signif. Dem. utitur pro Cor. (270.) dicens τὴν ἔμπουσαν vocatam esse ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν: non minus libidinosam quam sunt αἱ λαμίαι. Eo respexit Seneca Declam. 10: Ille Passieno, prima ejus syllaba in Græcum mutata, obscœnum nomen imposuit: Paschienum sc. appellans." [Πασχητιῶν, Gl. Pathicus. Lucian. 2, 426. " Aristoph. Fr. 232. Lobeck. Aj. p. 225. Phryn. Ecl. 35. Thom. M. 179. 376." Schæf. Mss.] " Porro a verbo πασχητιᾷν est VERBALE Πασχητιασμὸς, Ipsa appetitio coitus illius nefandi, Lucian. (2, 750.) Ὁρῶ νὴ Δία καταπυγοσύνην τινὰ καὶ π."

ΠΑΤΕΩ, Calco, Conculco, Herodian. 8, (5, 24.) Ῥίψαντές τε τὰ σώματα τοῖς βουλομένοις ἐνυβρίζειν καὶ πατεῖν, εἴασαν, κυσί τε καὶ ὄρνισι βοράν. Et pass. Πατοῦμαι 7, (8, 13.) Ὑπ' ἀλλήλων ὠθούμενοί τε καὶ πατούμενοι. Sic 5, (6, 22.) Ἐν δὲ ταῖς ἁρπαγαῖς πολλοὶ διεφθείροντο, ὑπό τε ἀλλήλων πατούμενοι, καὶ τοῖς δόρασι τῶν στρατῶν, vel potius στρατιωτῶν, περιπίπτοντες. Itidem dixit Plut. ὑπ' ἀλλήλων πατεῖσθαι, de Herod. Dicunt etiam πατεῖν τὰς σταφυλὰς, ut Lat. Calcare uvas, et πατεῖν τὸν οἶνον, item πατεῖν sine adjectione: ut videbis ap. Eust. 1574. Alioqui πατηθεῖσαν σταφυλὴν alia etiam signif. dici in Πατητὸς videbis. Πατεῖν metaphorice quoque, sicut Lat. Conculcare, et simplex etiam Calcare, ut cum dicit Ovid. Trist. 1. 5. Imposito calcas quod mea fata pede. Proterere quoque usurpant eod. modo, et quidem cum Conculcare copulantes interdum. Gallice Fouler aux pieds: pro Contemtui habere, atque adeo Afficere contumelia, aut etiam Opprimere. Soph. Aj. (1335.) τὴν δίκην πατεῖν. Cui simile ap. Apoll.

Rh. 2, (17.) πατέοιτε θέμιστας, Violetis jura. Sic et ap. Aristoph. Σφ. (377.) ἵν' εἰδῇ μὴ πατεῖν Τὰ τοῖν θεοῖν ψηφίσματα. Arrian. Ὅρκους πατήσας, οὓς ὤμοσε. Apud Plut. (7, 363.) Πατῆσαι τὸ φρόνημα, pro Dejicere et prosternere, Abjectum reddere et contemtum. Apud Eund. pro Insultare. Lucian. (1, 73.) dixit etiam, Παντόθεν τῇ τρυφῇ παραδόντες αὐτῶν τὰς ψυχὰς πατεῖν. Sed et λὰξ πατεῖν ap. Eund. (2, 336.) metaph. positum legitur. Ceterum quod attinet ad illud δίκην πατεῖν, ac similia, sciendum est hanc metaph. ab Hom. manasse, ap. quem Eust. quomodo πατῆσαι exponat, docebo in Καταπατῶ: usus enim est hoc composito Homerus, licet ille de simplici loquatur. Ejusd. generis metaphora Plut. ὑπὸ πόδας τίθεσθαι dixit, (10, 514.) Τὰς μὲν Θεμιστοκλέους καὶ Μιλτιάδου πράξεις ὑπὸ πόδας τιθεμένου καὶ * κατευτελίζοντος. Galli hanc quoque in usu habent, Mettre sous les pieds: cum alioqui illud Fouler aux pieds, vehementiam majorem habeat, et τῷ πατεῖν potius respondeat. Ut autem πατεῖν interdum metaph. verbi Conculco s. Protero signif. accipit, sic et verbi Tero: eam sc., qua dicimus Terere aliquem scriptorem, Manibus terere, pro Versare, ut Horat. dixit Exemplaria Græca versare. Aristoph. Ὄρν. (471.) Ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς, κοὐ πολυπράγμων, οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας. Plato Phædro, Ἀλλὰ μὴν τόν γε Τισίαν αὐτὸν πεπάτηκας ἀκριβῶς. || Interdum pro comp. περιπατῶ, Ambulo, Incedo: Athen. 12. Ἐν πολλῇ δὲ τρυφῇ ζῶν, οὐδὲ πατεῖν οἷός τε ἦν, εἰ μὴ δυσὶν ἐπαπερειδόμενος ἐπορεύετο. Affertur et cum ἐκεῖσε pro Ire, μηκέτι ἐκεῖσε πατῆσαι. At vero in πατεῖν τὴν αὐλὴν, ex Esaia 1, (12.) quod exp. In atrio ambulare, possumus πατεῖν illo verbo Calcare interpretari; dicimur enim Calcare locum in quo ambulamus. Item pass. πατεῖσθαι pro Percurri: Diog. L. Archelao, Ἐγένετο δὲ καὶ ἄλλος, ὁ χωρογράφος τῆς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου πατηθείσης γῆς, i. e., ut Bud. vertit, Terræ percursæ et exercitu ambitæ ac lustratæ. " Diversas huic v. signiff. tribuit Hes. afferens sc. " πατέουσι pro καταπατοῦσι, καταφρονοῦσι, Calcant, " Conculcant et proculcant pedibus ut rem vilem et " rejiculam: et πατεῖν pro πορεύεσθαι: præterea " πατέοντο pro ἐγένοντο: nisi forte scr. ἐγείνοντο: " de qua signif. dictum est in Πατέονται." [" Bentl. Opusc. 76. Valck. Phœn. p. 566. Callim. 298. Wakef. S. Cr. 1, 102. Trach. 500. Phil. 1060. Eum. 215. Abresch. Æsch. 2, 103. Jacobs. Anth. 6, 57. 308. 8, 276. 9, 223. 252. Huschk. Anal. 263. Villoison. ad Long. 245. Lobeck. Aj. p. 397. Thom. M. 696. Tero, ut librum, Heind. ad Plat. Phædr. 335. Eo, Vado, T. H. ad Plutum p. 350." Schæf. Mss. Æsch. Ag. 1309. Athen. 550. Theocr. 18, 20. Spolio, Corai. ad Heliod. 106. " Contemtui habeo, sc. dolores, Euseb. H. E. 297. De rebus inanimatis, Opp. K. 3, 488. Πεπατημένος, Vulgaris, de stilo, Phot. 156." Wakef. Mss.] " Πατώσας, Hesychio " διατριβούσας, a th. πατάω," [unde Πατάσσω.] Πάτημα, τὸ, Quod calcatur, s. potius calcatum est, q. d. Calcamentum, Conculcamentum. Metaph. ap. Basil. de homine conculcabili, inquit Bud., Καὶ δέδοται π. τῷ πεπατημένῳ. [LXX. Esai. 63, 2. Ezech. 34, 19. " Casaub. Athen. 1, 39." Schæf. Mss. Aret. 4, 12. * Πατησμὸς, Conculcatio, Æsch. Ag. 936. " Hanc formam genuinam esse, non * πατισμὸς, docuit Bergler. Alciphr. 1, 22. p. 88.: ἀγαπησμὸς habet Menander in Συναριστώσαις ap. Lex. Seguier. p. 324." Blomf. Gloss. " Ad Charit. 264." Schæf. Mss. * Πατητὴς, Gl. Calcator, Schleusner. Lex. V. T. * Πατητὴρ, unde * Πατητήριον, Gl. Torcular, Inscr. Pocock. p. 16, 6. ubi perperam extat παγ.]

Πατητὸς, Calcabilis, Conculcabilis, Qui calcari potest s. conculcari. Et pro Calcatus, ut cum dicitur per compositionem λαξπάτητος s. λαξπάτητος. || Π. φοῖνιξ, Palmæ genus tertium, ut scribit Plin. 13, 4., sed nimio liquore redundans, cujus pomum etiam in sua matre dehiscit et rumpitur, calcatoque simile apparet: inde nomen inditum. Sunt autem qui eo nomine palmulas passas, et a sole in ipsa arbore ustas et corrugatas intelligendas censeant: quo etiam modo πατηθείσας σταφυλὰς interpr.: e quibus Aët. 9, 24. vinum scybelites stillare scripsit. Quanquam eo loco revera calcatas intelligere possumus, e quibus vinum sponte fluere dicitur, si rationem habeamus ejus quod prelo expressis uvis manat. Ceterum palmularum prædictum genus non de iis modo dicitur, quæ jam diutius in arbore solem passæ fuerint et prope exiccatæ, sed de iis etiam quæ ante maturitatem succo gravidæ et turgentes rumpi solent. Hæc Gorr. Affertur autem e Gal. ista φοινίκων appellatio, Methodi l. 10. Καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ διὰ τῶν φοινίκων ἐπίθεμα τῶν λιπαρῶν, ὀνομάζουσι δ' αὐτοὺς πατητοὺς, ἀγαθὸν φάρμακον. Quod autem ad πατηθείσας σταφυλὰς attinet, vide et in Θειλοπεδευθεῖσα σταφυλὴ, T. 1. c. 1180. Ἀπάτητος, q. d. Incalcabilis, Qui calcari non potest, Epigr. " Ἀπατητὸν quoque " Hes. e Democrito affert pro ἀνωμάλως συγκείμενον. " Sed pro eo puto scr. ἀπάτητον proparoxytonως, et " intelligendum de Eo quod calcando complanatum " et pavitum non est." [* Δυσπάτητος, Lucian. Tragop. 226.] Εὐπάτητος, Qui facile calcari potest. [* " Νεοπάτητος, Const. Manass. Chron. p. 125." Boiss. Mss. * Πολυπάτητος, Plut. 8, 44. Schol. Callim. H. in J. 26.]

Πάτος, ὁ, Calcata s. Trita via, ἡ πεπατημένη ὁδός. Exp. et Via publica, ἡ λεωφόρος ὁδός. Il. Υ. (137.) Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ἔπειτα καθεζώμεσθα κιόντες Ἐκ πάτου ἐς σκοπιήν. Et Od. I. (119.) ἐν δ' αἶγες ἀπειρέσιαι γεγάασιν Ἄγριαι· οὐ μὲν γὰρ πάτος ἀνθρώπων ἀπερύκει: ubi Eust. πάτος ait exponi ἀναστροφὴ, ἤτοι ὁδὸς, item esse Prov. Ἐκ πάτου pro ἐκ ποδῶν. Itidem vero πάτον ἀνθρώπων dixit, Il. Ζ. (202.) de Bellerophonte, Ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων. Quos versus Cic. ita reddidit, Qui miser in campis mœrens errabat Aleis, Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans. Lucian. pulcra metaph. dixit ἔξω πάτου ὀνόματα, (2, 57.) Μήτε ἀποῤῥήτοις καὶ ἔξω πάτου ὀνόμασι, μήτε τοῖς ἀγοραίοις τούτοις καὶ καπηλικοῖς. || Pulvis qui luctaturis post olei illitionem conspergebatur et africabatur, κονίσαλος ab Atticis vocatus, densandi atque roborandi corporis gratia. Sunt tamen qui non hunc modo Pulverem, sed Sudorem ipsum pulveri mistum πάτον vocent, ut Aët. 2, 107. scriptum reliquit. Gorr. Quoniam autem πάτος dicebatur etiam de hoc pulvere qui corpori jam adhæserat ac sudori mistus erat, eratque jam velut strigmentum et sordes corporis, Gal. ne signiff. has confunderet, pulverem illum, ψιλὸν πάτον alicubi appellavit. || Πάτος, si quis prius esse velit quam verbum πατῶ, atque adeo hoc ex illo factum esse, ei non magnopere refragabor: licet alioqui in utramque partem rationes afferri posse videantur. Ceterum si πατῶ e πάτος esse dixerimus, itidem ἀποπατῶ ex ἀπόπατος fieri dicendum erit. [" Heyn. Hom. 5, 231. 8, 37. Jacobs. Exerc. 2, 150. Anth. 9, 362. T. H. ad Plutum p. 463. Thom. M. 696. Ἐκτὸς πάτου, Musgr. Iph. T. 1307." Schæf. Mss. Πάτῳ καὶ ὀρυχῇ, Plut. 8, 663. Excrementum, Nicander Θ. 933. Ἀ. 535. * Πατοσκόπος, unde " Πατοσκοπία, Greg. Nyss. Ep. de Pythonyssa." Kall. Mss.]

Ἀναπατέω, Sursum versus gradior: Hippiatria, Δεῖ εἰς ποταμὸν ἢ εἰς ῥεῖθρον εἰσάγειν καὶ ἀναπατεῖν ἐκεῖσε ποιεῖν, Bud. interpr. Adverso flumine progredi. || Secundum Eust. autem ἀναπατεῖν est etiam ἄνω που οἰκήματος ἀργοῦντα κεῖσθαι. [Anecd. Bekkeri 1, 397.] Ἀντιπατέω, Vicissim calco, conculco, Eum conculco a quo sum conculcatus. At in VV. LL. perperam exp. Obstrepo, confundendo cum ἀντιπαταγέω. [" T. H. ad Plutum p. 350." Schæf. Mss. Schol. Soph. El. 577.]

Ἀποπατέω, A via recedo, deflecto, digredior. Intellige autem proprie a via trita s. calcata, quam propriam esse nominis πάτος signif. dictum est. Quoniam autem ad exonerandum ventrem solemus a via recedere, et aliquem secessum quærere, hinc fit ut ἀποπατῶ ponatur pro Exonero ventrem, Caco. Eand. certe signif. eadem de causa dederunt verbo ἀφοδεύειν. Suidas ut ἀπόπατον exp. κένωσιν τῆς γαστρὸς ap. Aristoph., sic ἀποπατησόμενοι exp. τὴν κόπρον κενώσοντες, in Πλ. (1182.) νῦν δ' οὐδὲ εἷς Θύει

τοπαράπαν οὐδὲν, οὐδ᾽ εἰσέρχεται, Πλὴν ἀποπατησόμενοί γε πλεῖν ἢ μύριοι: ubi notandum est futurum mediæ vocis. Interdum vero adjunctum casum habet, accus. sc.; ac tum redditur potius Excerno: ut ap. Gal. *Εἰ ἀποπατήσειεν ὑγρότερα καὶ δυσωδέστερα.* [" Epicteti Manuale c. 63. Cum accus., Aristoph. Ἐκκλ. 251." Seager. Mss. " Toup. Opusc. 1, 565. 2, 225. Koen. ad Greg. Cor. 247. T. H. ad Aristoph. Πλ. 463. Kuster. Aristoph. 211. Schneid. Anab. p. 40. * Ἀποπατητέον, Aristoph. Ἐκκλ. 326." Schæf. Mss.] Ἀποπάτημα, τὸ, Excrementum, Quod excretum est, Merda, Stercus. [" Brunck. Soph. 3, 499." Schæf. Mss.] " Ἀπόπημα, Stercus, VV. LL. perperam pro " ἀποπάτημα." [* Ἀποπάτησις, Theophil. Protosp. 824. * Ἀποπατητὸς, Schleusn. Lex. V. T.] Ἀπόπατος, ὁ, Secessus quem petimus ad exonerandum ventrem, Locus ubi venter exoneratur, Aristoph. Ἀ. (81.) *Ἀλλ᾽ εἰς ἀπόπατον ᾤχετο, στρατιὰν λαβὼν, Κἄχεζεν ὀκτὼ μῆνας ἐπὶ χρυσῶν ὀρῶν.* Non ignoro tamen Suid. exp. *τὴν κένωσιν τῆς γαστρὸς*, Evacuationem ventris, et exonerationem, eodemque modo a Schol. accipi; sed huic loco aptiorem esse puto signif. illam, qua ponitur pro Secessu in quo ventris onus deponimus. Hanc autem agnoscit alioqui et ipse Suid., *ἀπόπατον καὶ κοπρῶνα λέγουσιν*. Fateor alioqui posse dici *ᾤχετο εἰς ἀπόπατον*, pro Ad exonerationem ventris profectus est, i. e. Ivit exoneratum ventrem: sicut *ᾤχετο εἰς περίπατον*, Profectus est ad deambulationem, Ivit deambulatum. Ceterum quæ de *πάτος* et *πατεῖν* dixi, quod ad ordinem attinet quo collocari debent, eadem et de his compp. *ἀπόπατος* atque *ἀποπατεῖν* dicta existimari debent. [" Diog. L. 221. Excrementa alvi, 371." Seager. Mss. " Ad Mœr. 311. Koen. ad Greg. Cor. 247. T. H. ad Plutum p. 463." Schæf. Mss. " Ἀπόπατος, ἡ, Greg. Cor. Dial. Ion. §. 119." Boiss. Mss. * Ἀπόπατον, Gl. Culina assatoria. * Ἐναποπατέω, Aristoph. Εἰρ. 1227. * Ἐξαποπατέω, Hippocr. de Morbis 4.]

[* Διαπατέω, Conculco, Polyb. 3, 55, 2. " Obambulo, Clem. Alex. 251." Kall. Mss.] Ἐκπατέω, q. d. *ἔξω πάτου πορεύομαι*, Extra viam tritam gradior, Evagor, Spatior, Inambulo, Bud. ap. Diog. L. Epimenide, *Εἰσὶ δ᾽ οἳ μὴ κοιμηθῆναι αὐτὸν λέγουσιν, ἀλλὰ χρόνον τινὰ ἐκπατῆσαι, ἀσχολούμενον περὶ ῥιζοτομίαν.* [Hesych. Miles. p. 35. Meurs. *Ἐκπατεῖν καὶ ἐρημάζειν.*] " Ἐκπάτιον, Hesychio *τὸν ἔξω πάτου*, Devium," [Æsch. Ag. 48. ἄλγος. Erotian. *Ἐκπατίῃ᾽ ἐκτρόπως.* " Ἐκπάτιος, * Ἐκπατίως, Koen. ad Greg. Cor. 267." Schæf. Mss.] " Διεκπατέω, E via s. semita digre- " dior: Suid. *διεκπατῆσαι, τοῦ πάτου παρεξελθεῖν*, in " h. l. *Λέγουσιν Ἐπιμενίδην χρόνον ἕνα διεκπατῆσαι,* " *ἀσχολούμενον περὶ ῥιζοτομίαν.* Quæ verba e Diog. " L. desumta sunt, p. 43. meæ Ed. Ubi tamen " simpl. habetur *ἐκπατῆσαι*, et *τινὰ* rectius pro *ἕνα*." [* " Ἐμπατέω, Nicet. Eugen. 9, 243." Boiss. Mss. J. Poll. 7, 151.: *μέλαθρον*, Ingredior domum, Æsch. Ag. 1443.]

Καταπατέω, Conculco, s. potius Proculco: si quidem velimus in hoc Lat. verbo præp. esse *ἐπιτατικὴν*: cum alioqui alium esse ejus usum quidam tradant; addit enim vehementiam significationi præp. *κατά*, Thuc. 7, (84.) *Ἐπέπιπτόν τε ἀλλήλοις καὶ κατεπάτουν.* Et metaph., sicut de simplici *πατεῖν* dictum est, Il. Δ. (157.) *Ὥς σ᾽ ἔβαλον Τρῶες, κατὰ δ᾽ ὅρκια πιστὰ πάτησαν*, ubi Eust. Quod antea, inquit, *τμῆναι ὅρκια* et *δηλήσασθαι* dixerat, hic dicit *ὅρκια πατῆσαι*: quod est *δριμύτερον* quam illa. Et addit, hoc verbum indicare magnum contemtum: i. valens q. *ῥίψαι* quasi *εἰς πάτον*, i. e. *τρίβον*, et *ἐπεμβῆναι ὑβριστικῶς*. Sed miror Eust. non animadvertisse, Hom. hic non simplici *πατεῖν*, sed comp. *καταπατεῖν* uti. Licet alioqui non me lateat idem de hoc quoque dici posse; præsertim cum Arrian. eadem metaph. ipsum usurparit cum eod. vocab., saltem cum *ὅρκους*, quod nihil aliud est quam *ὅρκια*: *Καὶ ὅρκους πατήσας, οὓς ὤμοσε.* Lucian. quoque *μεταφορικῶς* usus est hoc verbo, (2, 348.) *Τὰ μὲν τοιαῦτα καταπατεῖν, ζηλοῦν δὲ τὰ ἀρχαῖα τῶν παραδειγμάτων.* [" Jacobs. Anth. 8, 277. Villoison. ad Longum 245." Schæf. Mss. * " Καταπατητέος, Geop. 6, 13." Kall. Mss. Schleusn. Lex. V. T.] Καταπάτημα, τὸ, Quod conculcatur. Sonat enim q. d. Conculcamentum, sicut et *πάτημα*. At Καταπάτησις, Conculcatio, i. e. Ipsa conculcandi actio. Exp. tamen *καταπάτημα* in VV. LL. nomine hoc Conculcatio. [Exempla utriusque nominis quærenda sunt in Schleusneri Lex. V. T. * Συγκαταπατέω, Diod. S. 17. p. 580, 7. " Cyrill. V. S. in Monum. Eccl. Gr. 3, 225." Boiss. Mss.]

Περιπατέω, Ambulo, Deambulo, Obambulo, Spatior, Herodian. 4, (7, 11.) *Τὰ πλεῖστά τε αὐτοῖς συνώδευε περιπατῶν, σπανίως ἅρματος ἢ ἵππου ἐπιβαίνων.* Ex Aristoph. autem affertur Λ. (709.) *περιπατεῖν ἄνω κάτω*, pro Cursitare sursum deorsum. || At vero cum dicitur a Paulo (Eph. 4, 1.) *περιπατεῖν ἀξίως τῆς κλήσεως*, et (2 Thess. 3, 6.) *περιπατεῖν ἀτάκτως*, item *περιπατεῖν ἐν ἁμαρτίαις*: itidemque cum dicit Lucas *περιπατεῖν τοῖς ἔθεσι*, et Marc. (7, 5.) *περιπατεῖν κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων*, his omnibus in ll., atque aliis hujusmodi, verbum *περιπατεῖν*, sicut et *πορεύεσθαι* in nonnullis, quod magis ad verbum est Incedere, metaph. habet non Græcam, sed Hebr., i. e. ex Hebraico loquendi genere petitam; ita enim Hebræi suo הלך, quod proprie significat Ambulare, utuntur pro Vitam instituere. Quæ tamen metaph. non valde ab usu Gr. nec Lat. linguæ abhorret, cum illa *βίου ὁδὸν* et *τρίβον*, hæc autem Viam, quod ei significatione respondet, dicat pro Vitæ instituto s. Vitæ genere quod aliquis tanquam viam sequitur. Posidippus in Epigr. *Ποίην τις βιότοιο τάμοι τρίβον*; Sed et *ὁδὸν ἐπὶ τὸν βίον τρέπεσθαι* legimus ap. Xen. Ἀπ. 2, (1, 21.) *Ἐν ᾗ οἱ νέοι ἤδη αὐτοκράτορες γιγνόμενοι δηλοῦσιν εἴτε τὴν δι᾽ ἀρετῆς ὁδὸν τρέψονται ἐπὶ τὸν βίον, εἴτε τὴν διὰ κακίας*, quæ Cic. ita interpr. Quod tempus a natura ad deligendum quam quisque vivendi viam sit ingressurus, datum est. Vitæ viam autem dixerunt cum alii, tum Horat. Epist. 1, 17. Contra, quem duplici panno patientia velat, Mirabor vitæ via si conversa decebit. I. e. Nova vitæ ratio. [" Thom. M. 696. *Περιπατοῦν μουσεῖον*, Bibl. Crit. 1, 1. p. 123." Schæf. Mss. Philostr. V. A. 1, 17. 7, 22. Diog. L. 7, 109. * Περιπάτημα, Schleusn. Lex. V. T. " Hes. v. Διαβήματα." Wakef. Mss. * Περιπάτησις, Diog. L. 7, 98. * Περιπατητὴς, Gl. Ambulator.] Περίπατος, ὁ, Ambulatio, Deambulatio, Plut. Symp. 1. *Ἀκούω οὖν πολλῶν λεγόντων ὅτι πλοῦς μὲν ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δὲ ὁ παρὰ θάλατταν ἥδιστός ἐστιν.* Lucian. (3, 255.) *Ἐπιτείνωμεν τὸν περίπατον*, Acceleremus deambulationem, i. e. Magis celeri s. citato gressu ambulemus. Et ap. Xen. Σ. (9, 1.) *Ἐξανίστατο εἰς περίπατον*, Surrexit ad deambulationem, s. deambulandum. Sic ap. Auctorem Dialogi qui Axiochus inscribitur (fin.) *Κἀγὼ δὲ ἐπάνειμι ἐς Κυνόσαργες, ἐς περίπατον, ὅπόθεν δεῦρο μετεκλήθην.* Et Philosophorum *περίπατοι*, de quibus dicam paulo post. || Sed hoc sciendum est, *περίπατον* appellari Locum etiam ipsum in quo ambulamus, sicut et Lat. nomini Ambulatio hanc quoque signif. tribuunt, Ambulationem dicentes pro Ambulacro. Habes autem hunc vocis *περίπατος* usum cum ap. alios, tum vero ap. Plut. et Athen.; ita enim quidam ap. hunc l. 5. *Κατὰ δὲ τὴν ἀνωτάτω πάροδον γυμνάσιον ἦν καὶ περίπατοι σύμμετρον ἔχοντες τὴν κατασκευὴν τῷ τοῦ πλοίου μεγέθει*, Summa pars navigii gymnasium habebat ambulationesque laxas pro portione magnitudinis suæ, Bud. || Disputatio philosophica, Disceptatio, Dissertatio, etiam Sermocinatio, quæ sc. fit *ἐν τῷ περιπατεῖν*, Inter deambulandum. Aut brevius, Disputatio ambulatoria. Qui erant cum Aristotele, inquit Cic., *περιπατητικοὶ* dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo. Illi autem qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium, cœtus erant et sermones habere soliti, e loci vocabulo nomen habuerunt. Gell. 20, 4. de Aristotele loquens, Huic disciplinæ quam dixi *ἀκροαματικὴν*, tempus exercendæ dabat in Lyceo matutinum. Nec ad eam quenquam temere admittebat, nisi quorum ante ingenium et eruditionis elementa, atque in discendo studium laboremque explorasset. Illas vero *ἐξωτερικὰς* eod. in loco vesperi faciebat, easque vulgo juvenibus sine delectu dabat; atque eam, *δειλινὸν*

περίπατον appellabat: illam alteram supra, *ἑωθινόν*: utroque enim tempore ambulans disserebat. Hæc ille. Posumus autem, ut opinor, *περίπατον* hac in signif. Scholam etiam interpretari e Fabio; quippe qui ita scribat 3, 1. Pomeridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit. Solitos autem fuisse et ceteros Philosophos disputare in suis deambulationibus, e multis multorum scriptorum ll. discimus. Quas deambulationes, i. e. quos *περιπάτους*, festivissime irridet Baton Comicus in his senariis, [ap. Athen. 163.] *Τῶν φιλοσόφων τοὺς σώφρονας ἐνταυθοῖ καλῶ, Τοὺς ἀγαθὸν αὐτοῖς οὐ διδόντας οὐδὲ ἕν· Τοὺς τὸν φρόνιμον ζητοῦντας ἐν τοῖς περιπάτοις Καὶ ταῖς διατριβαῖς, ὥσπερ ἀποδεδρακότα.* [Cf. Eund. 103. et ibi Animadv. Schweigh.] Ubi inter alia animadverte copulari *περιπάτοις* cum *διατριβαῖς*: quod certe nobis comprobare potest expositionem Scholiastæ Aristoph. B. (953.) *Οὐ σοὶ γάρ ἐστι περίπατος κάλλιστα περί γε τούτου*: hic enim *περίπατος* exp. *διατριβή*. Dicitur autem *περίπατον ποιεῖσθαι*, item *περίπατον ἔχειν*. Plato Phædro, *Κατὰ τὰς ὁδοὺς ποιοῦμαι τοὺς περιπάτους*, Plut. de Alex. Fort. *Ὅτι δηλαδὴ περὶ συλλογισμῶν οὐδὲν, οὐδὲ περὶ ἀξιωμάτων ἔγραφεν, οὐδ' ἐν Λυκείῳ περίπατον ἔσχεν.* Pro quo facere loco mihi videtur is quem supra e Cic. protuli, in quo dicit, In Academia cœtus erant et sermones habere soliti. Nec enim dubitem his verbis ad interpr. horum Græcorum uti. Sed ad exprimendam vim nominis *περίπατος*, adderem participium Ambulans, atque ita verterem, Nec in Lyceo ambulans cœtus et sermones habuit. Nam certe, a Bud. dissentio, ita h. l. reddente, Nec in Lyceo peripateticorum more ambularit. Dissentio, inquam quod nimium dilutam, ut ita dicam, hanc interpr. esse censeam. ‖ Porro ut dixi *περίπατον* significatione generali accipi et pro Ambulatione, significante Locum in quo ambulamus s. deambulamus; ita etiam peculiariter Ambulationem philosophicam, i. e. Locum in quo Philosophi deambulantes disputabant, declarari interdum hoc vocabulo sciendum est: Xen. (Ἀπ. 1, 1, 10.) *Πρωῒ γὰρ εἰς τοὺς περιπάτους καὶ τὰ γυμνάσια ᾔει.* Sic ap. Athen. (354.) *Εἶτα ἀναπεπταμένου τοῦ Πλάτωνος περιπάτου.* Quo dicitur modo Latine Scholam aperire, item Ludum: a Cic. autem et Explicare scholam. Sed cum ap. Scriptt. Gr. legimus *περίπατον* sine adjectione dictum pro Schola, intelligendum est de illa Aristotelis schola, s. Aristotelea secta, cujus facta fuit supra mentio. Plut. Symp. 8. *Ὁ δὲ Φαβωρῖνος αὐτὸς τὰ μὲν ἄλλα δαιμονιώτατος Ἀριστοτέλους ἐραστής ἐστι, καὶ τῷ περιπάτῳ νέμει μερίδα τοῦ πιθανοῦ πλείστην.* Hinc etiam *οἱ ἐκ τοῦ περιπάτου*, pro Peripateticis. [" Thom. M. 696. Heind. ad Plat. Theæt. 291. *Οἱ ἐκ τοῦ π.*, Act. Traj. 1, 236. Bergler. Alciphr. 405. *Τοῖς ἐκ τῶν π.*, Strabo 5, 386. 431. v. Tzsch. ad 6, 490. *Ἐν π. εἶναι*, Xen. K. 'A. 113. Schn. *Πρὸς, εἰς π.*, Heind. ad Plat. Phædr. 187. *Περίπατος, ἡ*, Timæi Lex. 89." Schæf. Mss.] Sed et uno verbo fuerunt APPELLATI *Περιπατητικοὶ*, Qui sectam Aristotelis sequebantur, s. sectatores erant Aristotelis. Sic tamen ut et ipse Aristot. hac appellatione comprehendatur. Plut. c. Col. *Ὅτι τούτοις τοῖς δόγμασι Πλάτωνος ἐπηκολουθήκασιν Ἀριστοτέλης καὶ Ξενοκράτης καὶ Θεόφραστος, καὶ πάντες οἱ περιπατητικοί.* Pro quo *περιπατητικοὶ* elegantissima periphrasi dicere possis, *οἱ τὸν Ἀριστοτέλους περίπατον ἐπιγραφόμενοι*, vel *τὸν Ἀριστοτέλην*: ut cum *περιπατητικοὶ* habes *οἱ τὸν Πλάτωνα ἐπιγραφόμενοι* in isto Luciani l. (1, 753.) *Μάλα πολλοὶ περιπατητικοὶ καὶ Ἐπικούρειοι, καὶ οἱ τὸν Πλάτωνα ἐπιγραφόμενοι*: (755.) *Οἱ περιπατητικοὶ δὲ, καὶ φιλόπλουτοι καὶ ἐριστικοί τινες.* Sic et in sing. DICITUR *Περιπατητικὸς*, Peripateticus philosophus. Sed et adjective pro Ad peripateticos s. Ad peripateticorum sectam, disciplinam, philosophiam pertinens. Item *π. φιλοσοφία*, Peripatetica philosophia. Sed et *π. αἵρεσις*, Peripatetica secta. Aut etiam *π. σχολὴ* vel *διατριβή*: Plut. de Exil. (386.) Ibi enim cum dixisset; *Ἐπὶ τοὺς σοφοὺς ἐλθὲ καὶ τὰς σοφὰς Ἀθήνησι σχολὰς καὶ διατριβὰς, ἀναπέμπασαι τὰς ἐν Λυκείῳ, τὰς ἐν Ἀκαδημίᾳ, τὴν στοὰν, τὸ παλλάδιον, τὸ ᾠδεῖον*, subjungit, *Εἰ τὴν περιπατητικὴν ἀσπάζῃ μάλιστα καὶ τεθαύμακας, Ἀριστοτέλης ἦν ἐκ Σταγείρων, Θεόφραστος ἐξ Ἐρέσου, κ. τ. λ.* Unde etiam discimus, *π. σχολὴν* s. *διατριβὴν* posse dici alio nomine *τὴν ἐν Λυκείῳ*, respiciendo tamen ad ejus auctorem et primos ejus sectatores, qui in eod. illo loco disputantes et suos docentes *περιεπάτουν*. [Cic. Acad. Q. 1, 4.] Sed et ADV. *Περιπατητικῶς*, Peripateticorum more. Bud. tamen *περιπατητικῶς* dixit etiam pro Deambulando, cum sonet proprie q. d. Deambulatorie. [" Notandum vero, jam ante Aristotelis ætatem in usu fuisse vocab. ab isto *Περίπατος*, quatenus Scholam significat, proxime derivatum, * *Περιπατικὸς*, Qui scholam habet, Scholæ magister, Scholasticus, Literarum et eloquentiæ professor, quo vocab. usus est Cebes Socraticus in Tabula Vitæ humanæ; (quem quidem egregium prorsus libellum præter rationem negant docti quidem viri Socraticum Cebetem Thebanum habere auctorem;) ubi c. 13. *Περιπατικοὶ*, quorum in locum a sequioribus librariis temere *Περιπατητικοὶ* positi erant, e probatissimo Cod. Meibomiano restituti sunt a Schw. in Cebetis Tab. cum Epicteti Manuali Lipsiæ anno 1798. edita, p. 306. eandemque scripturam firmat duorum Codd. Parisiensium, in his unius præstantissimi, auctoritas, de quorum Codd. consensu idem Schw. in Præf. eid. Editioni præmissa p. cxix. et cxxii. monuit. Cf. Ejusd. Animadv. in Athen. 103." Schw. Mss. * *Εὐπερίπατος*, Qui bene ambulare sinit, Lucian. 3, 663. * *Διαπεριπατέω*, Athen. 157. 539.] *Ἐμπεριπατέω*, Inambulo. Et metaph. ap. Schol. Aristoph. *ἐμπεριπατῆσαι περί τινος*, pro Disceptare de re quapiam, more Philosophorum qui disceptabant deambulantes. [Plut. 6, 209. 242. 8, 104. * *Παραπεριπατέω*, Schn. Lex. *ἀμαρτύρως*. * *Συμπεριπατέω*, Una deambulo, Athen. 545. Plut. 6, 695. Plato Protag. p. 314. Lucian. 2, 831. Justin. Mart. Dial. cum Tryphone init. " Menander Diogenis L. 6, 93." Boiss. Mss.]

[* " *Προπατέω*, Athan. 2, 353." Kall. Mss.] *Συμπατέω*, Conculco. Et pass. *Συμπατέομαι*, Conculcor: unde *συμπατούμενοι* ap. Greg. [" Diog. L. 4, 36." Wakef. Mss. Lucian. 1, 848. 3, 75. * *Συμπατητικῶς*, vox susp., Hesych. 754.] " *Ὑποπατέω*, Ventrem exonero. Datur enim illi signif. *τοῦ ἀποπατῶ*." [Schneidero susp.]

" *Μονοπάτιον* iter, in Pand. differt *τῆς πλατείας ὁδοῦ*, inquit Bud. Significare videtur Quod unus tantum calcare queat." [* " *Ψευδόπατον*, pro Fictitia æra, Nov. Const." Lex. Gr. Lat. ap. P. Baldvin. 1611.]

" *Πατηνὸν*, Hesychio *πεπατημένον, κοινὸν*, Proculcatum, s. Conculcatum pedibus, Vulgare, Triviale."

" *Πατίαι*, Hesychio *χῶραι*."

ΠΑΤΑΣΣΩ, Cum strepitu palpito, Vehementer palpito: *πατάσσει μοι ἡ καρδιὰ*, Strepitat mihi cor palpitando. Cur autem ita hoc verbum interpretandum censeam priore in signif., docebo mox. Il. N. (282.) *Ἐν δέ τέ οἱ κραδίη μεγάλα στέρνοισι πατάσσει Κῆρας ὀϊομένῳ, πάταγος δέ τε γίνετ' ὀδόντων.* Et H. (216.) *Ἕκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσεν.* Nec tantum *πατάσσει μοι ἡ καρδία*, sed et *πατάσσει μου ἡ καρδία*, ex hoc Poëta dicere possumus: Ψ. (370.) *Πάτασσε δὲ θυμὸς ἑκάστου Νίκης ἱεμένων.* Ceterum in illum l. Il. H. annotat, verbo *πατάσσειν* significari *τὴν καρδίαν ἀποτελεῖν ποιὸν ἦχον, ἐν τῷ κραδαίνεσθαι*: et Poëtam alibi declarare volentem hanc cordis agitationem dixisse, *κραδίη δέ οἱ ἔξω στηθέων ἐκθρώσκει*, sc. *πατάσσουσα*. Quibus addit, usurpari hoc verbum et pro *πλήσσειν*: ut *ἐπάταξε μαχαίρᾳ*: perinde ac si quis dicat, *ἐθορύβησε, ἐπατάγησε, κτύπον ἐποίησε πλήξας*. Quibus e verbis in eam sum adductus sententiam, ut putarem verbi *πατάσσω* priorem esse quam ei tribuo priore loco significationem: præsertim cum alterius nullum ex eod. Poëta exemplum afferatur. Idem porro Gramm. alibi hoc verbum eadem de re dictum exp. *βαμβαίνειν*, alicubi etiam scribit significare *ἐναγώνιον παλμὸν καὶ τὸν ποιὸν ἦχον τῶν ἐντός*. Quinetiam e *πάτος* derivatum esse, duobus in ll. testatur, et quidem in altero addens, *ὀνομα-*

τοποιΐας λόγῳ. Ceterum iis, quæ ille de ista hujus verbi signif. tradit, addo, mihi videri dixisse Hom. πατάσσειν de corde, quod ejus posteri, et præsertim solutæ orationis Scriptt., πηδᾶν. Quod si verbo Lat. illud interpretari libeat alio quam Palpito, non puto aptius ullum reperiri posse quam Mico: quod tamen in carmine potius quam in prosa est usitatum. Dicitur autem cor micare, interdum quidem sine adjectione, interdum Micare timore, metu. Quod autem cum illo Palpito, addidi Cum strepitu; itidemque dixi Strepitat mihi cor palpitando, in eo non tam Lat. linguæ consuetudinem secutus sum, quam etymon interpretatione mea exprimere studui. Ceterum ad priorem hanc signif. pertinet πατάσσειν τὼ χεῖρε ap. Synes. pro Complodere manus. ‖ Percutio, Pulso, Ferio: unde est Gallicum, sed ἰδιωτικὸν vocabulum, Patarrasse pro Ictu, male enim pronuntiatur a nonnullis Petarrasse. Proprie autem, sequendo ea quæ modo dixi de hac posteriori signif., diceretur de eo qui ita pulsat ut ictus sonitum aliquem s. strepitum edat; sed generalius de eo qui quovis modo pulsat, usurpari videmus. Plut. Apophth. Ἐπαραμένου δὲ τοῦ Εὐρυβιάδου τὴν βακτηρίαν ὡς πατάξοντος, Πάταξον μὲν οὖν, εἶπεν, ἄκουσον δέ. Idem in Alcib. (25.) Τὸν Φρύνιχον πατάξαντος ἐγχειριδίῳ, καὶ διαφθείραντος. Sic in pass. voce cum dat. instrumenti, Παταχθησόμενος τῷ ξύλῳ, ap. Lucian. Et cum accus. πληγάς, ap. Plat. Subauditur autem aliquando hic accus., ut ὅσας ἂν πατάξῃ, pro ὅσας πληγάς. Dem. dixit etiam πατάσσειν ἐπὶ κόρρης, (562.) Gallice ad verbum, Frapper sur la joue, i. e. Infligere colaphum, s. Incutere. Sed et pro Vulnerare poni πατάσσειν, annotat Bud. ‖ Et ut Latine Pulsare januam, itidem Græce πατάσσειν τὴν θύραν: quo utitur Aristoph. (B. 38.) E Plut. autem (Romulo 28.) affertur πατάξας κίονα τῇ χειρί, ubi πατάσσειν esse dicitur Quatere. Sed et metaphorice ap. Aristoph. (B. 54.) πόθος τὴν καρδίαν ἐπάταξε. ‖ At vero πατάσσειν τὼ χεῖρε pertinet potius ad priorem signif., ut ibi docui. ‖ Sed et obscœnam signif. dat huic verbo Schol. Aristoph. (Ὄρν. 1258.) ad quam allusisse vult Poëtam in ficto a se ADVERBIO Πατάξ. [" Πατάσσω, Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. 10. Brunck. ad Anacr. p. 111. Ed. 1. ad Charit. 296. ad Herod. 436. Heyn. Hom. 5, 345. 6, 418. 8, 434. Med., Buttm. ad Plat. 530." Schæf. Mss. Antiphanes Athenæi 446. Parthenius p. 13. Polyb. 8, 31, 8. " Pungo, de ape, Achill. Tat. 77." Wakef. Mss. * Πολυπάταξ, Strepitu plenus, Athen. 617. * " Παταστικός, Theod. Prodr. in Notit. Mss. 6, 561." Elberling. Mss.]

[* Ἀμφιπατάσσω, Anthol. 4. p. 510.] Ἀναπατάσσω, q. d. Repulso, pro Iterum pulso. Hesych. ἀναπατάξασθαι τὸ ᾆσμα esse ait i. q. ἀνακρούσασθαι, cujus verbi signif. pertinentem ad musicam, vide supra. [* Ἀντιπατάσσω, Gl. Repercutio.] Ἐκπατάσσω, Strepitu aures alicujus percello, et attonitas reddo, Attonitum reddo. Unde pass. Ἐκπατάσσομαι, a quo PARTIC. Ἐκπεπαταγμένος, Od. Σ. (326.) Ξεῖνε τάλαν, σύ γέ τις φρένας ἐκπεπαταγμένος ἐσσί, q. d. Attonitus mentem. I. e. Qui mente non constat, sed eam velut attonitam habet: ὁ ἐκπεπληγμένος καὶ ἐμβρόντητος, ut inquit Eust., ὁποῖοι πολλοὶ ἀπὸ πατάγων, ὅ ἐστι κτύπων, γίνονται. [" Wakef. Herc. F. 889. Jacobs. Anth. 8, 103. Musgr. Cycl. 152. Ἐκπεπαταγμένος, Valck. ad Theocr. x. Id. p. 143. ad Herod. 276. Heringa Obss. 214." Schæf. Mss. * Ἐπιπατάσσω, Schol. Aristoph. Θ. 1013. * Συμπατάσσω, Eur. Suppl. 699. " Planud. Ovid. Met. 12, 468." Boiss. Mss.]

¶ Πάταγος, ὁ, Strepitus, Fragor, Crepitus. Alicubi etiam Fremitus. Il. Φ. (9.) Ἐν δ' ἔπεσον μεγάλῳ πατάγῳ· βράχε δ' αἰπὰ ῥέεθρα. Ubi annotat Eust., Poëtam data opera τραχῦναι ταῖς λέξεσι τὴν τοῦ λόγου προφορὰν, ἀναλόγως τῷ ἤχῳ τῆς εἰς τὸν ποταμὸν πτώσεως τῶν φευγόντων. Idem Poëta alibi usus est hoc vocab. de arboribus quæ violento venti impetu franguntur. Ubi quin aptissime reddi possit voce Fragor, minime dubium esse debet: cum eam a rebus quæ franguntur esse sumtam constet. Locus autem is habetur Il. Π. (769.) Φηγόν τε, μελίην τε, τανύφλοιόν τε κράνειαν, Αἵτε πρὸς ἀλλήλας ἔβαλον τανυήκεας ὄζους, Ἠχῇ θεσπεσίῃ· πάταγος δέ τε ἀγνυμενάων. Sic autem et de fragore tonitrui ap. Aristoph. et Aristot. Sed pro Crepitu usus est idem Hom. appellans πάταγον ὀδόντων, Crepitum dentium. Pro Fremitu autem ap. Philon. [" Ad Lucian. 1, 324. ad Herod. 604. 720. Thom. M. 694. Jacobs. Anth. 6, 78. 7, 167. 249. 8, 95. 11, 172. Boiss. Philostr. 366." Schæf. Mss. Il. N. 283. ὀδόντων, Callim. L. P. 44. ἵππων καὶ σακέων. Patagus, Genus morbi, Fest.] Invenitur et FEMIN. Παταγή, cum alibi, tum ap. Dionys. P. (574.) qui utitur hac voce, de quibusdam mulieribus orgia bacchica celebrantibus loquens, p. 93. Ed. patris mei, παταγῆς δὲ λιγύθροος ὄρνυται ἠχή. Ubi annotat Eust. hoc vocab. κοινότερον quidem ὀξύνεσθαι, sicut ἀλαλαγή: at Herodianum βαρύνειν, dicentem fieri non a πατάσσω, alioqui debere ὀξύνεσθαι, ut ἀλαλαγή, sed a πάταγος, cujus fem. πατάγη. Sunt autem qui ibi interpr. voce Plausus; sed hæc mollior esse mihi videtur, quam ut Græcæ vel hoc loco respondeat: at certe si eligendum sit unum ex iis quibus πάταγος sum interpretatus, malim Fremitus. [Longus 1. p. 20. χειρός.] Παταγοδρόμος, ὁ, ἡ, Fragorem edens in cursu, inter currendum: Orph. αὐδή, Vox fragorem habens in cursu, stridens in cursu; si tamen voci Stridens satis inesset vehementiæ. Locus Orphei est in Hymno Διὸς Ἀστραπαίου, p. 106. meæ Ed. Ἀστράπτοντα σέλας νεφέων παταγοδρόμῳ αὐδῇ: quæ pulcra est tonitrui periphrasis. " Ἀπαταγί, Suidæ ἄνευ ψόφου, Sine " strepitu s. crepitu, qui πάταγος dicitur." [* Εὐπάταγος, Opp. K. 4, 131. * " Πολυπάταγος, Etym. M." Wakef. Mss. * " Παταγώδης, Suid. v. Βησᾶς." Boiss. Mss. " Prov. Vat. 1, 26." Wakef. Mss. " Huschk. Anal. 14." Schæf. Mss.]

Παταγέω, Strepo, Strepito, Fragorem edo, Crepito, Aristoph. N. (378.) loquens de ipsis nubibus, εἶτα βαρεῖαι Εἰς ἀλλήλας ἐμπίπτουσαι ῥήγνυνται καὶ παταγοῦσιν. Et, Πνεῦμα σφόδρα παταγοῦν, ap. Suid.: Soph. autem dixit (Aj. 168.) Παταγοῦσιν, ἅτε πτηνῶν ἀγέλαι. Cum quo loco convenit παταγεῖν, de merula dictum, pro Strepito, ut quidem annotat Bud. Ceterum in VV. LL. habetur et Παττανέω, cum duplici ττ, itidemque παττάγημα, et πάτταγος. Sed quin mendosa sit hæc scriptura, minime mihi dubium est, cum primam nominis πάταγος syllabam passim corripi videamus, itidemque verbi παταγέω ab eo derivati: cujus verbale est πατάγημα. Atque adeo cum πάταγος a πατάσσω esse constet, quod itidem primam corripere, vel ex iis quos protuli Homeri locis satis superque notum esse possit. Adde etiam, si altius repetenda est origo, cum πάτος et πατέω, unde ipsum πατάσσω derivatum existimatur, brevem itidem habeat primam. Quinetiam cum πατταγεῖ ap. Hes. videmus, eo minus fidem huic scripturæ nos adhibere par est, quod ibid. sequatur πάταγος, unico τ scriptum. [" Ruhnk. Ep. Cr. 302. Pierson. Veris. 174. Toup. Opusc. 1, 328. ad Lucian. 1, 324. Jacobs. Anth. 6, 78. 7, 248." Schæf. Mss. Theocr. 22, 15. Aristot. H. A. 9, 49. de merula, Θέρους μὲν ᾄδει, χειμῶνος δὲ παταγεῖ καὶ θορυβῶδες φθέγγεται, cf. Ælian. H. A. 12, 28. Active, Hephæst. p. 400. Αἷς ἔντεα παταγεῖται καὶ χάλκεα κρόταλα. Phot. Καλὰ δὴ παταγεῖς· ἀντὶ τοῦ λέγεις. Cf. Plat. Euthyd. p. 293. Heind. p. 373. et Schn. Lex.] Πατάγημα, τὸ, Strepitus, etc., ut dictum est in Πάταγος. Sed dicitur et de Homine garrulo, ac veteratore. Πατάγημα, inquit Suid., ἀντὶ τοῦ λάλος καὶ πανοῦργος. Cui expositioni subjungit hoc exemplum e Menandro, οἷον πατάγημα ἥκεις. [" Jacobs. Anth. 7, 248." Schæf. Mss. * " Παταγητικός, Strepitans, Clem. Alex. 188(=221.)" Kall. Mss.]

Ἀντιπαταγέω, Contra strepo, Vicissim strepo, fragorem edo, Plut. (10, 162.) ἀντιπαταγεῖν cum ἀντηχεῖν copulavit. [" Cattier. Gazoph. 67. T. H. ad Plutum p. 350. * Ἐκπαταγέω, Abresch. Lectt. Aristæn. 147." Schæf. Mss. Themist. Or. 21. p. 253. I. q. ἐκφωνέω, Hes. * Ἐμπαταγέω ταῖς μάστιξιν, Increpo scuticis, Themist. Or. 4. p. 50. Abresch. 583.] Ἐπιπαταγέω, q. d. Superstrepo. Fortasse autem et

Obstrepo reddi alicubi potest. [" Toup. Opusc. 1, A 328. * Καταπαταγέω, Jacobs. Anth. 8, 95." Schæf. Mss. Eust. Ism. 378.] Συμπαταγέω, q. d. Constrepo, Simul strepo, fragorem edo s. crepitum aut etiam fremitum: sequendo signiff. datas nomini πάταγος. Exp. etiam Collido, Palma aut Vola aperta quatio, quod Hes. συμπατάγησαν exp. verbo συνεκρότησαν: addens etiam, συνέκρουσαν τὰς χεῖρας πλατείας ποιήσαντες. [" Ad Il. Ψ. 102. Συμπαταγέω, * Συμπλαταγέω, Heyn. Hom. 8, 378." Schæf. Mss.] " Ὑποπαταγέω, Substrepo," [" Boiss. Philostr. 366." Schæf. Mss.]

[* Παταγεῖον, Lat. Patagium, idem erat matronis, quod Clavus viris: Festus, Patagium est quod ad summam tunicam assui solet. Apul. Crines sinuato patagio desinentes. Tunica patagiata, Plaut. Epid. 2, 2, 47.]

ΠΑΤΗΡ, Pater. Gen. πατέρος, et per contractionem πατρὸς, itidemque in dat. Sed contractis duntaxat utuntur prosæ Scriptt., utrisque autem Poëtæ, B sicut et in aliis nominibus. Od. Θ. (550.) Εἴπ' ὄνομ' ὅ,ττι σε κεῖθι κάλεον μήτηρ τε πατήρ τε. Apud Eund. plerisque in Il. habetur istud hemistichium, πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ. Et πατρὸς ἐμοῖο πατὴρ, ap. Eund., Patris mei pater. Pro quo πατρὸς πατὴρ dictum postea fuit comp. voce πατροπάτωρ. Apud Eund. πατρὸς ἐξ ἀγαθοῦ γένος εἶναι: ut Gallice dicitur Etre fils d'un bon père. Il. Ξ. (113.) Πατρὸς δ' ἐξ ἀγαθοῦ καὶ ἐγὼ γένος εὔχομαι εἶναι, Τυδέος. Ab Eod. dicitur Ζεῦ πάτερ, Jupiter pater: H. (179.) Ζεῦ πάτερ, ἢ Αἴαντα λαχεῖν, ἢ Τυδέος υἱόν. Sic πατρὸς Διὸς, Ξ. (414.) Alicubi vero addit gen. πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, non addens Ζεύς: ut Il. O. (47.) Ὣς φάτο· μείδησεν δὲ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Qua appellatione et ab Hesiodo insignitur, 'A. (28.) πατὴρ δ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε Ἄλλην μῆτιν ὕφαινε μετὰ φρεσίν. Itidem Virg. dixit Hominum sator atque deorum: et quidem uno in l. cum vocab. Subridens: Æn. 1. Olli subridens hominum sator atque deorum: ut in l. C quem modo protuli, cum illo πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, habes μείδησεν. Alioqui ab eo Divum quidem pater, at Hominum rex vocatur: Æn. 1. namque tibi divum pater atque hominum rex Et mulcere dedit fluctus, etc. Et in 2. e quo me divum pater, atque hominum rex Fulminis afflavit ventis, et contigit igni. Revocat autem mihi in memoriam nomen istud Rex, quæ scribit Aristot. de ratione propter quam Jupiter ab Hom. vocatus est πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε: scribit, inquam, duobus in ll., sc. et in Eth. et in Politicis. Nam Eth. 8, 10. scribit, Ἡ μὲν γὰρ πατρὸς πρὸς υἱεῖς κοινωνία, βασιλείας ἔχει σχῆμα· τῶν τέκνων γὰρ τῷ πατρὶ μέλει· ἐντεῦθεν δὲ καὶ Ὅμηρος τὸν Δία πατέρα προσαγορεύει· πατρικὴ γὰρ ἀρχὴ βούλεται ἡ βασιλεία εἶναι: Patris enim cum liberis societas quandam regni speciem præ se fert; liberorum enim curam gerit pater. Quam ob causam et Hom. Jovem patrem appellat; vult enim regnum esse paternum quoddam imperium. Polit. autem 1, 8. hæc ab eo scribuntur, Ἡ δὲ τῶν τέκνων ἀρχὴ, βασιλική· τὸ γὰρ γεννῆσαν, καὶ κατὰ φιλίαν D ἄρχον καὶ κατὰ πρεσβείαν ἐστίν· ὅπερ ἐστὶ βασιλικῆς εἶδος ἀρχῆς· διὸ καλῶς Ὅμηρος τὸν Δία προσηγόρευσεν, εἰπὼν, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, τὸν βασιλέα τούτων ἁπάντων· φύσει γὰρ τὸν βασιλέα διαφέρειν μὲν δεῖ, τῷ γένει δ' εἶναι τὸν αὐτόν· ὅπερ πέπονθε τὸ πρεσβύτερον πρὸς τὸ νεώτερον, καὶ ὁ γεννήσας πρὸς τὸ τέκνον. I. e. Imperium autem in liberos, regium est. Quod enim procreavit, id et amicitiæ ergo et prærogativæ ætatis, imperium obtinet: quod regii species est imperii. Quare aptum nomen Jovi tribuit Hom., cum dixit, Hominum pater atque deorum, de eo loquens, qui universitatis rerum est rex. Natura enim regem differre oportet, at genere eund. esse: quod usuvenit seniori erga juniorem, et procreatori erga suam prolem. Hactenus Aristot.; sed quæ hujus appellationis ab eo affertur ratio de Jove, ubi itidem aliis minoribus diis tribuitur, ut certe illis quoque Lat. Poëtas eam tribuere docebo, locum fortasse habere, haud itidem habere posse videatur. Ut autem prius ad Virg. locum redeam, nullo modo assentior iis, qui Rex seorsum accipientes, jungunt nomen Pater cum utroque gen.: ut conveniat hæc appellatio cum Homerica πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, sed adjunctam habeat vocem Rex. Minime inquam iis assentior, cum aliis de causis, tum quod alibi idem Virg. Jovem vocet Patrem deum s. divum, omisso prorsus altero illo gen.: Æn. 10. Sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo. Et 9. Aut tu, magne pater divum, miserere. Quinetiam vocat Magnum patrem, non adjecto gen., sed referendo ad Mercurium, Æn. 4. ille patris magni parere parabat Imperio. Alicubi dicit et Summum patrem. Ut autem interdum nominat Patrem divum, non addens alterum gen. Hominum: ita vicissim a Flacco Jupiter dicitur simpliciter Humanæ gentis pater, addendo Atque custos. Sed ap. Hom. legimus etiam Διὶ πατρὶ, sine adjectione genitivi: Il. Π. 227. Οὔτε τέῳ σπένδεσκε θεῶν ὅτε μὴ Διὶ πατρί: 254. Ἤτοι ὁ μὲν σπείσας τε καὶ εὐξάμενος Διὶ πατρὶ, ubi annotat Eust. πατέρα vocari ἀπολύτως, tanquam archetypum, quia τοὺς ἐν ἀνθρώποις πατέρας, ἀφιδρύματα τοῦ τοιούτου πατρὸς Διὸς veteres esse dicunt. Virg. autem etiam Pater solum de Jove dixit, i. e. non habens adjunctum illud nomen; sed ejus loco usus est emphatico pronomine Ipse; ut Georg. 1. Ipse pater, media nimborum in nocte, corusca Fulmina molitur dextra. Et non multo post, Ipse pater statuit quid menstrua luna moneret. Et Æn. 2. Ipse pater Danais animos etc. Alicubi vero pronomen hoc postposuit, sc. Georg. 1. pater ipse colendi Haud facilem esse viam voluit. Imo vero alicubi usus est nomine Pater de Jove, ne hoc quidem pronomen addens: sc. Georg. 1. Ter sunt conati imponere Pelio Ossam Scilicet, atque Ossæ frondosum involvere Olympum: Ter pater extructos disjecit fulmine montes. Horat. quoque ita est usus, etiam in sententiæ atque adeo Odes principio, 1, 2. Jam satis terris nivis atque diræ Grandinis misit pater, etc. Verum Lat. Poëtæ appellationem Patris non soli Jovi, sed et minoribus diis tribuunt. Legitur enim ap. Virg., ut exempla petere ex eo pergam, Gradivumque patrem, Geticis qui præsidet arvis: sed et Rex Gradive, in hoc versu, Lecta refert humeris, tibi, rex Gradive, tropbæum. Legimus et Saturnius pater, item Pater Portunus, et Pater Lemnius et Ipse pater Pluton: et in vocandi casu, Pater Neptune, et Pater o Lenæe. Sed quod ad hunc deum attinet, sciendum est ei magis peculiarem quam ceteris esse Patris appellationem: unde Serv. in Georg. 2. Huc, pater o Lenæe, veni, nudataque musto Tinge etc. annotat, Pater, licet generale sit omnium deorum, tamen proprie Libero semper cohæret; nam Liber pater vocatur. Sed hactenus de isto nominis πατὴρ ap. Græcos Poëtas, itidemque nominis Pater ap. Latinos usu.

Venio ad alium usum quem nomen πατὴρ aliquoties habere videmus ap. eund. Poëtam, Homerum inquam: sc. ubi senex aliquis honoris causa compellatur πατρὸς nomine ab eo qui alioqui nulla est illi consanguinitate junctus. Sic Od. P. 553. Ξεῖνε πάτερ, καλέει σε περίφρων Πηνελόπεια. Itidem Θ. 408. Χαῖρε, πάτερ ὦ ξεῖνε. Sed et Od. H. (28.) Τοιγὰρ ἐγώ τοι, ξεῖνε πάτερ, δόμον ὅν με κελεύεις, Δείξω. Proxime autem sequentia verba sunt, quibus sc. posterior versus absolvitur, ἐπεί μοι πατρὸς ἀμύμονος ἐγγύθι ναίει: adeo ut habeamus in uno eodemque membro, ab una eademque persona usurpatam hanc vocem πατὴρ utroque modo; sc. priore quidem loco honoraria, ut ita loquar, appellatione positum; posteriore autem, in propria signif. Sed, quod hic observandum est, is qui nomine πατρὸς compellatur, illam quæ hoc nomine eum compellat, ipse paulo ante itidem τέκους appellatione dignatus erat: dicens, Ὦ τέκος, οὐκ ἄν μοι δόμον ἀνέρος ἡγήσαιο Ἀλκινόου. Ubi tamen non itidem honoris, sed potius amoris s. benevolentiæ demonstrationem habet hæc compellatio. Huc autem pertinent ea quæ supra ex Aristoph. Gramm. attuli, πατέρας solitos appellari Ætate provectos: itidemque μητέρας, Mulieres quæ

sint ætatis provectæ: quamvis nulla his vel illis affinitate sint juncti. Quæ autem provectiore etiam sunt senectute, ab illis dici μαίας et τήθας. Vicissimque juvenes a senibus vocari παῖδας et τέκνα. Itidem certe nostrates, ut de aliis linguis taceam, Mon père et Ma mère, i. e. πάτερ et μῆτερ, vicissimque Mon fils et Ma fille, i. e. παῖ et θύγατερ, usurpare consueverunt.

Hic autem omittendum non est, ap. Lat. quoque Poëtas, interdum hoc nomen Patris aliquibus tribui non ab iis qui filii sint, aut ullo modo iis genere propinqui, sed ab iis qui appellatione honorifica et testante eam, qua illos prosequuntur, reverentiam, uti volunt. Nam, ut omittam locos in quibus appellatio hæc datur heroibus, veluti Anchisæ, pariterque Æneæ a Virg., adeo quidem ut hunc sine adjectione etiam Patrem sæpe vocet: ut omittam et eos in quibus Augustus, aliusve e Cæsaribus, aut alius princeps, dicitur Patriæ pater, Parens, Populi pater, Urbis pater, etiam sine gen., Pater optimus, ut ap. Ovid.; quibus simile est, quod legimus in hoc Ionis Chii versu, Χαιρέτω ἡμέτερος βασιλεὺς σωτήρ τε πατήρ τε; ut, inquam, hæc omittam, audimus Horat. dicentem Mæcenati, rexque, paterque Audisti coram. Audimus eund. dicentem Trebatio, Pater optime, in quo tamen l. aliquid mox præterea considerandum proponam. Sed et de hoc nominis istius usu satis. Superest ut de hoc genere loquendi πατέρες συγγεγραμμένοι, quod ap. Plut. reperitur, verba faciam. Sciendum est igitur, πατέρες cum hac adjectione, aut alia hujusmodi, non tam e Gr. quam Lat. linguæ consuetudine usurpari. Nam πατέρες συγγεγραμμένοι positum est pro eo quod passim ap. Lat. legimus Patres conscripti, de senatoribus. Qui et Patres verendi ab Ovidio vocantur hoc versu, Curia, cum patribus fuerit stipata verendis. Sed et Patres sine adjectione plerumque nominantur: Horat. Carm. 4, 14. Qua cura patrum, quæve Quiritium: significare volens Senatum populumque Romanum. Et alibi, Donec labantes consilio patres firmaret. Sed et Epist. 1. Qui consulta patrum, qui leges juraque servat. Hujus autem appellationis rationem reddit Sallust. B. C., Delecti, inquit, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, reip. consulebant. Hinc vel ætate, vel curæ similitudine, Patres appellabantur. Nec me fallit tamen inter Patres conscriptos, et eos qui sine adjectione Patres vocabantur, i. e. inter τοὺς συγγεγραμμένους πατέρας et τοὺς ἁπλῶς πατέρας, ut loquitur Plut., differentiam cum ab aliis, tum ab illo ipso statui. Sed cum minime postulet hic locus, ut de isto discrimine disseramus, missum id faciens, hoc tantum obiter addam: illos Horatii locos in quibus dicit Consulta patrum, et Labantes consilio patres, facere ut suspicer eum, cum vocavit Trebatium, qui jurisconsultus erat, Patrem optimum, ad hanc potius patrum appellationem respexisse. Totum porro hunc sermonem libet quodam Plutarchi loco claudere, quo declaratur quam sit honorifica patris appellatio. Is est in Vita Fabii Maximi, ubi Minutius inducitur his ap. ipsum Fabium verbis utens, Πατέρα δή σε χρηστὸν προσαγορεύω, τιμιωτέραν οὐκ ἔχων προσηγορίαν· ἐπεὶ τῆς γε τοῦ τεκόντος μείζων ἡ παρὰ σοῦ χάρις αὕτη· ἐγεννήθην μὲν γὰρ ὑπ' ἐκείνου μόνος, σώζομαι δὲ ὑπὸ σοῦ μετὰ τοσούτων.

Πατὴρ in soluta oratione passim itidem usitatum pro Pater. Atque ut Hom. dixit πατρὸς ἐμοῖο πατὴρ, Patris mei pater, pro Avus: sic et Xen. πατρὸς πατὴρ, Ἑλλ. 6, (3, 4.) ubi Calliam inducit ita loquentem, Ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, τὴν μὲν προξενίαν ὑμῶν οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ πατρὸς πατὴρ πατρῴαν ἔχων παρεδίδου τῷ γένει. Ubi πάππος quidem dicere poterat, sed addendo πρὸς πατρὸς, vel ἐκ πατρός: dicendoque πάππος ὁ πρὸς πατρὸς, s. πάππος ὁ ἐκ πατρός: de quibus loquendi generibus dixi in Πάππος. Sed hoc πρὸς πατρὸς ac πρὸς μητρὸς usurpatur etiam pro eo quod Lat. dicunt Genere paterno, materno, etiam A patre, matre: quæ ad verbum Græcis illis respondent. Extant autem cum alibi, tum in isto Æschinis l. Πρῶτον μὲν ἐλεύθερον αὐτὸν εἶναι καὶ πρὸς πατρὸς καὶ μητρός. Præterea ut habes in quodam l. quem ex eod. attuli Poëta, γένος ἐξ ἀγαθοῦ πατρὸς, vacante præp. ἐξ, sic in soluta etiam oratione dici solet παῖς πατρὸς ἀγαθοῦ, vel υἱός: eademque forma, παῖς καλοῦ πατρός. J. Poll. in Epist. ad Commodum quam primo sui Onomastici præfixit libro, Ὦ παῖ πατρὸς ἀγαθοῦ, πατρῷόν ἐστί σοι κτῆμα κατ' ἴσον βασιλεία τε καὶ σοφία. Et in plur. πατέρες ἀγαθοὶ ap. Plut. Pol. Præc. Ὑπομνηστέον δὲ καὶ πατέρων ἀγαθῶν ἐνίους, ὅταν ἐξαμαρτάνωσιν. At vero παῖς καλοῦ πατρὸς, υἱὸς, s. potius καλὸς υἱὸς καλοῦ πατρός: ut ap. Lucian. initio Alcyonis. Cui simile est, sed relinquendo subaudiendum παῖ s. υἱὲ, βέλτιστε βελτίστου πατρὸς, ap. Plat. Symp. Τὸν οὖν Ἀλκιβιάδην εἰπεῖν, ὦ Ἐρυξίμαχε βέλτιστε βελτίστου πατρὸς καὶ σωφρονεστάτου, χαῖρε. Apud Plut. autem (9, 102.) Γήμας δὲ Δαμοκρίταν, πατὴρ θυγατέρων γίνεται, a Polit. redditur, Ducta Damocrita uxore, binos ex ea feminei sexus liberos suscepit. ‖ Metaph. etiam ponitur πατὴρ, quemadmodum ap. Lat. Pater, Parens. Plato Timæo, Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα, ἄλυτα, ἐμοῦ γε θέλοντος: quæ Cic. ita vertit, Quorum operum ego parens effectorque sum, quæ per me facta, hæc sunt indissoluta nutu meo: quanquam omne colligatum solvi potest. Et τῆς βίβλου πατὴρ, Libri pater, pro Auctor. Hoc enim est initium libri primi Dipnosoph. Athenæi, aut, si mavis, eorum quæ e l. 1. excerpta sunt, Ἀθήναιος μὲν ὁ τῆς βίβλου πατήρ· ποιεῖται δὲ τὸν λόγον πρὸς Τιμοκράτη. Jam vero et Proverbiali genere loquendi πόλεμος vocatur ἁπάντων πατὴρ, q. d. Bellum omnium parens. Quod Prov. inde ortum existimatur, quod bellum miras rerum mutationes afferat, atque ita plerumque res omnes novet, ut ex eo nata quodammodo universa videri possint. Lucian. (2, 4.) Ἀλλ' ἀφ' οὗ δὴ τὰ ἐν ποσὶ ταῦτα κεκίνηται, ὁ πόλεμος ὁ πρὸς τοὺς βαρβάρους, καὶ τὸ ἐν Ἀρμενίᾳ τραῦμα, καὶ αἱ συνεχεῖς νίκαι, οὐδεὶς ὅστις οὐχ ἱστορίαν συγγράφει· μᾶλλον δὲ Θουκυδίδαι καὶ Ἡρόδοτοι καὶ Ξενοφῶντες ἡμῖν ἅπαντες· καὶ ὡς ἔοικεν, ἀληθὲς ἄρ' ἦν ἐκεῖνο, τὸ, πόλεμος ἁπάντων πατήρ· εἴγε καὶ συγγραφέας τοσούτους ἀνέφυσεν ὑπὸ μιᾷ τῇ πληγῇ. Quæ Micyllus ita vertit, Sed e quo obvia illa et velut ante pedes posita, semel moveri cœpere, puta bellum istud adversus barbaros, et vulnus in Armenia acceptum, continuæque victoriæ illæ, ne unus quidem jam est, qui non historiam scribere velit: imo vero Thucydides et Herodoti et Xenophontes, cuncti nobis facti sunt: et, ut apparet, verum illud tandem fuit, quod dicit, Bellum omnium pater est. In qua interpr., ut omittam alia graviora, maluissem dicere Parens, quam Pater: non quod aliud sonet illud quam hoc, sed quoniam mollius jungi videtur Parens cum nomine neutro Bellum, quam Pater. Cujus rei lectorem monendum existimavi, propter alios ll., si qui hujusmodi illi occurrant interpretandi. Ceterum quod attinet ad Lat. hanc vocem Parens, Pater, eam quoque metaph. usurpari constat, ut cum ab Horatio Mercurius Cyræ parens vocatur.

Πατέρες in plur., interdum quidem pro Patres in propria signif.: ut in l. Plut. quem initio hujus col., πατέρων ἀγαθῶν: et Od. Ο. (196.) ξεῖνοι δὲ διαμπερὲς εὐχόμεθ' εἶναι Ἐκ πατέρων φιλότητος; interdum vero accipitur pro πρόγονοι, Majores: quam signif. Patres itidem habet ap. Lat., ut in hoc ejusd. Poëtæ l. Od. Θ. (244.) Ἡμετέρης ἀρετῆς μεμνημένος, οἷα καὶ ἡμῖν Ζεὺς ἐπὶ ἔργα τίθησι διαμπερὲς ἐξέτι πατρῶν: nam Eust. ἐξέτι πατρῶν exp. ἐκ προγόνων ἀνέκαθεν: quod ait subjunxisse ipsum Poëtam ad exponendum adv. διαμπερές. Non ignoro autem posse videri eand. esse et in illo proxime præcedenti signif. genitivi πατέρων: sed idem Gramm. quamvis et ibi fateatur his verbis ἐκ πατέρων exponi διαμπερὲς, non tamen itidem πατέρων pro προγόνων intellexisse videtur: quippe qui postquam scripsit, Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ἐκ πατέρων, ἑρμηνευτικόν ἐστι τοῦ διαμπερὲς, addat, Καὶ ὅτι ταυτὸν ξένους ἐκ πατέρων φιλότητος εἰπεῖν, καὶ ξένους πατρῴους: quales, inquit, in Iliade Glaucus et Diomedes. Est certe in soluta oratione frequentissima hæc πατέρων signif. Thuc. 2, (11.) Μήτε τῶν πατέρων χείρους φαίνεσθαι, μήτε ἡμῶν αὐτῶν τῆς δόξης ἐνδεεστέρους: 4, (95.) Ἀξίως τῆς τε πόλεως καὶ τῶν πατέρων.

Rursum 2, (71.) Οὐ δίκαια ποιεῖτε, οὐδ' ἄξια οὔθ' ὑμῶν οὔτε πατέρων, ὧν ἐστὲ, ἐς γῆν τῶν Πλαταιέων στρατεύοντες. Lucian. Halc. (8.) Κλέος δὲ μύθων οἷον παρέδοσαν πατέρες. Idem in Macrob. Ἐπὶ τῶν πατέρων τῶν ἑαυτοῦ.

Πατὴρ, si et hujus vocabuli etymologiam fas est inquirere, Gramm. quidam tradiderunt dictum quasi σπατὴρ, a verbo σπείρω. Aut παρὰ τὸ πατεῖν ἐν τῇ συνουσίᾳ, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀλόγων ζώων. Aut etiam παρὰ τὸν ἦχον τὸν γινόμενον ἐν τῷ καταφιλεῖν τὰ παιδία. Sed ea etymologia quæ hominis est non tam aperte nugantis, et Oro ascribitur, vult πατὴρ esse dictum παρὰ τὸ παῖδας τηρεῖν. Hanc autem et Eust. sequitur; sic tamen ut et aliam afferat: scribit enim ille, Πατὴρ, cum de homine quidem dicitur, ita vocatur quasi παῖδας τηρῶν: at cum de deo, sic appellatur quasi πᾶν τηρῶν. At ego totam hanc in scrutandis talium nominum etymis ματαιοπονίαν irrideo: multo vero magis hoc consilium dandi duplicem uni eidemque vocabulo, simplici, ac præsertim quale hoc est, etymologiam.

[" Πατὴρ, Luzac. Exerc. 78. Stanl. Eum. 608. Simonid. 60. Jacobs. Anth. 11, 259. Cattier. Gazoph. 97. Improprie usurpatum, Wakef. S. Cr. 2, 58. 5, 39. ad Herod. 244. 629. Casaub. ad Athen. p. 3. Heyn. ad Virg. 2, 151. Jacobs. Anim. 88. ad Diod. S. 2, 530. Heindorf. ad Plat. Phædr. 284. 299. 343. Jupiter, Harles. ad Theocr. 283. Jacobs. Anth. 9, 391. De Avo, ad Charit. 216. ad Herod. 461. Subaud., ad Anton. Lib. 214. Verb. Repetitum, Lobeck. Aj. p. 388. Sine artic., Porson. Hec. p. xxxvii. Ed. 2. Heyn. Hom. 5, 461. Conf. c. παλαιὸς, Boiss. Philostr. 398.: cum πνεῦμα, Ruhnk. Epist. ad Ern. p. 131. Combef. ad Clem. p. 112. Π. i. q. πατήρ μου, Clark. ad Il. A. 396. Ὁ π. τε καὶ φυτουργὸς, Philostr. 258. Boiss. Βασιλῆος π., Jacobs. Anth. 12, 84. Πατέρος, per sync. πατρὸς, Markl. Suppl. p. 251. Πατρὸς ὕπνος, Bergler. Alciphr. 176. Πατέρι, Valck. Hipp. p. 237. Πατέρα μῦθον —, Koen. ad Greg. Cor. 45. Πάτερ, in fine senarii, Valck. Diatr. 226. ad Herod. 223. Πατέρες, Theocr. 22, 164. Parentes, Diod. S. 2, 561. ad Charit. 204. Xen. Eph. 19. 57. 99. Dionys. H. 1, 291. ad Livium, 1, 161. Alciphr. 428. Majores, Philostr. 38. Boiss. Qui coloniam deduxerunt, ad Herod. 534. 629. Ἐκ πατέρων, Dioscorid. 36. Jacobs. Anth. 9, 102." Schæf. Mss. " Possessor opum, Stob. 431, 36. Auctor, Dionys. H. 2, 226. libri, Athen. p. 1. (Ἀθηναῖος μὲν ὁ τῆς βίβλου πατήρ.) Dat. plur. poët. πατέρεσσι, Quint. Sm. 10, 40." Wakef. Mss.]

[* " Πατρόδοτος, Euseb. V. C. 5. ap. Maittair. Misc. 142." Kall. Mss.] Πατροκασίγνητος, ὁ, Patris frater, Patruus, Hesiod. (Θ. 501.) Λῦσε δὲ πατροκασιγνήτους. [* Πατροκασιγνήτη, Quint. Sm. 10, 58.] SIC Μητροκασίγνητος, Matris frater, Avunculus. ET Μητροκασιγνήτη, Matris soror, Matertera. [* Πατροκόμος, Nonn. D. 26. p. 682.] Πατροκτόνος, Parricida, Patris interfector, Plut. Apophth. Ὁμολογοῦμεν, ἔφη, καὶ παρ' ἡμῖν πατροκτόνον γενέσθαι, καὶ παρ' Ἀργείοις μητροκτόνον. Item Πατροκτόνος χεὶρ, Manus interfectrix patris, parricidæ, parricidio contaminata. At ex Eur. (Iph. T. 1083.) affertur, μ' ἔσωσας ἐκ πατροκτόνου χερὸς, pro Servasti me e manu patris interficere me volentis. [Æsch. S. c. Th. 758. Choëph. 974. 1015. Soph. Œd. T. 1288. C. 601. 944. " Ad Charit. 237. Brunck. Soph. 3, 525." Schæf. Mss.] Ut autem πατροκτόνος capitur active pro Patris interfector, ita vicissim DICITUR Πατρόκτονος signif. passiva, pro A patre interfectus. [* Πατροκτονέω, Æsch. Ch. 909. Lucian. 2, 142. " Schol. Pind. 'O. 2, 71. Pallad. H. L. 5." Boiss. Mss.] " Πατροκτονία, Patris occisio, Parricidium." [" Euseb. V. C. p. 406." Boiss. Mss.] Πατρομήτωρ, vide Πατροπάτωρ. [* Πατρομίμητος, unde * Πατρομιμήτως, Anon. Poët. de S. Theod. 142. p. 32. Wernsd. " Toll. Insign. p. 186." Schæf. Mss. * Πατρομύστης, Pater mystarum Bacchi. At in Muratorii Inscr. p. 313. extat * Πατρομύστις. * " Πατρονόη, Nom. propr., Valck. Anim. ad Ammon. 167." Schæf. Mss.] Πατρονόμος, Paterna administratione utens, Paternam in sua administratione curam adhibens, Qui tanquam pater res administrat, s. paterna quadam cura, Plut. in libello quo quæritur an Seni gerenda sit Resp., de Lacedæmoniis loquens, Ἀλλ' ὅτι τρόπον τινὰ πάντες οἱ τηλικοῦτοι τάξιν ἀρχόντων ἢ τινων πατρονόμων ἢ παιδαγωγῶν ἔχοντες, οὐ τὰ κοινὰ μόνον ἐπισκοποῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν νέων ἕκαστα ἀεὶ περί τε τὰ γυμνάσια καὶ παιδείας καὶ διαίτας καταμανθάνουσιν, οὐ παρέργως, φοβεροὶ μὲν ὄντες τοῖς ἁμαρτάνουσιν, αἰδεστοὶ δὲ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ποθεινοί. Q. l. ita vertit Gibertus Longolius, Verum quia nemo quisquam istic ætatis maturæ sit, qui munere aliquo publico non fungatur. Nam aut magistratum gerunt, aut paterna curatione rebus provident, aut in pueris educandis recteque instituendis occupati sunt: ita non modo remp., sed et juventutem universam regunt et gubernant. Hinc in exercitationibus, hinc in literis, hinc in victu recte instituendo, adolescentibus veluti discipulis, non sane leviter, non oscitanter præcipiunt. Hac de causa fit, ut iis qui peccant, aut minus recte officium faciunt, formidolosi sint; venerandi vero et desiderabiles iis qui a probitate non discedunt. Q. l. ideo attuli totum, quod ex eo colligi possit, quæ horum πατρονόμων partes fuerint. Nam πατρονόμους appellatos fuisse quosdam Lacedæmoniorum magistratus, e Paus. manifestissimum est, Cor. (c. 9.) (is autem, de quo loquitur, est Cleomenes ὁ Λεωνίδου τοῦ Κλεωνύμου,) Καὶ τὸ κράτος τῆς γερουσίας καταλύσας, πατρονόμους τῷ λόγῳ κατέστησεν ἀντ' αὐτῶν· ἐπιθυμῶν δὲ πραγμάτων μειζόνων καὶ ἀρχῆς τῶν Ἑλλήνων, ἐπέθετο κ. τ. λ. Existimo igitur πατρονόμους fuisse dictos Quibus rerum quarundam cura incumbebat, quæ paterna quodammodo esse videbatur. [Corsini Diss. 5. post Not. Græc. p. 95. " Ad Timæi Lex. 210." Schæf. Mss.] Πατρονομία, q. d. Paterna administratio, Munus eorum qui πατρονόμοι vocabantur. At in VV. LL. e Luciano (in Dem. 12.) affertur πατρονομία pro Paternum imperium. [" Ad Timæi Lex. 210." Schæf. Mss.] Πατρονομικὴ ibid. e Plat. pro Paterna gubernatio. Πατρονομοῦμαι ex Eod., quod exp. Patris voluntate pro lege utor. At Bud. affert e Plut. πατρονομούμενοι, quod ait ea forma dictum qua ἀριστοκρατούμενοι, et (Dione 10.) πατρονομούμενα, pro Iis quæ imperio paterno reguntur, ut quæ a patre patriæ administrantur. [Plato de LL. 3. p. 114. πατρονομούμενοι, i. q. πατρικοῖς νόμοις ἑπόμενοι καὶ ζῶντες. Cf. M. Anton. 1, 9. Ruhnk. ad Tim. 209. Euseb. H. E. 3, 1.] Πατροπαράδοτος, A patre traditus. Et e consequente, A patre acceptus: ἡγεμονία, A patre acceptum imperium. Bud. e Diod. in historia Alexandri. Accipitur alioqui frequentius πατροπαράδοτος, pro A Patribus traditus, i. e. a majoribus. Potest item exponi, A majoribus quasi per manus traditus; etiam brevius, Per manus traditus: Liv., Etiamsi nobis cum urbe simul positæ traditæque per manus religiones nullæ essent, Disciplina militaris tradita per manus jam inde ab initiis urbis. Sic πατροπαράδοτος διδαχὴ ap. Euseb. At vero ap. 1 Petr. 1, (18.) πατροπαραδότου redditur Accepta e patrum traditione. [Thuc. 1, 85. Diod. S. 17, 4. Dionys. H. 5, 48. p. 314. " Ad Diod. S. 1, 254. Eran. Philo 174." Schæf. Mss.] Πατροπάτωρ, vide infra una cum ceteris compp. in ωρ terminatis. [* Πατροποιέομαι, Patrem mihi adopto, vide Ἀδελφοποιέομαι.] Πατροραίστης, i. q. πατροκτόνος: sed omnino Poëticum est illud comp., sicut et ῥαίω, e quo factum est, a Poëtis duntaxat usurpatur. [Πατροῤῥαίστης, Suid. * Πατροστερὴς, Æsch. Ch. 251.] Πατροτύπτης, Patris percussor, pulsator, verberator, Qui patrem verberibus afficit. J. Poll. scribit Isæum πατροτύπτας appellasse, quos ceteri πατραλοίας vocarint. Sic a Suida πατραλοίας exp. nomine hoc πατροτύπτης. [" Valck. Diatr. 189. Thom. M. 695." Schæf. Mss. " Philo J. 1, 135." Wakef. Mss. * Πατροτυψία, Sext. Emp. adv. Math. 2, 46. * Πατροφάγος, Gl. Polio. * Πατροφαὴς, Greg. Naz. 2, 131. * Πατροφεγγὴς, Pisid. Opif. 428. * " Πατροφίλη, Toup. Opusc. 2, 146." Schæf. Mss. " Theoph. ad Autol. 2, 8." Kall. Mss.] Πατροφόνος, i. q. πατροκτόνος, Parricida, Patris interfector. Usurpatur et fem. genere pro Inter-

fectrix patris: Eust. (Od. 'A. p. 58.) Ἵνα μὴ καὶ Τηλέμαχος * προσερεθισθῇ καὶ κατὰ τῆς μητρὸς, ὡς Ὀρέστης κατὰ τῆς π. [Æsch. S. c. Th. 789. Eur. Or. 193. Plato de LL. 869. 960. "Markl. Iph. p. 362." Schæf. Mss.] Idem HOMERO Πατροφονεύς: nam ab hoc nominativo est accus. πατροφονῆα, quo utitur Od. A. 300. ἐπεὶ ἔκτανε πατροφονῆα Αἴγισθον δολόμητιν, ὅς οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα, ubi annot. Eust. nomine isto πατροφονεὺς significari non Eum solum qui patrem suum interfecerit, sed et Eum qui alius patrem; ideoque Homerum postquam Ægisthum πατροφονῆα vocavit, cum alioqui Ægisthus non suum, sed Orestis patrem interemerit, exponendi gratia subjunxisse, ὅς οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα, significantem Ὀρέστου πατέρα. Πατροφόντης, i. q. πατροφόνος, πατροφονεὺς, Parricida, Patris interfector. Sed interdum usurpatur et fem. genere, pro Interfectrix patris: quo dixit modo Eur. Or. (193.) τῆς πατροφόντου μητρός. [Soph. Œd. T. 1441. Tr. 1127. "Brunck. Soph. 3, 525. Lobeck. Aj. p. 275. Monthly Review July 1799. p. 333." Schæf. Mss. * Πατρόφωτος, Cyrill. Hierosol. ap. Bibl. Patrum 13, 852.] A dat. autem πατρὶ formatum nomen COMP., est Πατριάρχης, Primus patrum. Sed non eod. semper initio. Abraham enim dicitur patriarcha populi, cum ad Abraham usque genus populi deducitur. Itidem Israël, cum ab eo populus Israël denominatur. Sic et duodecim filii Jacobi dicti πατριάρχαι, quod singulæ tribus ab iis, tanquam auctoribus generis, nomen acceperint. At David non tam generis quam præstantiæ ratione Patriarcha vocatus putatur: necnon quoniam sanhedrin, i. e. Summus senatus, erat e familia David: scimus autem senatores patrum quodammodo haberi loco: adeo quidem ut a Romanis hoc etiam appellati nomine fuerint. [Schleusn. Lex. V. et N. T.] ‖ Postea vero in ecclesia, tanquam spirituali familia, episcopi quidem, πάππαι, i. e. πατέρες, Patres: archiepiscopi vero, πατριάρχαι, Inter patres primi s. principes, appellati fuerunt. Sed horum crescente ambitione, præcipui archiepiscoporum, quos vocabant primæ sedis episcopos, hoc nomen ad se rapuerunt: donec quatuor primum nomen hoc præ ceteris obtinuerunt: sc. Romanus, Hierosolymitanus, Antiochenus, Alexandrinus. Quibus accessit postea Constantinopolitanus, e quinto propter novæ Romæ dignitatem factus secundus. Tandem vero tribus illis abolitis factus est πάππας universalis Romanus: ea excepta prædæ portiuncula, quam ad hunc usque diem retinet Constantinopolitanus patriarcha. Πατριαρχικὸς, Ad patriarchas pertinens. Πατριαρχεῖον, Decret. distinctione 23. Patriarchæ domus. AT Πατριαρχία ap. Dionys. Areop., Paternitatis principium, Bud. [* Πατρίληπτος, Photio ἡ οὐσία ἡ πατρική· καὶ ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰλημμένη κλήρῳ. Anecd. Bekkeri 294.]

Compp., in quibus amittitur ο, item ι dativi πατρί: contra quam in præced. genitivi πατρός.

Πατραγαθία, ἡ, Paterna strenuitas, Patris strenuitas, aut Patrum. Vel, Paterna fortitudo. Apud Plut. (6, 696.) Antigonus secundus juveni cuidam, qui strenuo quidem patre natus erat, sed ipse non item strenuus miles esse videbatur, sibique tamen pensionem paternam poscebat, respondet, Ἀλλ' ἐγὼ, ὦ μειράκιον, ἀνδραγαθίας, οὐ πατραγαθίας μισθοὺς καὶ δωρεὰς δίδωμι. ["Ad Herod. 382." Schæf. Mss.] Πατράδελφος, ὁ, Patris frater, Patruus; etiam Patruelis, VV. LL. ex Hieron. in c. 6. Es. At Bud. hoc nomine Patruelis interpr. ἀνεψιὸς ἐκ πατραδέλφων in hoc Es. loco, Κατὰ γὰρ αὐτὸ τὸ γένος ἂν ἠμφισβήτει, ἀνεψιὸς ὢν αὐτοῖς ἐκ πατραδέλφων. Itidemque in hoc, Καὶ γὰρ οἱ πατέρες ἡμῶν ἦσαν ἀνεψιοὶ ἐκ πατραδέλφων, Fratres patrueles. Observa autem obiter his in ll. et usum NOMINIS Ἀνεψιός. Idem in Dem. (1084.) Ὥστε γίγνεται Ἀρχιάδης, ὑπὲρ οὗ τοῦ κλήρου τὴν ἐπιδικασίαν ποιούμεθα νυνὶ, θεῖος τῇ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς μητρὶ ἐκ πατραδέλφων, πρὸς ἀνδρῶν ἔχων τὴν συγγένειαν ταύτην, καὶ οὐ πρὸς γυναικῶν, interpretatur θεῖος ἐκ πατραδέλφων, Patruus. Hes. πατράδελφος exp. θεῖος πρὸς πατρός. Poëtæ pro hoc dicunt πατροκασίγνητος. [* Πατραλίτωρ, i. q. πατραλοίας, Tzetz. Ch. 6, 443. p. 107.] Πατραλοίας, ["Bekk. Anecd. 384." Boiss. Mss.] ET Πατραλῴας, Patris percussor, etc. vide supra, T. 1. c. 327. "Πατρέμβατοι, Hesychio ὑψηλοὶ, "Alti, Celsi." [* "Πατρολέτωρ, Antiphanis Epigr., ubi Παντολέτωρ in impressis." Schn. Lex.] Πατροῦχος, ὁ, ἡ, Patris bona habens, s. possidens: παρθένος ἐπίκληρος, ap. Herod. (6, 57.) Virgo quæ sola bonorum patris est hæres, s. Cui tota patris obvenit hæreditas, q. d. ἡ τὰ τοῦ πατρὸς ἔχουσα. Exp. ἐπίκληρος, de qua v. suo dictum loco fuit. [Cf. Schol. Aristoph. Σφ. 581. Ruhnk. ad Tim. p. 208. * "Πατρώνυμος, Patris nomen habens, Ignat. 36." Kall. Mss. Blomf. ad Æsch. Pers. 151., ubi vulgo * Πατρωνύμιος. * Πατρωνυμέω, Eust. Il. A. p. 11, 8=13, 41.] Πατρωνυμικὸς, q. d. A patre denominativus. Apud Gramm. nomina πατρωνυμικὰ, Quæ e patris nomine facta sunt, ut Πριαμίδης patronymicum est, a nomine Πρίαμος factum; ac sonat Πριαμίδης i. q. Πριάμου υἱὸς, Priami filius. Itidem Ἀτρείδης ab Ἀτρεύς: et Πηλείδης a Πηλεύς. Interdum tamen πατρωνυμικὰ habent non patris, sed avi nomen, ut cum Achilles vocatur Æacides, ab Æaco, qui non pater, sed avus fuit. Sed hujusmodi nomina καταχρηστικῶς appellantur πατρωνυμικὰ, dicenda potius παππωνυμικά. [Schol. Il. A. 69. "Schol. Apoll. Rh. 1, 51." Boiss. Mss. * Πατρωνυμικῶς, Schol. Pind. N. 6, 30. Schol. Il. A. 392. Od. Δ. 755. Schol. Theocr. 7, 40. Eust. Il. A. p. 58, 25. "Iren. 14. 18." Kall. Mss.] Ceterum extat et subst. NOMEN Πατρωνυμία ap. Eust. (10, 25.) Λέγουσι γὰρ (οἱ παλαιοὶ) τὸν Ὅμηρον μὴ σχηματίζειν ἀπὸ πάππου πατρωνυμίαν, εἰ μὴ ὁ πάππος εὐθὺς εἴη Διὸς υἱός: paulo post, (11, 16.) Ἐνταῦθα δὲ ὁ τοῦ Ὀρέστου πάππος Ἀτρεὺς, οὐκ εὐθὺς ἐκ Διός· διὸ οὐδὲ ἐξ αὐτοῦ τῷ Ὀρέστῃ ἔσται πατρωνυμία. Est igitur πατρωνυμία, Denominatio a patre, Nomen e patris nomine factum, etiam Denominatio tanquam a patre, seu, tanquam a patris nomine. ["Brunck. Apoll. Rh. p. 8. (* Παρεπώνυμος, unde) * Παρεπωνυμία, Const. Manass. Chron. p. 240. Meurs." Schæf. Mss.]

Compp. in ωρ desinentia.

Πατροπάτωρ, ορος, ὁ, Patris pater, i. e. Avus paternus, qui ab Hom. dicitur πατρὸς πατὴρ, itidemque a Xen., ut antea docui: cum alioqui usitatius sit ὁ πρὸς πατρὸς πάππος. ["Ad Anton. Lib. 248. Verb., Koen. ad Greg. Cor. 197." Schæf. Mss.] ITIDEM Μητροπάτωρ, Matris pater, Avus maternus, ὁ πρὸς μητρὸς πάππος. Esse autem hæc vocabb. ποιητικώτερα τὴν σύνθεσιν tradit J. Poll., quibus tamen uti nobis liceat, sicut et τῷ προπάτωρ: Ἔξεστι δὲ κεχρῆσθαι καὶ τῷ μητροπάτωρ, καὶ προπάτωρ τε, καὶ πατροπάτωρ, κἂν ᾖ ποιητικωτέρα τὴν σύνθεσιν ἡ λέξις: quod tamen de tertio tantum, sc. de πατροπάτωρ, dictum quis putet: licet alioqui, quod ad σύνθεσιν, eadem esse videatur horum trium ratio. ["Lucian. 1, 8. Koen. l. c. Quid ap. Orphicos? Wessel. Obs. 178." Schæf. Mss.] Ceterum affertur ETIAM Πατρομήτωρ, ead. signif. qua μητροπάτωρ, Matris pater, Avus maternus; sed inusitatius illud fuisse puto quam hoc, præsertim cum nullam illius mentionem J. Poll. faciat. [Lycophr. 502. "Lucian. 2, 262." Schæf. Mss.]

"Ἀμφιπάτωρ, ὁ, ἡ, Qui ex alio patre est, sed ex "ead. matre. Vide Ἀμφιμήτωρ." [Eust. Il. A. p. 85, 10.] Ἀπάτωρ, Carens patre. SICUT Ἀμήτωρ, Carens matre. Qui matrem non habet, inquit J. Poll., ἀμήτωρ, quemadmodum Minerva: et ἀπάτωρ, Qui patrem non habet, ut Vulcanus. Quorum utrumque a Theologis de Christo dictum fuit, sed diverso respectu: nam divinæ naturæ respectu ἀμήτορα, humanæ autem respectu, ἀπάτορα vocarunt: fuit enim factus homo non e patris semine, sed e mulieris substantia. At vero Melchisedec ab Auctore Epistolæ ad Hebr. 7, (3.) alio sensu dicitur ἀπάτωρ atque ἀμήτωρ, sc. habita ratione descriptionis Mosis, qui perinde nobis eum proponit ac si repente e cœlis delapsus esset, et mox eo se recepisset, nulla ipsius majorum nec mortis mentione facta, ut ibi doctissimus Interpres annotavit: non assentiens iis qui reddunt Ignoti patris. ‖ Qui patre est orbus, Orpha-

nus; nam J. Poll. iis quæ modo ex eo protuli de A hujus nominis, item de nominis *ἀμήτωρ* significatione, addit, Καλοῖντο δ' ἂν *οὕτω καὶ οἱ ἀποβεβληκότες πατέρας ἢ μητέρας, οὓς λέγομεν ὀρφανούς.* || Spurius: quod spurium esse perinde sit quodammodo ac patre carere. Plut. Probl. Rom. Διὰ *τί τοὺς ἀπάτορας, σπορίους υἱοὺς καλοῦσιν.* [" Eur. Iph. T. 863. Wakef. Ion. 109. Herc. F. 114. Jacobs. Anth. 7, 220. Cattier. Gazoph. 96. ad Mœr. 83. Wessel. Obs. 177. Valck. Diatr. 134." Schæf. Mss. " Gen. Ἄπατρος, quasi ab * Ἀπάτηρ, Andr. Cr. p. 5. nisi leg. *ἀπάτορος.*" Kall. Mss. Cf. Blomf. ad Æsch. Pers. 90.] Αὐ*τοπάτωρ*, Qui sibi est pater, per se est pater, VV. LL. [" Clement. Recognit. 3. §. 3. 4. 11." Kall. Mss. " Wessel. Obs. 178. Valck. Diatr. 41." Schæf. Mss.] Εὐ*πάτωρ*, Qui bono patre est natus, i. e. patre bonæ famæ, s. claro, Qui paterno genere est clarus s. nobilis. Sed utplurimum est Nomen proprium. [" Ad Charit. 746." Schæf. Mss.] Εὐ*πάτηρ*, unde esse ap. Hom. FEMIN. Εὐ*πατέρεια*, [pro Εὐ*πάτειρα*,] scribit duobus in ll. Eust.: nam in hunc versum Il. Z. B 292. Τὴν *ὁδὸν, ἣν* Ἑλένην *περ ἀνήγαγεν εὐπατέρειαν*, postquam dixit *εὐπατέρειαν* significare *τὴν εὐγενῆ*, addit deductum esse ab Εὐ*πάτηρ εὐπάτερος*: at nominis *εὐπάτωρ* usum esse posterorum Homeri. Itidem in Od. Λ. (234.,) ubi Homerus Τυρὼ appellat *εὐπατέρειαν*, ait hujus nominis *πρωτότυπον* esse *εὐπάτηρ*, pro quo posteri Homeri dixerint *εὐπάτωρ*. Habent tamen VV. LL. MASC. Εὐ*πατέρειος*, quod exp. Bono patre natus, Magnis natalibus ortus. Sed exempla feminini duntaxat afferunt, sc. *εὐπατέρεια* Ἄρτεμις ex Apoll. (1, 570.): et *εὐπατέρεια αὐλὰ*, ex Eur. (Hipp. 68.) Boni patris aula, intelligendo de cœlo. [" Εὐ*πατέρειος*, ad Charit. 592. Macedon. 38. Εὐ*πατέρεια*, Valck. Hipp. p. 170. Musgr. ad l. c." Schæf. Mss.] " Εὐ*πατόριον, τὸ*, Eupatorium, Herba, " de qua Diosc. 4, 41." [" Nothis 457." Boiss. Mss.] " rejiciens eos qui hanc eandem cum Artemisia esse " existimant, s. cum Argemone, ut quidam legunt. " Nomen invenit a Mithridate cognominato Eupa" tore: unde et Plin. 25, 6. de herbis a Mithridate C " inventis loquens, Eupatoria quoque, inquit, regiam " auctoritatem habet. Affertur et *ἀντιδότου τῆς* Εὐ" *πατορίου λεγομένης*, pro Antidoti quod Eupatorium " dicitur." [* " Θε*οπάτωρ* dicitur David, Andr. Cr. 13. Dionys. Areop. 289. Phot. ap. Wolf. Anecd. Gr. 1, 186. 2, 42. * Ἱε*ροπάτωρ*, Sanctus pater, Andr. Cr. 195." Kall. Mss. * Λε*ιποπάτωρ*, Qui patrem deserit, Eur. Or. 1305. * " Ἀλε*ιποπάτωρ*, Theod. Prodr. 402." Elberling. Mss. * " Μο*υσοπάτωρ*, Anacr. Od. 151. v. 1281." Kall. Mss.] Ὁ*μοπάτωρ*, Eod. patre genitus, Frater qui non est uterinus. Is enim vocatur *ὁμομήτωρ*, Eadem matre genitus. Habes autem supra in h. v. Ὁ*μομήτωρ*, verba Pollucis. Ὁ*μοπάτριος*, pro eod. Solet vero dici aliquis esse *ὁμοπάτριος ἀδελφὸς*, vel *ὁμομήτριος*: interdum vero utrumque, ut etiam affertur e Ctesia, Ἀδελφὸς *ὁμοπάτριος καὶ ὁμομήτριος*. [" Ad Corn. Nep. p. 6. 7. 146. 148. Stav., ad Lucian. 1, 383. Diod. S. 1, 316. 2, 357. Markl. Iph. p. 419. Marcell. de V. Thuc. p. 2." Schæf. Mss. Ὁ*μοπατρία ἀδελφὴ*, LXX. Levit. 18, 11.] D SED ET Ὁ*μοπατρίας*, VV. LL. [* Ὀ*πάτωρ*, pro *ὁμοπάτωρ*, Simm. Rhod. Ara 7. * Ὀ*πάτριος*, Lycophr. 452. Affertur etiam * Ὁ*μοιοπάτριος* in Schn. Lex., sed *ἀμαρτύρως*.] Π*ροπάτωρ*, Avus, q. d. Antepater, i. e. Antecessor patris, Qui patrem tempore antecedit, qua in signif. affertur ex Herod. (2, 169.) ap. quem tamen Valla vertit Proavus. Alioqui *προπάτωρ* dicitur etiam Progenitor, qui alio nomine *πρόγονος*: quo Plato utitur itidemque illo, in ead. re significanda. Dixit tamen Soph. (Aj. 387.) Ὦ Ζεῦ *προγόνων προπάτωρ*. Et *προπάτορες*, Progenitores, Majores, *πρόγονοι*: qui vocati fuerunt etiam *οἱ ἄνω πατέρες*, et *γενάρχαι*, item *ἀρχηγοὶ γένους*, et *ἀρχηγέται*, necnon *ῥίζαι τοῦ γένους* et *πηγαὶ τοῦ γένους*, J. Poll.: sed hæc duo postrema *θρασύτερον* dici admonens. Latine vocari possunt et Generis auctores, imitando Virg. [" Procl. H. in Hec. 3, 15." Boiss. Mss. " Wakef. S. Cr. 2, 59. 4, 251. Anton. Lib. 248. Verb., Toup. Opusc. 2, 75. Herod. 183. 186. Diosc. 13. et Jacobs., ad Charit. 478. 510. ad Lucian. 2, 162. 249. Jacobs. Anth. 12, 296." Schæf. Mss.] Π*ροπατορικὸς*, Ad avum s. avos pertinens, Ad majores s. progenitores pertinens, Qui est aut fuit majorum, A majoribus proveniens, s. progenitoribus. A Bud. autem redditur Originalis. [* Π*ρωτοπάτωρ*, Primus pater, Generis humani auctor, Schneidero susp. * " Τ*αυτοπάτωρ*, Const. Manass. Chron. p. 129." Boiss. Mss. * Τ*ριπάτωρ*, Anecd. Bekkeri 307. Τ*ριτοπάτωρ*, Tertius pater, ut Virg. dixit Æn. 10. Pilumnusque illi quartus pater, Proavus. Vide Π*ρόπαππος*. Item Τ*ριτοπάτορες* ET Τ*ριτοπάτρεις*, Qui primi nati sunt: quod pro tertiis parentibus haberentur, utpote præcedentibus aliis parentibus, sole et luna: ut discimus ex iis quæ e Philochoro tradit Etym., ap. quem vide plura de h. v. [" Ad Lucian. 1, 282. Musgr. Ion. 1130." Schæf. Mss. * Υ*ἱοπάτωρ*, Cyrill. Alex. 4, 243. Greg. Nyss. 2, 733. " Athan. 1, 682. * Υ*ἱοπατὴρ*, 395. * Υ*ἱοπατορία*, vox Theol., Coalitio indivisibilis patris et filii, Cyrill. Hier. 26. 99. 100. 162." Kall. Mss.] Φ*ιλοπάτωρ*, Amans patris, Plut. (6, 456.) Sed et Nomen s. potius Cognomen fuit unius e regibus Ægypti qui dicti fuerunt Ptolemæi. Antilochum quoque vocatum fuisse Φι*λοπάτορα* testatur Xen. (K. 1, 14.) Ceterum quamvis *φιλοπάτωρ* proprie sonet duntaxat Patris amans, intelligendum est tamen non simpliciter de Eo qui patrem amat, sed de Eo qui insigni quodam amore eum prosequitur. [* Φ*ιλοπατορία*, Pietas in patrem, Cæsarius Dial. 3. Interr. 171. * Χ*ρυσοπάτωρ*, Aurigena, Epith. Persei, Nonn. D. 47. p. 1230. * Χ*ρυσόπατρος*, de Eod., Lycophr. 838. * Ψ*ευδοπάτωρ*, Callim. H. in Cer. 99.]

Compp. e *πατὴρ*, in *τρις* et *τρος* desinentia.

Εὔ*πατρις, ιδος, ὁ, ἡ*, Qui bono patre est natus, i. e. patre qui bonæ est famæ, boni nominis, etiam patre claro, Qui paterno genere est clarus, claris est natalibus, Clarus natalibus, utrumque enim horum Lat. habet lingua, Nobilis. At in VV. LL. habetur duntaxat *εὐπατρὶς, ίδος, ἡ*, expositum Generosa. Cui opp. *κακόπατρις*, ejusd. formæ, de quo infra. [" Lobeck. Aj. p. 368. Musgr. Hipp. 1139." Schæf. Mss.] Est alioqui usitatius NOMEN Εὐ*πατρίδης*. Utuntur certe vocab. isto cum alii, tum Xen.; ac testatur Plut. hoc nomine vocatos a Theseo ipso fuisse eos ex Atheniensibus qui nobilitate ceteris præstabant. Is enim in ipsius Thesei Vita (25.) postquam dixit primum totam populi multitudinem in tres ordines divisisse, in *εὐπατρίδας* et *γεωμόρους*, et *δημιουργοὺς*, subjungit, Εὐ*πατρίδαις μὲν, γινώσκειν τὰ θεῖα, καὶ παρέχειν ἄρχοντας ἀποδοὺς, καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι, καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς· τοῖς ἄλλοις δὲ πολίταις ὥσπερ εἰς ἴσον κατέστησε, δόξῃ μὲν, εὐπατριδῶν, χρείᾳ δὲ, γεωμόρων, πλήθει δὲ τῶν δημιουργῶν ὑπερέχειν δοκούντων.* Idem Plut. et Herodian., aliique qui Romanam historiam scriptis persecuti sunt, peculiariter *εὐπατρίδας* vocarunt quos Romani Patricios appellabant. Extat autem et ap. Xen. vox ista *εὐπατρίδης*, Σ. (8, 40.) Τὰ *μέγιστα γάρ σοι ὑπάρχει· εὐπατρίδης εἶ, ἱερεὺς θεῶν τῶν ἀπ'* Ἐρεχθέως. [Soph. El. 859. " Ad Charit. 592. Musgr. Ion. 1577. Scolion 6. Lobeck. Aj. p. 368. Thom. M. 392. ad Diod. S. 1, 84. 468. Theocr. 18, 53. Ind. Xen. Œcon. Mœr. 141. et n." Schæf. Mss. Procop. Hist. Arc. c. 16. p. 47. Dio Cass. 482. " Eur. Iph. A. 177. Ion. 1073. Hipp. 1283. Alc. 923." Seager. Mss. " Clem. Alex. 221." Kall. Mss.] " Εὐ*πατρίδας*, Dorice pro *εὐπατρίδης* di" citur." Κα*κόπατρις*, oppositum præcedenti *εὔπατρις*, uti dixi, eandemque compositionis formam habens. Sonat igitur q. d. Qui malo est patre natus, i. e. malæ famæ, s. mali nominis, Qui est obscuris natalibus, Ignobilis. Ponitur autem et in fem. genere pro Ea quæ malo patre est nata etc. Theognis (193.) Αὐ*τός τοι ταύτην εἰδὼς κακόπατριν ἐοῦσαν*, Εἰς *οἴκους ἄγεται, χρήμασι πειθόμενος*, Ἔ*νδοξος κακόδοξον*. At in VV. LL. *κακόπατρις* exp. Quæ patriam vexat, cum alioqui, etiamsi a *πατρὶς* deducere quis velit, sonet potius Cui mala est patria.

AT VERO in *τρος* desinentia compp. sunt [* Ἀ*ντίπατρος*, Qui adversatur patri, Theocr. Syr. 2. Sic dictus Jupiter, quod Saturnum patrem e regno ex-

pulerit. Salmasius autem scripsit *'Αντίπετρος, quod lapis pro Jove datus est Saturno devorandus.] 'Ομβριμόπατρος s. 'Οβριμόπατρος, et 'Ομόπατρος. Dicitur AUTEM 'Ομβριμόπατρος, Cui pater est validus, vel robustus, s. magno robore præditus, aut fortis, Natus patre prævalido, s. præpotente. Unde FEM. 'Ομβριμοπάτρη, SIVE 'Οβριμοπάτρη, itidem Nata patre prævalido: quo epitheto Minerva insiguitur ab Hom. Od. Γ. 135. Μήνιος ἐξ ὀλοῆς γλαυκώπιδος ὀβριμοπάτρης. At masculini 'Οβριμόπατρος exemplum nullum affertur, sed ejus signif. ap. Hes. habet NOMEN 'Οβριμοπάτηρ: exp. enim ab eo ἰσχυρὸν πατέρα ἔχων, Validum patrem habens, s. Robustum aut Fortem. Sed et alius formæ COMP. 'Οβριμόπατρις ap. eum legitur, et aliam itidem exp. habens. Si enim ei credimus, ὀβριμόπατρις dicitur ὁ ἰσχυρὸς πατὴρ, Validus pater s. Robustus aut Fortis. ALTERUM COMP. 'Ομόπατρος sonat, sicut ὁμοπάτωρ et ὁμοπάτριος, Cui idem est pater, Eod. patre natus. [" Heyn. Hom. 6, 165." Schæf. Mss.] Sed potius DICITUR Ὄπατρος facta syncope, et mutato spiritu aspero in tenuem. Il. Λ. 257. Ἦτοι ὁ Ἰφιδάμαντα κασίγνητον καὶ ὄπατρον Ἕλκε ποδὸς μεμαώς. Ubi ann. Eust. κασίγνητος quidem generale vocab. esse, ὄπατρος autem speciale et ἀντιδιαιρεῖσθαι τῷ ὁμομητρίῳ: ac posse particulam καὶ pro supervacanea haberi. Quod vero ad scripturam attinet, licet ὄπατρος sit pro ὁμόπατρος, ideoque aspirari debeat, tenuari tamen, quoniam ο præfixum literæ π, tenuem spiritum habere solet: exceptis nominibus quæ ἀναφορικὰ sunt, item ὁπλὴ et ὅπλον et iis quæ hinc sunt derivata. Invenitur tamen aspiratum nomen illud ap. Orph. Argon. (1023.,) in quibusdam exempl., Μαστεύειν δ' ἄρα παῖδα κασιγνήτην καὶ ὅπατρον. [" Toup. Append. in Theocr. p. 10. Gesner. Ind. Orph. Dawes. Misc. Cr. 177. Heyn. Hom. 4, 394. 6, 165. 340." Schæf. Mss. * Τρίπατρος, Lycophr. 328.]

Πατρότης, ητος, ἡ, q. d. Paternitas, VV. LL. [Eust.]

Πατρόθεν, adv. A patre, A parte patris, Plut. (6, 1.) Τοῖς γὰρ μητρόθεν ἢ πατρόθεν οὐκ εὖ γεγονόσι. Sæpe autem accipitur pro Denominative a patre: si ita liceat loqui, ut adverbium reddatur adverbio, et quidem cum periphrasi, cum alioqui πατρόθεν sonet q. d. Paternitus: pro quo dicendum potius De nomine patris. Usus est autem hac in signif. Thuc. (7, 69.) Π. ἐπονομάζων. Et Xen. (Œc. 7, 3.) 'Ισχόμαχόν με πατρόθεν προσκαλοῦνται, h. e. 'Ισχόμαχον τὸν τοῦ 'Ισχομάχου, Bud. Et Plut. dicens πατρόθεν ὀνομάζειν, καλεῖν. Ante eos autem Hom. Il. K. 68. Πατρόθεν ἐκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον, Πάντας κυδαίνων, ubi annotat Eust. πατρόθεν compellari eum cui dicitur Λαερτιάδη: at vero ἐκ γενεῆς, i. e. ἐκ προγόνων, cum additur διογενές: quia vox Γενεὴ Jovem ἀρχηγὸν τοῦ γένους indicat. Dem. autem dixit, (999.) Ἠναγκαζόμην κατὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἐμαυτοῦ πατρόθεν δέχεσθαι τὴν λῆξιν. Alioqui πατρόθεν aliis etiam verbis aut nominibus jungitur: ut ap. Aristid. p. 115. de Heraclidis, 'Αλλὰ καὶ ὡς πατρόθεν εὐεργέτας τῶν ἀνθρώπων ἐτίμησε, Tanquam hoc a patre habentes ut essent benefici. Sed ita reddere malim, Ut quibus patria et avita esset beneficentia. [Æsch. S. c. Th. 847. Ag. 1516. " Heyn. Hom. 6, 20. 7, 626. Paus. 1, 388. Plut. Mor. 1, 2. Oxon., Eran. Philo 163. ad Lucian. 1, 49. ad Herod. 82. 445. 611. 661. Soph. Aj. 547. Plato Lys. p. 7. Schneid. ad Xen. Œc. p. 41. ad Viger. 167. Adjecto nomine patris, Memnon p. 98. Orell., Herod. 6, 14." Schæf. Mss.]

Πατρώϊος, ὁ, ἡ, Paternus, Patrius, Od. M. (136.) Μῆλα φυλασσέμεναι πατρώϊα καὶ ἕλικας βοῦς. Apud Eund. aliquot locis πατρώϊος ξεῖνος et πατρώϊος ἑταῖρος, Is cum quo intercedit paternum hospitium, s. jus hospitii jam inde a patre. Et πατρωΐη γῆ ap. Eund. Paterna s. potius Patria terra, ut Ovid. dixit Humo patria contumulari, pro πατρὶς, ut Latine una itidem voce Patria. Sed accipitur et pro Avitus; atque ita exp. ap. Apoll. Rh. πατρώϊος 'Απόλλων, de quo epitheto dicam in Πατρῷος, item πατρώϊος ἐμπορία ap. Dionysium Afrum. [" Valck. ad Röv. 69. ad Mœr. 295. Koen. ad Greg. Cor. 72. 207. ad Charit. 725. Musgr. Hel. 224. Wakef. S. Cr. 4, 111. * Πατροῖος, Koen. ad Greg. Cor. 75." Schæf. Mss. Barker. ad Etym. M. 1086-7.] || At in soluta oratione DICITUR Πατρῷος, eadem illa signif.: δόξα, Xen. ('Ελλ. 7, 5, 16.) Apud Dem. autem et παππῷα et πατρῷα, (150.) Παππῷα καὶ πατρῷα δόξα σοι ὑπάρχει. Plut. de Frat. Car. Καὶ τὸ χρῆσθαι κοινῶς τοῖς πατρῴοις χρήμασι, καὶ φίλοις, καὶ δούλοις. Et πατρῴα οὐσία, Paterna substantia, bona, i. e. A patre relicta, Alexis ap. Athen. (165.) Διόδωρος οὐπίτριπτος ἐν ἔτεσιν δύο Σφαῖραν ἀπέδειξε τὴν π. οὐσίαν· Οὕτως ἰταμῶς ἅπαντα κατεμασήσατο. Alius Comicus ap. Eund. μειράκιον ἐρωμένην Ἔχων, πατρῴαν οὐσίαν κατεσθίει. Menander vero dixit etiam γῆν πατρῴαν καταφαγεῖν, Agros paternos devorare, i. e. A patre relictos. Sæpe autem τὰ πατρῷα dicunt sine adjectione pro illo πατρῴα οὐσία, s. illo πατρῷα χρήματα: Κατέφθαρε τὰ πατρῷα, ap. Athen. Et Τὰ πατρῷα καταγελάστως προέμενος, Æsch. c. Ctes. (78.) Sic cum verbo νείμασθαι: dicitur enim νείμασθαι τὰ πατρῷα: itidemque νομὴ τῶν πατρῴων ap. Aristot. Polit. 5. Δύο ἀδελφῶν περὶ τῆς τῶν πατρῴων νομῆς διενεχθέντων. Quibus in ll. τὰ πατρῷα nihil aliud est quam Patrimonium, Paterna hæreditas: quem nominis hujus usum aperte ostendit et is Luciani l. (3, 561.) in quo scribit Socratem τὸν ἀπὸ Μόψου, cuipiam qui ajebat, ἱκανὰ ἔχω τὰ π., dixisse, πῶς φῄς; τέθνηκε γὰρ ὁ πατήρ σου; Possumus autem τὰ πατρῷα reddere etiam Fortunæ patriæ, e Cic. Item πατρῷον ἢ μητρῷον νόσημα, Plut.: ubi πατρῷον possis etiam reddere A patre proveniens, ut μητρῷον, Proveniens a matre. Et πατρῷοι καὶ μητρῷοι θεοὶ Xenophonti, (K. 1, 15.) Itidemque ap. Aristoph. πατρῷοι θεοὶ, Σφ. (388.) Ubi quidam Penates deos interpr. Plut. πατρῴους θεοὺς cum μειλιχίους junxit. Possumus certe πατρῴους θεοὺς reddere Patrios deos, e Virg. Dii patrii servate domum, servate nepotem. Item, Dii patrii, quorum semper sub numine Troja est. Fortasse autem addere licet et Indigetes, ut Virg. G. 1. fine. Alioqui πατρώϊος dictus est peculiariter Apollo, cognomento, ut e Paus. (Att. 3, 3.) discimus. Coli autem ab Atheniensibus τὸν Πατρῷον 'Απόλλωνα scribit Schol. Aristoph., quoniam Ἴων ὁ πολέμαρχος 'Αθηναίων ἐξ 'Απόλλωνος καὶ Κρεούσης τῆς Ξούθου ἐγένετο. Legitur et ap. Plut. (Alcib. 2.) Ἡμῖν 'Αθηναίοις 'Αρχηγέτις 'Αθηνᾶ καὶ Πατρῷος 'Απόλλων ἐστί. Ceterum exp. 'Απόλλων Πατρώϊος, quod Poëtice dicitur pro Πατρῷος, ut satis ex iis quæ antea protuli exemplis liquet, apud Apoll. Rh. (1, 410.) Apollo avitus. Apud Dem. autem Πατρῷος 'Απόλλων Bud. interpr. Patrius, Quem majores coluerunt, ubi etiam additur dat. τῇ πόλει, qui observandus est, et dicitur Apollo ille esse ὁ Πύθιος: (274.) Καλῶ δὲ ἐναντίον ὑμῶν, ὦ ἄνδρες 'Αθηναῖοι, τοὺς θεοὺς ἅπαντας καὶ πάσας, ὅσοι τὴν χώραν ἔχουσι τὴν 'Αττικὴν, καὶ τὸν 'Απόλλω τὸν Πύθιον, ὃς πατρῷός ἐστι τῇ πόλει. Apud Plat. et Xen. legitur itidem Ζεὺς Πατρῷος: atque adeo et 'Εστία Πατρῴα ap. hunc (K. Π. 1, 6, 1.) Κῦρος δὲ οἴκαδε ἐλθὼν, καὶ προσευξάμενος 'Εστίᾳ Πατρῴᾳ καὶ Διὶ Πατρῴῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς. Sed in VV. LL. Ζεὺς Πατρῷος ap. Plat. de LL. exp. Jupiter Tutelaris, In cujus tutela est civitas. Tradit porro Bud. πατρῷος in multis aliorum etiam Scriptorum ll., et nominatim Herodoti, accipi pro Traditus a majoribus, Avitus. [" Zeun. ad Xen. K. Π. p. 6. Sylb. ad Paus. 217. ad Thom. M. 9. 695. Valck. ad Röv. 69. ad Lucian. 1, 384. ad Diod. S. 1, 241. 2, 127. ad Herod. 464. Brunck. Œd. T. 1394. Phil. 398. Musgr. Alc. 250. Cycl. 342. Heracl. 877. El. 671. Wyttenb. Ep. Cr. 21. ad Mœr. 295. Ammon. 111. Lennep. ad Phal. 20. Koen. ad Greg. Cor. 75. T. H. ad Lucian. Dial. p. 46. Plut. Mor. 1, 815. Markl. Suppl. 264. 1156= 1147. ad Charit. 477. 725. Wakef. Alc. 694. Jacobs. Anth. 8, 27. Longus p. 107. Vill., Duker. Præf. Thuc. p. 8. Conf. c. πάτριος, ad Dionys. H. 4, 2139.; cum πατρικὸς, 2180.; cum πρῷος, Fähse ad Plat. 380. Π. Ζεὺς, Brunck. Aristoph. 2, 128. 3, 210. Porson. Med. p. 91.: 'Απόλλων, Brunck. Ari-

stoph. 2, 194. *Πατρῷοι θεοὶ*, 217. Fac. ad Paus. 1, 288. Kuhn. ibid. Wessel. Obs. 21. Bergler. Alciphr. 264. *Τὰ π.*, Lucillius 12." Schæf. Mss.] Libet autem huic nomini subjungere VERBUM Πατρώζω, quod in eo habeamus itidem *ω*. Redditur certe *πατρώζω*, Patrisso, e Plauto et Terentio. Herodian. 1, (7, 2.) *Πατρώζειν τὸ μειράκιον ἡγούμενοι*: quæ vertit Polit. Credentibusque universis paternis eum vestigiis perrecturum. Hes. et Suidæ *πατρώζειν* est *τὰ τοῦ πατρὸς φρονεῖν*. [Phrynich. Bekkeri p. 59. " Bergler. Alciphr. 308. (3, 14.) Πατρωΐζω, Πατρῴζω, Valck. ad Röv. p. 69." Schæf. Mss.] Vicinam autem vel eand. etiam habet signif. verbum Πατριάζω, atque adeo exp. itidem Patrisso: J. Poll. tamen *πατριάζειν* ad actum potius refert, ut apparet e verbis ejus quæ in Πατριάζω protuli, cum, sequendo illam duorum Lexicographorum exp., *πατρώζειν* dici possit aliquis etiam, qui *οὐδὲν πατριάζει*.

Πατρικὸς, Qui est patris, Paternus, Patrius: *λόγοι*, Paterna verba, Patris verba. Aristot. Eth. 10, 9. *Ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐνισχύει τὰ νόμιμα καὶ τὰ ἤθη, οὕτω καὶ ἐν οἰκίαις οἱ π. λόγοι καὶ τὰ ἤθη.* Et *π. ἀρεταὶ*, Thuc. Virtutes paternæ, patris, s. potius patrum, i. e. quibus patres præditi fuerunt; sed Patres hic aptius pro Progenitoribus s. Majoribus acceperis. Vicissimque *π. κακία* ap. Theophyl. Et ut habes *πατρῷοι φίλοι* supra e Plut., sic *πατρικὸς φίλος* ap. Eund. legitur, quinetiam ap. Xen. et Æschin.: itidemque *φιλία π.* ap. Isocr. *Τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν.* Ac vicissim *ἔχθρα πατρικὴ*, ap. Dem. (410.) ut Paternæ inimicitiæ ap. Cic. Thucydidi 1, (13.) *π. βασιλεῖαι*, sunt Regna patria, avita, hæreditaria. Atque ut *τὰ πατρῷα* docui sine adjectione dici pro Hæreditate paterna, sic *τὰ πατρικὰ* quoque, minus tamen usitate, ut a Lucillio, Epigr. (17.) *Εἶτ' ἀπογραψάμενος πύκτης ἀπολώλεκε πάντα, Ὥστ' ἐκ τῶν πατρικῶν μηδὲ λαβεῖν τὸ μέρος.* ‖ Paternus, i. e. Qualis est patris: *ἀρχὴ*, Paternum imperium, pro Imperium quale est patris in liberos, ut cum Aristot. scribit Eth. 8, (10.) *Πατρικὴ γὰρ ἀρχὴ βούλεται ἡ βασιλεία εἶναι· ἐν Πέρσαις δὲ ἡ τοῦ πατρὸς, τυραννική· χρῶνται γὰρ ὡς δούλοις τοῖς υἱέσι.* Sic *π. παῤῥησία καὶ πρόνοια*, ap. Plut. Polit. Præc. *Ἀλλὰ ἤθους ἀπλάστου καὶ φρονήματος ἀληθινοῦ καὶ παῤῥησίας π. καὶ προνοίας καὶ συνέσεως κηδομένης ὁ λόγος ἔστω μεστός.* Itidem *π. εὔνοια*, Paterna benevolentia, i. e. qualis esse solet patris in liberos. At vero cum dicitur *εὔνοια καθάπερ π.*, tunc *π.* capitur simpliciter pro *πατρός*. [" Dionys. H. 4, 2326. Zeun. ad Xen. K. Π. p. 6. ad Mœr. 77. Brunck. ad Eur. Med. 434. Phil. 398. Valck. Phœn. p. 627. Ammon. 111. Toup. Emendd. 2, 158. ad Diod. S. 1, 98. 241. 2, 136. 298. 552. Eur. Ion. 1323. Jacobs. Anim. 226." Schæf. Mss.] Πατρικῶς, Paterne, More patris, Affectu paterno, s. patrio, qualis est patris erga liberos, Amore paterno, Paterna quadam benevolentia, etiam Paterna quadam cura, qualis esse solet patris, Athen. 7. *Τοῖς ἑταίροις π. πως συμβουλεύων φησίν.* Sic Aristot. Polit. 5. *Τὰς μὲν κολάσεις π. φαίνεσθαι ποιούμενον.* [* Πατρικότης, Gl. Paternitas.]

Πάτριος, ὁ, ἡ, Patrius, A patre traditus, vel A patribus, i. e. A majoribus: *ἀρχὴ*, ap. Xen. et Aristot. Patrium imperium, s. A majoribus traditum, Hæreditarium, Bud. Qui et *πάτριος λόγος* ap. eund. Aristot. de Mundo, reddit, Sermo a majoribus proditus, cum hæc ejus verba, *ἀρχαῖος λόγος καὶ πάτριός ἐστι πᾶσιν ἀνθρώποις*, vertit, Vetus sermo est a majoribusque proditus inter omnes homines. Sic *π. νόμιμα*, et *π. νόμοι*, Patria instituta, Patriæ leges, Leges a majoribus traditæ, Leges majorum. Aristot. certe Polit. 2. cum *πατρίους νόμους* dixisset, paulo post *ἀρχαίους νόμους* dixit: *Ἀποροῦσι γάρ τινες πότερον βλαβερὸν ἢ συμφέρον ταῖς πόλεσι τὸ κινεῖν τοὺς πατρίους νόμους, ἂν ᾖ τις ἄλλος βελτίων.* Et paulo post, *Τοὺς γὰρ ἀρχαίους νόμους λίαν ἁπλοῦς εἶναι καὶ βαρβαρικούς.* Nec multo post, *Ζητοῦσι δ' ὅλως οὐ τὸ πάτριον, ἀλλὰ τἀγαθὸν πάντες.* Itidem *ἱερωσύναι πάτριοι*, e Plat affertur pro Sacerdotiis quæ a majoribus quasi per manus sunt tradita. Apud Plut. autem *τὴν πάτριον θυσίαν ἐπιτελεῖν* exp. Sacra patrio ritu peragere. Ut autem *θεοὺς πατρῴους* vocari dictum est, quos Virg. Deos patrios appellat, sic et *πατρίους* dici sciendum est, a Plut. *Οὐ θύσοντες οὗτοι συνεληλύθασι πατρίοις θεοῖς.* At de Πάτριος Ζεὺς, quod existimatur dictum quasi *φράτριος*, verba faciam in Φράτριος post Φρατρία. Sed minime dubito quin *πάτριος* alicubi apte reddere possimus et Avitus, ad vitandam ambiguitatem: aut etiam Patrius et avitus, ut Cic. Patrium et avitum aliquot in ll. copulavit. Sed cum dicitur *κατὰ τὰ πάτρια*, quidam interpr. non solum More s. Ritu aut Instituto patrio, et More majorum, sed et More patriæ: secundum quam exp. esset *πάτρια* a nomine *πατρίς*. Xen. K. Π. 8, (7, 1.) *Ὁ δὲ Κῦρος ἔθυσε τὰ νομιζόμενα ἱερεῖα, καὶ τοῦ χοροῦ ἡγήσατο Πέρσαις κατὰ τὰ πάτρια*, ubi reddiderim More institutoque majorum; ita enim Cic. copulare hæc solet. Plato, *Δωριστὶ ζῆν κατὰ τὰ π.* Et cum gen. ap. Thuc. 2. *Εἴ τις βούλεται κατὰ τὰ π. τῶν πάντων Βοιωτῶν ξυμμαχεῖν*: nam subauditur *ἔθη*, vel *νόμιμα*, aut tale quid. Ceterum dixeris quidem hic quoque More institutoque, sed pro illo gen. Majorum, addes eum quem in ipso textu habes: hoc modo, More institutoque Bœotorum. Sic et absque illa præp. affertur e Plut. *Καὶ γὰρ τοῦτο τῶν Νουμᾶ πατρίων ἓν εἶναι λέγουσιν*, pro E Numæ institutis. Dicitur etiam *πάτριόν ἐστι*, sequente infin. Plut. Camillo (29.) *Πάτριόν ἐστι τοῖς Ῥωμαίοις σιδήρῳ τὴν πατρίδα σώζειν*, pro Patrium est, Mos est patrius. Bud. tamen vertit simpliciter, Solemne est, Consuetum est, in hoc Æsch. 1. (56.) *Οὐκ ἄρα στεφανωθήσεται ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου Πάγου· οὐ γὰρ πάτριον αὐτοῖς*: subaudito inf. *στεφανοῦσθαι*. Sed et Thuc. ante illos sic locutus est, 1, (123.) *Πάτριον γὰρ ἡμῖν ἐκ τῶν πόνων τὰς ἀρετὰς κτᾶσθαι.* Potest autem hæc oratio in aliam resolvi, in qua pro *πάτριόν ἐστι*, usurpes illud *κατὰ τὰ πάτρια*: si pro illis Thucydidis verbis utaris istis, *ἡμεῖς γὰρ ἐκ τῶν πόνων τὰς ἀρετὰς κτώμεθα κατὰ τὰ π.* Dicunt etiam aliquid *εἶναι πάτριον* cuipiam, aut in plur. aliqua esse *πάτρια* cuipiam, s. quempiam *ἔχειν πάτριον* aliquid: ubi itidem possis fortasse illud Avitum cum Patrium conjungere, ut hæc duo a Cic. alicubi copulari docui. Dem. (295.) *Οὐκ ἦν ταῦτα, ὡς ἔοικε, τοῖς Ἀθηναίοις πάτρια, οὐδ' ἀνεκτὰ, οὐδ' ἔμφυτα.* Herodian. 7, (1, 4.) de Maximino, *Τό, τε φονικὸν πάτριον ἔχων καὶ ἐπιχώριον.* Q. in l. non minus quam in quoquam alio cujus meminerim, *πάτριον* posse intelligi tanquam a *πατρὶς* derivatum existimo. [" Valck. Diatr. 38. Anim. ad Ammon. 7. Brunck. Œd. T. 1394. Phil. 398. Ammon. 111. Bergler. Alciphr. 264. ad Lucian. 1, 384. 3, 561. T. H. ad Dial. p. 46. ad Diod. S. 1, 98. 531. Musgr. Alc. 250. Hel. 224. Zeun. ad Xen. K. Π. p. 6. Thom. M. 793. Markl. Suppl. 264. Duker. Præf. Thuc. p. 8. ad Dionys. H. 1, 261. 508. Conf. c. *πατρῷος*, Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 3, 256. Porson. Med. p. 39. Brunck. ad Eur. Med. 434. Porson. ad Hec. 81. Add.:— ' *πατρίου*. Sic edidi, licet omnia exempl. *πατρῴου* habent. Cum enim Attici *πάτριος* et *πατρῷος* promiscue usurpent, cur ad licentiam poëticam, nulla necessitate cogente, provocemus? Vide ad v. 1098.' De femin., ad Diod. S. 2, 373. *Κατὰ πάτρια*, Græv. Lectt. Hes. 627. *Τὰ π.*, Thom. M. 695. Jacobs. Anth. 12, 198. Bast Lettre 38." Schæf. Mss. * Πατρίως, Joseph. B. J. 5, 2, 1.] Ἐκπάτριος, Non patrius. At Hes. *ἐκπάτριον* exp. *ἀνόμοιον*, " Dissimi- " lem:" sed fortasse mendose ap. eum illud *ἐκπάτριον* scriptum est. At VERBUM Πατριάζω Atticis est Facio aliquid more paterno, s. tanquam pater, Morem paternum, vel, mores paternos in aliqua re agenda refero. Scribit enim J. Poll., *Καὶ Πατριάζειν δέ τι ἔλεγον Ἀθηναῖοι, τὸ πράττειν τὶ ἐκ τῶν πατρίων ἐθῶν.* Ubi animadverte etiam non *πατριάζειν* absolute, sed *πατριάζειν τὶ*, ab eo dici. Vide Πατρώζω. [" Bergler. Alciphr. 309. * Πατρίζω, Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 170." Schæf. Mss. " Patrisso, Priscian. 1, 6, 31." Elberling. Mss.]

Πατρίδιον, τὸ, Paterculus. Utitur Aristoph. (Σφ. 986.) atque adeo Eust. annotat hoc vocabulum *φανερῶς ὑποκορίζειν κωμικώτερον*, p. 886(=839.) ubi et vide exemplum. [Athen. 340. 569.] " Πατέριον, Pa- " terculus."

[* " Πατρότης, Paternitas, Dionys. Areop. 275. 278." Kall. Mss.]

" Πατερίζω, Patrem nomino, Patrem voco s. ap- " pello, πατέρα καλῶ, quod et παππάζω, Aristoph. " Σφ. (652.) παῦσαι καὶ μὴ πατέριζε, Desine, nec pa- " tris nomen ingemina, ad eum qui dicebat, ὦ πάτερ " ἡμέτερε Κρονίδη." [Gl. Parento: * Πατερίσματα· Parentalia.]

[* " Πατερικὸς, Niceph. Callist. in Fabr. B. Gr. 10, 441." Boiss. Mss. * " Πατερικὸν, Liber dicta Patrum continens s. Paradisus, Montf. Palæogr. p. 53." Kall. Mss.]

ΠΑΤΡΙΣ, ίδος, ἡ, Patria, Od. Δ. 586. τοί μ' ὦκα φίλην ἐς πατρίδ' ἔπεμψαν, Od. O. 227. Δὴ τότε γ' ἄλλον δῆμον ἀφίκετο, πατρίδα φεύγων. Incipio autem ab his exemplis, licet rarioribus, quod in iis sit idem usus nominis πατρὶς cum eo qui in soluta oratione extat. Habet alioqui multo crebriora exempla alterius usus, ejus sc. quo jungitur hoc nomen, tanquam adjectivum, cum γαῖα, αἶα, ἄρουρα: ut infra docebo. Isocr. Paneg. Μόνοις γὰρ ἡμῖν τῶν Ἑλλήνων τὴν αὐτὴν τροφὸν καὶ πατρίδα καὶ μητέρα καλέσαι προσήκει, Dem. (296.) Ἡγεῖτο γὰρ αὐτῶν ἕκαστος οὐχὶ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ μόνον γεγενῆσθαι, ἀλλὰ καὶ τῇ πατρίδι. Extat autem cum his verbis conveniens sententia, ut id obiter annotetur, in Plat. Epist. ad Archytam, utentis quidem voce πατρὶς itidem, sed pro πατὴρ et μήτηρ dicentis οἱ γεννήσαντες: q. l., una cum Cic. interpretatione, vide p. 42. mei Cic. Lex. Eodem respiciens Plut. et ulterius tamen progrediens, dixit in l. An Seni capess. Resp. Ἡ δὲ πατρὶς καὶ μητρὶς, ὥς Κρῆτες καλοῦσι, πρεσβύτερα καὶ μείζονα δίκαια γονέων ἔχουσα: ubi observa etiam μητρὶς, de quo paulo post. Est item Proverbiale dictum, senario comprehensum ab Aristoph. Πλ. (1151.) Πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ', ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ. Pro quibus habet idem Cic. Patria est, ubicunque est bene. Sed hæc verba e Tragœdia quapiam sumens Teucro ascribit. Dicebant porro στερεῖν τῆς πατρίδος, Privare patria, pro Mittere in exilium. Xen. Ἑλλ. 1, (4, 6.) Ἀπόντα αὐτὸν ἐστέρησαν τῆς π. Sed et στέρεσθαι τῆς π., simpliciter dictum pro Privari patria: Plut. in Cor. Ἀνάγκη γὰρ ἢ τῆς π. ἢ σοῦ στέρεσθαι γυναικὶ σῇ καὶ τέκνοις. Idem in Alex. (69.) dixit, Ἀποξενοῦν τῆς π. ἑαυτόν. Ceterum πατρὶς vocatur Patria de nomine πατρὸς, ut μητρὶς de nomine μητρὸς eadem a Cretens. vocata fuit, ut testatur Plut., quem modo protuli, itidemque Synesii l. qui in Μητρὶς citatus fuit. Sed quamvis μητρὶς peculiariter etiam accipiatur pro Matris patria, haud vicissim πατρὶς restringitur ad peculiarem signif. Patriæ patris, quod quidem sciam. Sed quemadmodum μητρόπολις dicitur pro μητρὶς habente peculiarem illam signif., i. e. significante Matris patriam, SIC Πατρόπολις Patris patriam signif., meo quidem judicio: licet Hes. exponat, ἡ πατρῴα οἰκία. [" At non esse Græcum vocab. Πατρόπολις indicare videtur Antiphanes ap. Athen. 100. Μητρόπολίς ἐστιν, οὐχὶ πατρόπολις." Schw. Mss.] Quod vero ad exp. attinet nominis πατρὶς, quam affert Eust., dicens esse πόλιν τινὰ περὶ ἣν ἐτράφη τις γεννηθεὶς, ea certe duobus modis falsa mihi videtur. Primum enim cur potius dicemus πόλιν τινὰ quam κώμην τινὰ, aut etiam κωμύδριόν τι? Deinde quidni patria dicetur locus ille in quo nati fuerimus, etiamsi in eo non educemur, sed statim alio transportemur? ut omittam, novum auribus meis esse περὶ ἣν pro ἐν ᾗ, in hoc quidem loquendi genere. Quid igitur proprie πατρὶς sonare dicendum est? Existimo certe, ut Lat. Patria a Patris nomine, sic Græcis πατρὶς ab appellatione πατρὸς significare Locum in quo pater nobis ortum dedit, sive sit urbs, s. pagus. Quod si in aliqua domo quis natus sit, aut casula etiam, ab omni urbe atque adeo pago remota, tunc patria ejus esse dicetur ager ille, aut etiam regio, ubi domus illa sita est. Quod animadversione dignum lectori existimavi, vel propter Od. Δ. (521.) Ἤτοι ὁ μὲν χαίρων ἐπεβήσετο πατρίδος αἴης, Καὶ κύνει ἁπτόμενος ἣν πατρίδα: nam et hic latius extenditur signif. nominis πατρὶς ad totam regionem in qua erant Mycenæ, quæ proprie erat πατρίς. || Adjective autem positi nominis πατρὶς exempla solos habere Poëtas existimo: i. e. juncti alicui ex illis substantivis quorum supra memini, aut alii hujusmodi. Cum substantivo γαῖα: Od. Ω. (321.) Ἤλυθον εἰκοστῷ ἔτεϊ ἐς πατρίδα γαῖαν. Sic Ψ. (102.) Alicubi vero additur pronomen possessivum: Il. Ω. (556.) σὺ δὲ τῶν ἀπόναιο, καὶ ἔλθοις Σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν. Sic Od. E. (42.) ἣν πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι. Cum subst. αἶα: Od. K. (236.) πατρίδος αἴης. Itidem T. (301.) Protuli vero et in proxime præcedente tmemate locum, in quo et πατρίδος αἴης dicit, et statim post ἣν πατρίδα. Denique cum substantivo ἄρουρα, Od. Y. (193.) || Πατρὶς ponitur et pro φυλὴ, i. e. Tribus, teste Hes. item Suida in Πάτρης. Sic autem et Πάτρη exp. ab Hes. φυλή. [" Ad Charit. 213=710. Eichst. de Dram. 136. Ammon. 115. ad Phalar. 271. Markl. Iph. p. 291. Wakef. S. Cr. 4, 27. 5, 105. Anacr. Epigr. 14. Aristot. Pepl. 27. Porson. Phœn. 1644 =1623. Jacobs. Anth. 11, 278. Heyn. Hom. 4, 277. Conf. c. Περσὶς, ad Diod. S. 2, 331. Adj., Ammon. 115. Π. ἐμὴ, Heyn. Hom. 5, 618. Π. ἀρχαία, Freinsh. Ind. in Curt. v. Patria." Schæf. Mss. * Λειπόπατρις, Exul, Fugitivus, Eust. in Dionys. P. 1022. p. 176. Etym. M. 518. Spohn. de Extr. Odyss. Parte p. 190. " Nicet. Eugen. 5, 107." Boiss. Mss. * Λιπόπατρις, Nonn. D. 1, 131. 3, 301. Jacobs. Anth. 13, 737. * " Πολύπατρις, Eust. 4, 20." Seager. Mss.] " Φιλοπατρία, Amor patriæ, Aristoph. Σφ. " (1465.) διὰ τὴν Φιλοπατρίαν καὶ σοφίαν, ubi Schol. " vult esse διὰ τὸ ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἠγωνίσθαι, vel " ὑπὲρ τοῦ πατρός. Prius autem esse videtur ADJ. " Φιλόπατρις, ιδος, ὁ, ἡ, Patriæ amans, Patriæ amator. " Item τὸ φιλόπατρι pro ἡ φιλοπατρία." [" Schol. Aristoph. Πλ. 902. Schol. Eur. Phœn. 1320. * Ψευδόπατρις, Quæ patriam mentitur, Sibyll. ap. Fabric. B. Gr. 1. p. 25." Kall. Mss.]

Πατριώτης, ὁ, Qui ejusd. est patriæ, Conterraneus, Popularis, Plato de LL. 6. Μήτε πατριώτας ἀλλήλοις εἶναι τοὺς μέλλοντας ῥᾷον δουλεύσειν. Et τὸν π. θεὸν, ap. Plut. (8, 668.) J. Poll. vult. barbarorum esse mutuo sese appellare non πολίτας, sed πατριώτας: pro quo Archippum dixisse συμπατριώτας. Platonem tamen de LL. πατριώτας de Græcis quoque dixisse. Intelligit autem, ut opinor, illum ipsum Plat. l. qui modo prolatus a me fuit. At Hes. ita scribit, Πατριώτης παρὰ Ἀθηναίοις ὁ βάρβαρος καὶ ὁ πολίτης. Videndum est autem an huc referendum sit quod a Luciano (3, 562.) narratur de Socr. illo, quem vocat τὸν ἀπὸ Μόψου: eum sc. cuipiam, qui ita locutus erat, Συμπατριώτης ἐστί μοι, dixisse, ἐλάνθανες ἄρα ἡμᾶς βάρβαρος ὤν. At vero Bud. annot. Πατριώτης, ὁ ἐκ τῆς αὐτῆς χώρας δοῦλος δούλῳ: quorum verborum auctorem non nominat: esse autem suspicor Scholiastem quempiam. Ceterum videri possit pro hac exp. facere hic Niconis Comici l. ap. Athen. (487.) Καὶ πάνυ τις εὐκαίρως προπίνων, φησὶ, σοὶ, Πατριῶτα· μάνην δ' εἶχε κεραμεοῦν, ἁδρόν: videntur enim esse alicujus verba qui μάνην, quod erat Poculi genus, ita compellarit tanquam conservum; nam μάνης unum fuisse e nominibus quod plerumque imponebatur servis, docui antea, c. 771. Sed πατριώτης generalius usurpari pro Eo qui est ejusd. patriæ, ostendit Xen. locus, in quo et equos appellat πατριώτας: (K. Π. 2, 2, 15.) Ἀλλ' ὥσπερ ἵππους οἳ ἂν ἄριστοι ὦσι, οὐχ οἳ ἂν πατριῶται, τούτους ζητεῖτε. Ostendit vero et Lucian. dicens, Πατριῶτις στολή: sed ibi redditur Patria stola. [" Ammon. 115. Thom. M. 793." Schæf. Mss. Soph. Œd. T. 1091. Jambl. Pyth. §. 21. Πατριῶτις, Eur. Heracl. 755. " Dio Cass. 209." Wakef. Mss.] Πατριωτικὸς, Pertinens ad eos qui sunt ejusdem patriæ, s. conterranei. [Steph. B. v. Πάτρα.] At COMP. Συμπατριώτης pro πατριώτης, vide in ll. quos modo protuli ex J. Poll. et Luciano. [Bekk. Anecd. 113.]

ΠΑΤΡΑ, et IONICE Πάτρη, simul autem et Poëtice, i. q. πατρὶς, Patria, Il. M. (243.) Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης, Il. Ω. (500.) Τὸν σὺ πρώην κτεῖνας ἀμυνόμενον περὶ πάτρης Ἕκτορα, P. (157.) οἳ περὶ πάτρης Ἀνδράσι δυσμενέεσσι πόνον καὶ δῆριν ἔθεντο. Existimat porro Eust. factum esse

πάτρα e πατέρα accusativo nominis πατὴρ, per sync., in quo illi assentior: at vero in eo quod addit, πατρὶς esse παρώνυμον τοῦ πάτρα, prorsus ab eo dissentio; cur enim πατρὶς potius quam πάτριος e πάτρα factum esse dicemus? aut cur, unde formatur πάτριος, etiam πατρὶς formari non putemus?

Πάτρην Hom. vocasse existimatur a Schol. Aristoph. τὴν φατρίαν, in hoc versu, Ἠ μὰν ἀμφοτέροισιν ὁμὸν γένος ἠδ' ἴα πάτρη. De qua exp. dicam et in Φατρία. || Πάτρην, Hes. non solum exp. πατρίδα, sed et πόλιν, item ἐπαρχίαν, ap. eum tamen scriptum est ἐπαρχίας: quæ scriptura si mendo caret, existimo cum πόλιν debere jungi: cum alioqui ibi post hunc accusativum sit interpunctio, necnon φυλήν. [Boeck. ad Pind. p. 523.] Sed præterea VOCEM Πάτρης postquam dixit significare πατρίδος, addit significare etiam τὴν ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς γένεσιν, Ortum ex eodem patre: intellige autem Ortum a substantivo Ortus, non a partic. At Suid. habet, Πάτρης, ἡ ἐκ τοῦ πατρὸς γέννησις. Quibus subjungit, Καὶ Πάτρης, τῆς πατρίδος, ποιητικῶς, ap. Hom. Πατρὶς δὲ, ἡ φυλή. At in meo vet. exempl. illa de altera signif. nominis πάτρης non habentur, cetera eodem scripta sunt et ibi modo. Ego tamen, ut taceam de exp. illa, qua dicitur πάτρης esse γέννησις, non video quomodo admitti terminatio hæc possit pro nominativo. Rursum vero si tanquam gen. exponere voluisset Suid., dicturus erat γεννήσεως. At Hesychii verba nobis hoc in ambiguo relinquunt. [" Πάτρα, Valck. Phœn. p. 229. ad Charit. 432. 710. 733. Wakef. S. Cr. 4, 27. Meleager 123. Heyn. Hom. 6, 436. Πάτρη, Valck. l. c. Hipp. p. 276. ad Eur. Fragm. p. 478. Lips." Schæf. Mss. Vide Schn. Lex. *Πάτραρχος, Schleusn. Lex. V. T. * Ἀθλιόπατρα, Lycophr. 903.] Πάτρηθεν, adv., E patria, Dionys. P. (657.) Apud Apoll. Rh. 2, (541.) πάτρηθεν ἀλώμενος exp. A patria procul errans.

ΠΑΤΡΙΑ, ἡ, Familia, Cœtus eorum qui communem patremfamilias habent, [Herod. 1, 200.] Paulus ad Eph. 3, (15.) Ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, ubi tamen non Familia, sed Paternitas a vet. Interpr. redditur, ab Erasmo Cognatio a communi patre, ab Hieronymo Parentela: qui alioqui annotat πατριὰν dici, cum ex una radice, multa generis turba diffunditur. Sed rectius Familia eo loco redditur. Sic autem et e Græcis Bibl. Interprr. ὁ ἐπὶ τῆς πατριᾶς affertur, pro Præfectus familiæ. Verum ex iisd. et pro Tribus: veluti cum dicunt, ἄρχοντες τῶν πατριῶν. Sic autem πατριαὶ ab Hes. exp. φυλαί: [quemadmodum et ap. Herod. l. c. intelligi potest:] a Suida vero non solum φυλαί, verumetiam χῶραι et τοπαρχίαι. [" Alibi vero rectius exp. Genus, Generis origo, Herod. 3, 75. Ἐγενεηλόγησε τὴν πατριὴν τὴν Κύρου: 2, 143. Ἀναδήσαντι τὴν πατριὴν ἐς ἑκκαιδέκατον θεόν." Schw. Mss. " Heyn. Hom. 6, 436." Schæf. Mss.] Accedit autem prior ista πατριᾶς signif. proxime ad signif. NOMINUM Φατρία ET Φρατρία. Atque adeo hæc subjungo nomini πατριὰ, quod existimem dictam esse φατρίαν primum quasi πατριὰν, deinde φρατρίαν per epenthesin literæ ρ. At certe pro me facit, quod a Schol. Aristoph. (Ἱππ. 255.) scribitur, sc., Εἰσὶ δὲ οἱ τῆς αὐτῆς φατρίας μετέχοντες, οἷον πατριᾶς τινός. Unde etiam Hom., inquit, vocat eam πάτρην. Addit Idem et Πάτριος Ζεὺς, quod dictum sit pro Φάτριος. Quinetiam Oro ap. Etym. φατρία dicitur οἷον πατρία: quibus addit, Ὅταν ἀφ' ἑνὸς καὶ εὐγενοῦς ἀνδρὸς ὡς πατρὸς κατὰ διαδοχὰς ἐπέκτασιν λάβῃ τὰ γένη, τό,τε ἐπί τινα ἀναφέρεσθαι: ut Heraclidæ, inquit, et Achæmenidæ, apud Persas. Aristot. Polit. Τοῦ μὲν οὖν μὴ κλέπτεσθαι τὰ κοινὰ ἡ παράδοσις γινέσθω παρόντων πάντων τῶν πολιτῶν, καὶ ἀντίγραφα κατὰ φρατρίας καὶ Φυλὰς τιθέσθωσαν. Ubi φρατρίαι vocantur, teste Bud., Conventus quidam hominum, aut etiam Conventicula, quasi Pagi, propria sibi sacra peculiariaque communiter habentium. Hæc ille, afferens quidem certe aliud etymum, ut docebo infra. At in VV. LL. φρατρία exp. non solum Conventiculum, et Contubernium, sed et Sodalitium. Verum nomine Curia rectius interpretabimur, e Dionys. H. Rom. Archæol.; itidemque φράτωρ, Curialis. Hoc certe constat, φατρίαν s. φρατρίαν quocunque nomine Latino reddatur, fuisse dicta In Athen. populo tertiam tribus partem: constat, inquam, cum ex aliis multis, tum ex J. Poll.: qui tamen dicit impositum fuisse hoc nomen tertiæ parti tribus, tunc cum in quatuor duntaxat tribus divisus erat, postea autem in duodecim distributus fuit. Ejus verba sunt, l. 8. Ὅτε μέντοι, nam pro ὅτι repono ὅτε, τέσσαρες ἦσαν αἱ φυλαὶ, εἰς τρία μέρη ἑκάστη διῄρητο, καὶ τὸ μέρος τοῦτο ἐκαλεῖτο τριττὺς, καὶ ἔθνος, καὶ φρατρία. At vero populus Romanus cum in tres φυλὰς distributus fuisset a Romulo, unaquæque φυλὴ habebat decem φατρίας, ubi φατρίαι vocantur quæ a Latinis, de ead. re agentibus, Curiæ. Ceterum licet hic φατρίας legamus, in aliis ejus ll. φρατρίας legimus. Denique et ap. ceteros Scriptt. utraque scriptura extat. Reperitur certe φατρία et ap. Æschin. (47.) Εἶναι δ' ἐκ φατρίας τὸ γένος ἢ τῶν αὐτῶν βωμῶν Ἐτεοβουτάδαις μετέχει. Sic et Isocr. Symm. (29.) Τὰς δὲ φατρίας καὶ τὰ γραμματεῖα τὰ ληξιαρχικά. Et Lucian. (1, 762.) Καὶ ἐλθόντα ἐγγράψειν, καὶ φυλέτην ποιήσεσθαι, καὶ φατρίας μεταδώσειν. At vero Aristot. φρατρία potius dicit; ac profecto si de illa derivatione constaret, quæ a Bud. affertur, sc. ἀπὸ τοῦ φρέατος, A puteo, quod sc. qui erant ejusd. φρατρίας, communi puteo uterentur, hanc scripturam priorem esse, et in φατρία prius ρ abjectum fuisse, merito quis affirmaret. Sed contra et ipsum Eust. de scriptura hac ambigere videmus: quippe qui scribat quosdam φρήτρη, quo Hom. usus est pro φρατρία, derivare a φατρία, per pleonasmum literæ ρ, et per sync.: alios autem censere φρατρίαν prius esse, et ab eo fieri φατρίαν abjectione prioris ρ: atque adeo a φρατρία vocatos esse φράτορας. At vero paulo post ex Ælio Dionysio affert, φατρίαν ab Ionibus vocari πατριάν. Ceterum a voce φρατρία merito censebimus manasse Gallicam Confrérie, s. Confrairie, ut alii pronuntiant. [Vide omnino Schn. Lex. v. Πάτρα. Φατρία, Gl. Decuria: Φρατρία· Contubernium. "Φατρία, Timæi Lex. 66. ad Herod. 63. Kuster. Aristoph. 106. Reisk. ad Liban. 1, 507. Heyn. Hom. 4, 265. * Φάτρα, * Φατριακὸς, ad Herod. l. c. Φρατρία, ad Lucian. 1, 349. 762. Heyn. Hom. 6, 436. Musgr. Ion. 1577." Schæf. Mss. Φατρία, Photio σύνταγμα. Φρατρία, i. q. συσσίτιον, Joseph. A. J. 3, 10, 5. Τελοῦμεν τὴν θυσίαν κατὰ φρατρίας, B. J. 6, 9, 3. Ὥσπερ δὲ φρατρία περὶ ἑκάστην γίνεται θυσίαν. * Φρατρεία, Athen. 141. Cf. Ignarra de Phratriis p. 61. Φρατρία Conspirationem signif. ap. Canon. 18. Concilii Chalced. cf. Balsam. et Zonar. ad l.] Φρατρίαρχος, Præfectus curiæ, s. sodalitii, quod φρατρία vocabatur, Dem. (1305.) Εἵλοντό με φρατρίαρχον. Φράτριος, Curialis, i. e. Ad curiam pertinens: αἴξ, J. Poll., (3, 52.) Capra quæ immolabatur ab iis qui ejusd. curiæ erant. Sed et Φράτριος Ζεὺς a Bud. affertur e Dem. pro Curialis Jupiter. Habet autem Schol. Aristoph. Φάτριος Ζεὺς, quod vult esse dictum quasi πάτριος, ut supra docui. [Plato Euthyd. "Kuhn. ad Paus. 165. Wessel. Obs. 21." Schæf. Mss.] At neutrum SUBST. Φράτριον, τὸ, SIVE Φάτριον, Locus in quem conveniunt curiales, τόπος ἐν ᾧ οἱ τῆς αὐτῆς φατρίας συνήγοντο, Eust. 239. quod et 735. ab eo repetitur, addito particip. ὡρισμένος post τόπος: utrobique autem φάτριον. At J. Poll. φράτριον habet, et quidem dicens non simpliciter τόπος, sed ἱερὸν, Templum. Legitur enim ap. eum, Τὸ δὲ ἱερὸν, εἰς ὃ συνῄεσαν, φράτριον ἐκαλεῖτο. Φρατριακὸς, Curialis, Ad curiam pertinens. [* " Φρατρικὸς, Dionys. H. 2, 686. (ἐκκλησίαν φρατρικὴν, Comitia curiata.)" Schæf. Mss.] AT Φρατριεῖς, Curiones, VV. LL. [" Dionys. H. 1, 371." Schæf. Mss.] Est et VERB. Φρατριάζω, SIVE Φρατρίζω, pro Sum in consortio curiæ, Sum unus e curialibus, vel, Sum Particeps curiæ, reddendo ad verbum exp. Suidæ, qui φρατρίζειν esse dicit τῆς αὐτῆς φρατρίας μετέχειν. At Eust., s. potius Ælius Dionys. ap. Eust., φρατρίζειν esse dicit τὸ εἰς φρατρίαν συνιέναι. Idem vero, Eust. inquam, alibi, postquam dixit, Ἦν δὲ κατὰ τὴν ἱστορίαν φράτριον τόπος ὡρισμένος, ἐν ᾧ οἱ τῆς αὐτῆς φατρίας συνήγοντο, subjungit, Καὶ φατριάζειν εὐφωνότερον ἐλέγετο παρὰ Ἀττικοῖς, τὸ εἰς ταυτὸ συνιέναι. Affertur alioqui pro

exemplo prioris illius signif. e Dem. 111(=1054.) Μεθ' ὧν καὶ ὁ Θεόπομπος, ἕως ἔζη, ἐφρατρίαζε. [Φρατρίζω, Suid. Harpocr. et Phot. in Ναυτοδίκαι. Affertur etiam * Φατρίζω e Lysia ap. Anecd. Bekkeri p. 115.] Φρατριαστὴς, Curialis, Qui est in ejusd. curiæ consortio, [Dionys. H. 1, 236. * Φρατριαστικὸς s. * Φρατριατικὸς, Dio Cass. 39, 11. 19. 45, 5.] Ceterum addit Eust. illis quæ modo protuli ex eo verbis, Dicebatur autem ET Φράτηρ per η, ET Φράτωρ per ω, Qui erat ex eadem phratria, i. e. Curia. Itidemque alibi ex Ælio Dionysio affert, Φράτορες, Qui sunt ejusd. phratriæ. Sed prisci DICUNT Φράτερες per ε, a Φράτηρ. Tribui autem Atticis in alio quopiam Lex. nomen hoc Φράτηρ, ibid. testatur. [" Φράτερες, Titulus est Fabulæ ap. Athen. 343. Λεύκων ἐν Φράτερσι." Schw. Mss.] At J. Poll. habet ETIAM Φρατὴρ ὄϊς, cui videtur eand. dare signif. quam habere Φράτριος cum αἴξ, supra ex eo docui. Multo certe est USITATIUS Φράτωρ pro Curialis, Qui est in ejusd. curiæ consortio, Qui habet ejusd. curiæ consortium. Redditur autem et generalius nomine Tribulis, Contribulis: licet alioqui φρατρίαν non i. esse q. φυλὴν, antea dictum sit. Dem. Κάλει δὲ τὰς μαρτυρίας τὰς τῶν φρατόρων, ὡς εἵλοντό με φρατρίαρχον: [cf. 1305.] Aristot. Polit. 2. Φράτορα ἢ φυλέτην. Dicebant autem εἰσάγειν εἰς τοὺς φράτορας τοὺς παῖδας de iis qui liberos profitebantur. Dem. (1053.) Καὶ εἰσήγαγον τὸν παῖδα τουτονὶ εἰς τοὺς τοῦ Ἁγνίου καὶ Εὐβουλίδου φράτορας, μεθ' ὧν καὶ Θεόπομπος ὁ τουτουῒ πατὴρ Μακαρτάτου ἐφρατρίαζε. Itidemque dicitur εἰσάγεσθαι εἰς τοὺς φράτορας. Bud. cum dixisset φρατρίας esse fortasse a quibus vocabulum Confratrias lingua vernacula mutuata sit, subjungit, Et εἰς τοὺς φράτορας εἰσάγεσθαι, est In eam sodalitatem adoptari: ἀπὸ τῶν φρεάτων, i. e. A puteis, nomen ductum, qui communes erant inter φράτορας. Alibi autem affert illud genus loquendi ex Eodem, ita scribente, Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐγένετο παῖς ἄῤῥην αὐτῷ οὐδὲ εἷς, μετὰ ταῦτ' ἤδη ἐσπούδαζεν ὅπως ἐκ τῆς θυγατρὸς εἰσποιηθῇ αὐτῷ υἱὸς εἰς τὸν οἶκον τὸν ἑαυτοῦ καὶ εἰς τοὺς φράτορας εἰσαχθῇ, Studio contendit ut e filia natus puer sibi in adoptionem daretur, qui in ejus familiam transiret, nomenque daret phratriæ, ut ille ipse vertit. Qui alibi ex Eod. (1313.) affert, Μάρτυρας παρεχόμενος ὡς εἰσήχθην εἰς τοὺς φράτορας, ὡς ἐνεγράφην εἰς τοὺς δημότας, ὡς ὑπ' αὐτῶν τούτων προεκρίθην ἐν τοῖς εὐγενεστάτοις κληροῦσθαι τῆς ἱερωσύνης τῷ Ἡρακλεῖ, Quod in phratriam ad profitendum admissus sum, quod inter populares conscriptus sum: quod ab ipsis inter nobilissimos selectus sum ad sortitionem sacerdotii. Quemadmodum autem habes in isto Dem. l. ἐνεγράφην εἰς τοὺς δημότας post hæc verba, εἰσήχθην εἰς τοὺς φράτορας, sic etiam ἀπογράφεσθαι εἰς τοὺς φράτορας dictum fuisse sciendum est, et activa signif., ἀπογράψασθαι εἰς τοὺς φράτορας. Plut. Pericle, Συνεχώρησαν ἀπογράψασθαι τὸν νόθον εἰς τοὺς φράτορας. Legimus vero et ap. Suid. Τὸ δὲ γράφεσθαι εἰς τοὺς φράτορας, σύμβολον εἶχον τῆς συγγενείας. Item, de eo qui φρατρίαρχος vocabatur, Ἐγράφετο δὲ πατρόθεν εἰς τοὺς φράτορας τῇ τῶν ἀπατουρίων ἑορτῇ. Apud Eust. vero aliud præterea legimus, quod alioqui huc pertinet: sc. τοὺς φράτορας fuisse Athenis σύστημα quoddam τοὺς τικτομένους ἀπογραφόμενον, ὥστε φανεροὺς εἶναι ὅτι πολῖταί εἰσι. Sed nec ea exp. omittenda est, quam Idem tribuit isti nomini φράτορες, dicens esse τοὺς συμφυλέτας: eadem enim ratione Tribules s. Contribules Latine reddere possumus, uti dixi, licet φυλὴν ἀπὸ φρατρίας distingui perspicuum sit ex iis, quæ supra de hujus vocab. significatione dicta fuerunt. Idem vero exp. et τοὺς συγγενεῖς, sicut φρήτρας ap. Hom., τμήματά τινα φυλετικὰ καὶ συγγενικὰ, quam expositionem habes itidem ap. Suid., et Hes.: sed hic habet præterea φράτορσιν explicatum ἑταίροις et συμμάχοις. Suspicor autem illud συγγενεῖς ab ea γένους signif. esse, quam habet ap. J. Poll., ubi postquam dixit, unamquamque tribum dividi in tres partes, et unamquamque harum vocari φρατρίαν et τριττὺν et ἔθνος, subjungit, Ἑκάστου δὲ ἔθνους γένη τριάκοντα, ἐξ ἀνδρῶν τοσούτων, ἃ ἐκαλεῖτο τριακάδες· καὶ οἱ μετέχοντες τοῦ γένους, γεννῆται, καὶ ὁμογάλακτες. Sed et ipse his addit, Γένει μὲν οὐ προσήκοντες, ἐκ δὲ τῆς συνόδου οὕτω προσαγορευόμενοι. [" Φρατὴρ, Toup. Opusc. 1, 252. Φράτωρ, ibid. Koen. Præf. ad Greg. Cor. 18. ad Timæi Lex. 66. Heyn. Hom. 6, 436. Luzac. Exerc. 194. Brunck. Aristoph. 1, 167. Conf. c. πατὴρ, 3, 64." Schæf. Mss. Ælian. H. A. 8, 14.] Est autem ab illa φρατόρων appellatione, ETIAM Φρατορία ap. Suid., i. significans q. Φρατρία. Legimus enim ap. eum, Φασὶ δὲ τὸ αὐτὸ ἔθνος εἶναι τριττὺν, ἤτοι τὴν φρατρίαν, ἢ φρατορίαν. Ubi tamen reponendum censeo φασὶ δὲ τὸ αὐτὸ εἶναι, ἔθνος, τριττὺν, etc. ut sc. τὸ αὐτὸ minime jungatur cum ἔθνος, sed dicat idem valere hæc quatuor, ἔθνος, τριττὺν, φρατρίαν, φρατορίαν. Atque ita convenient hæc cum iis quæ J. Poll. habet, scribens unamquamque φυλὴν, Tribum, in tres partes dividi: unamquamque autem vocari τριττὺν, ἔθνος, φρατρίαν. Stare certe nullo modo potest altera illa lectio; nam τὸ αὐτὸ ἔθνος qui dici possit, cum nulla ἔθνους mentio præcedat? [* Φρατορικὸς, Dem. 1092. * Φρατόριος, Athen. 460.]

Est autem IONICUM Φρήτρη, pro hoc φρατρία, Curia, etc. quo φρήτρη usus est Hom. Il. B. (363.) Κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας, Ἀγάμεμνον, Ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις, ubi Eust. φρήτρας exp. τμήματά τινα φυλετικὰ καὶ συγγενικά. Perinde certe esse puto, Ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις, ac si quis diceret, Ut curiales curialibus, populares popularibus opem ferant. Hoc autem φρήτρη tradit Eust. quosdam a φατρία deducere, dicentes in eo abundare prius ρ, et factam esse sync.: alios velle prius esse φρατρία, ut antea quoque docui. Paulo post vero addit e quodam Lex., Atticorum esse φράτηρ, at Iones id efferre per ω: Eosd. vero et φρήτρην dicere. [" Wessel. ad Herod. 63. (1, 125.) Heyn. Hom. 4, 265." Schæf. Mss.] Hinc autem est COMP. Ἀφρήτωρ, Qui in nullius curiæ consortio est, s. sodalitio, Il. I. (63.) Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος Ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρυόεντος. Ab Eust. exp. ὁ μὴ ἔχων φρήτρην et μεμονωμένος συγγενείας, item ἄπολις. Ego certe existimo ἀφρήτορα hic vocari non simpliciter Qui in nullius curiæ consortio est, s. tribus, nam ex illo possumus hoc intelligere, sed qui ab eo prorsus abhorret. Eandemque interpretationis formam nomini ἀνέστιος dandam censeo: adeo ut hisce duobus significetur Qui ab omni communitate et societate cum hominibus abhorret: tertium autem illud ἀθέμιστος dicatur de eo, qui divina omnia jura contemnit. [* " Φρήτραρχος, Inscr. Gruteri p. 125. Ignarra de Phratriis p. 133. ubi etiam extat θεῶν * φρητρίων." Schn. Lex.]

ΠΑΤΡΩΣ, ὁ, Gen. πάτρω, vel πάτρωος, Patruus. Suspicatur autem Eust. [ad Il. B. p. 239, 24.] Ionicæ linguæ hoc vocab. esse potius quam communis; ita enim intelligo, quod dicit de πάτρως et μήτρως, ea esse Ἰακὰ μᾶλλον: addit porro significare θείους ἐκ πατρὸς καὶ μητρός. Id certe Herod., quem lingua ea uti scimus, aliquot usurpat locis, e quibus duos proferam: quorum unus est hic, 2. Ἀντιμεμφόμενον ὅτι ὁ μὲν αὐτοῦ πατὴρ καὶ πάτρως κ. τ. λ. Alter autem est hic, 4, (76.) Εἶναι δ' αὐτὸν Ἰδανθύρσου τοῦ Σκυθέων βασιλέως πάτρων. Affertur vero et dat. πάτρῳ ex Eod. (6, 103.) ‖ Sed πάτρως signif. etiam Progenitorem a paterno genere, τὸν κατὰ πατέρα πρόγονον, Eust.: is enim postquam dixit quosdam vocare πάτρωας et μήτρωας, quos alii appellant πατραδέλφους et μητραδέλφους, addit, Stesichorum πάτρωα dixisse τὸν κατὰ πατέρα πρόγονον: idque probat exemplo, quod ibi vide, p. 316. [Barker. ad Etym. M. 1087. " Ad Herod. 167. 316. 486. Thom. M. 846. 848." Schæf. Mss.] AT VERO Πατρωὸς, ὁ, Vitricus: sicut μητρυιὰ, Noverca, cujus signif. exemplum Bud. e Pand. affert. [" Ad Mœr. 255. ad Charit. 297. Thom. M. 640." Schæf. Mss. Plut. Arato 38. Cleomene 11.] J. Poll. tamen l. 3. non valde nomen hoc probat: ei anteponens NOMEN Ἐπιπάτωρ, ορος, ὁ, quod est itidem Vitricus. [" Ad Mœr. l. c. Thom. M. 849." Schæf. Mss.] Sonat vero ἐπιπάτωρ, q. d. Superpater. I. e. Qui superadditur patri, ut ita dicam. Sed mendose ap. eum scriptum esse πατρῷον pro πατρωοῦ,

a nominativo πατρωὸς, admonitus esto lector. Invenitur autem ETIAM Πατρυιὸς ap. Eust.: quæ per υι scriptura conveniet cum scriptura nominis μητρυιὰ, necnon NOM. Μητρυιὸς, quod itidem Vitricum significare docet. Atque adeo cum ita scripserit Eust. Ἰστέον δὲ ὅτι τε καὶ μητρυιὸν οἱ παλαιοί φασι τὸν πατρωὸν, * ἀῤῥενωνυμοῦντες τὴν μητρυιὰν, καὶ λέγει οὕτω Θεόπομπος κ. τ. λ., et cum subjunxerit aliquanto post, de scriptura vocabuli μητρυιὰ disserens, Τὸ δ' αὐτὸ λογιστέον καὶ ἐπὶ τοῦ πατρυιός: cum, inquam, hæc ita sint, non immerito fortasse suspicetur quispiam, non πατρυιὸς, sed μητρυιὸς hic ab eo scriptum fuisse; nam πατρωὸς quidem certe locum hic non habet, cum ea, quæ de scriptura dicuntur, nullo pacto ei conveniant. Alioqui enim cur in illo priore l., ubi πατρωὸν habemus, non itidem πατρυιὸν scripsisset? Porro ex iis quæ illum de nominis μητρυιὰ scriptura disserere dixi, addit autem, hoc idem nobis in πατρυιὸς considerandum esse, colligo eum in ea fuisse sententia, id enim aperte non indicat, ut putaret in NOMINE Μητρυιὰ esse duas illas syllabas e compositione cum υἱός: dicit enim τέθριππος quidem ἀναλόγως vertisse tenuem in aspiratam, quod aspiretur ἵππος: at in μητρυιὰ idem factum non fuisse, sed μητρυιὰ scribere placuisse: quæ scriptura ex Ionicæ aut Æolicæ linguæ consuetudine manarit. Quibus verbis innuit, s. potius aperte indicat, scr. fuisse μηθρυιὰ, quod itidem de μηθρυιὸς ac παθρυιὸς judicandum est, sicut τέθριππος, per θ. Verum ad me quod attinet, prorsus ab Eust. de illa terminatione in υια dissentio, eam non e comp. cum υἱὸς, sed simpliciter ἐκ παραγωγῆς esse, s. κατὰ παραγωγὴν ita efferri existimans. [" Ad Mœr. 255." Schæf. Mss.]

Vox autem LATINA est Πάτρων, meo quidem judicio, sicut ET Πατρίκιος, i. e. e Latina Patronus facta. [" Cf. Fabretti Inscr. Domest. 756." Boiss. Mss.] Nec me quisquam de hac sententia deducet, nisi qui aliquem usum hujus nominis πάτρων ap. quempiam perantiquum Scriptorem Gr., antiquiorem quidem certe quam ut e Romano sermone mutuatus id videri queat, mihi ostenderit. Nihil enim me movet quod scribit J. Poll., sc. τοὺς ἀρχηγοὺς γένους, s. ἀρχηγέτας, qui etiam γενάρχαι ac προπάτορες appellantur, Latine generis auctores, e Virg., dici etiam πάτρωνας. Hoc inquam minime me movet, quod nequaquam ap. ullum e vetustioribus Scriptt. invenisse eum hanc vocem existimem. Multo vero minus his Schol. Eur. verbis moveor, Ἀπελεύθερος δὲ, ὁ ἀργυρώνητος μὲν πρῶτον, εἶτα ἐλευθερωθείς· ὁ δὲ ἐλευθερώσας αὐτὸν, πάτρων, καὶ κλίνεται πάτρωνος. Est enim hic usus nominis πάτρων, non, ut ille quem affert J. Poll., remotus aliquantum ab eo quem habet ap. Latinos Patronus: sed cum eo prorsus conveniens, quem ap. illos interdum habuisse, e Plut. etiam discimus. Is enim in Fabio Maximo, postquam scripsit, Οἱ δὲ στρατιῶται τοὺς στρατιώτας πάτρωνας ἠσπάζοντο, addit, Τοῦτο δ' ἐστὶ τοῖς ἀπελευθέροις προσφώνημα πρὸς τοὺς ἀπελευθερώσαντας. Alioqui πάτρωνα sonare i. q. προστάτην, et relationem habere ad κλίεντα, Clientem, quod sonat πελάτην, ex eo discimus in Vita Romuli (13.) p. 44. meæ Ed. Ubi docet etiam a Patrone quodam nomen hoc ortum habuisse. [" Thom. M. 849. ad Charit. 415. ad Diod. S. 2, 576." Schæf. Mss. " Schol. Eur. Hec. 420." Kall. Mss. * Πατρώνισσα, Gl. Patrona: * Πατρωνεύω· Patrocinor.] Ibid. EST ET Πατρωνεία, quod perinde est ac si dicas Patronatus; magis enim respondere huic nomini existimo, quam nomini Patrocinium, et ab eo exp. itidem προστασία. [" Dionys. H. 1, 258." Schæf. Mss. * Πατρωνικὸς, Suid. 3, 60.] Alterum quoque nomen LAT. Πατρίκιος, unica quidem certe litera a Lat. Patricius differens, in eod. Plut. l. habetur: ita ut eadem opera de utroque doceri ab eo possis. Sed vide ut e duabus derivationibus eam sequaris, qua nomen hoc a patris appellatione deducit, non autem eam, qua ἀπὸ τῆς πατρωνείας: cum vel terminatio huic derivationi aperte refragetur. Ceterum quanto manifestius est πατρίκιος mere Latinum esse pro Patricius, tanto magis miror Bud. duobus in ll. autem Suidæ nugis præbuisse, scribentis, Πατρίκιος, πατὴρ τοῦ κοινοῦ: quasi sc. Patricius dicatur ex eo, quod sit velut Communis pater reip. Nam quæ magis violenta esse etymologia potest si literas species? contra vero terminationem illam nominis Patricius Latinam esse, alia quamplurima eod. modo terminata vocabula testantur. [Dionys. H. 1, 81. 82. 108. 191. 276.]

" ΠΑΥΡΟΣ, Poëticum adjectivum est, i. significans q. ὀλίγος in prosa, Paucus, Non multus, Il. B. " (675.) παῦρος δέ οἱ εἵπετο λαὸς, Γ. (214.) ἐπιτροχάδην ἀγόρευε Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως: erant " enim Lacones sua natura βραχυλόγοι, Breviloqui et " pauciloqui: unde etiam subjungit, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος. Utitur etiam comparativo παυρότεροι, Pauciores: Il. O. (407.) οὐδὲ δύναντο Παυροτέρους περ " ἐόντας ἀπώσασθαι παρὰ νηῶν: N. (739.) μάχονται " Παυρότεροι πλεόνεσσι, Δ. (407.) Παυρότερον λαὸν " ἀγαγόνθ' ὑπὸ τεῖχος Ἄρειον, Pauciorem populum, " Minorem populi numerum. Interdum ponitur pro " Parvus, Brevis, Nicand. Θ. (224.) ἄλλοτε μῆκος " Μάσσων, ἄλλοτε παῦρος." [" Heyn. Hom. 7, 70. Voss Myth. Br. 1, 125. Toup. Opusc. 1, 366. Valck. Callim. 267. Brunck. Aj. 1022. Parvus, Jacobs. Anth. 6, 207. Simonid. 13. et Jacobs., Apoll. Rh. 1, 573. Πολλοὶ μὲν ἐχθροὶ, παῦρα δ' ὠφελήσιμα, Wakef. Herc. F. fin. Παῦροι, Nemo, Heyn. Hom. 5, 149." Schæf. Mss.] " Neutrum plurale παῦρα adverbialiter " ponitur interdum pro Paucies, Raro, Non sæpe, " Non multum, Hesiod. Θ. (780.) Παῦρα δὲ πωλεῖται. " Alioqui DICITUR Παυράκις e signif., ut ὀλιγάκις. " Hes." [Theognis 859.] " Pro παῦρος dicitur " ETIAM Παυρίδιος, forma dimin., Pauculus, Pauxillus, Hesiod. Ἔργ. (1, 132.) Παυρίδιον ζώεσκον " ἐπὶ χρόνον, Ad pauxillum tempus. Ex eod. παῦρος " COMP. Παυροεπὴς, Pauciloquus: Erinnæ epith. in " Epigr." [" Jacobs. Anth. 8, 48." Schæf. Mss. * Παυρὰς, i. q. παυρὰ, Nicander Θ. 210.] " Παῦνον, " Hesychio μικρὸν, Parvum, Paucum, ut παῦρον. Sed " addit quosdam exp. μέγα, ἀγαθόν."

ΠΑΥΩ, Finem impono, Finio, Cessare facio s. Desistere, Xen. K. Π. 8, (6, 4.) p. 136. meæ Ed. Τότε μὲν ἔπαυσε τὸν λόγον, Tunc finem imposuit suæ orationi, Tunc finiit orationem suam, quod Finio ponitur et pro Cessare facio. Sic cum jungitur participio, commode reddi potest Finem impono: Isocr. Πόλιν δυστυχοῦσαν παῦσαι, Urbis calamitatibus finem imponere: quod perinde est ac si diceretur πόλιν δυστυχιῶν παῦσαι. Eadem constr. dixit in Paneg. Ἀλλ' ἵνα αὐτοὺς ἐκείνους παύσω, καθ' ὅσον ὁ λόγος δύναται, τοιαύτην γνώμην ἔχοντας, Ut finem imponam huic eorum opinioni, Ut desistere faciam ab hac opinione. Ad verbum, Ut desistere faciam hanc opinionem habentes, pro Desistere ab hac, quam habent, opinione. Itidem, Στρατηγοῦντα δ' αὐτὸν ἐπαύσατε, ap. Dem. (1187.) Et παύειν ἄρχοντα ap. Lys., nisi quis ἄρχοντα loco nominis habere malit, q. d. Facere desistere a magistratu. Sed redditur potius Abrogare alicui magistratum, imperium magistratui. Παύω cum aliquibus accuss., commodius redditur Reprimo, Coërceo: ut cum dicitur πάνυ τὴν ὕβριν a Dem. Reprimo insolentiam, Coërceo, etiam Compesco: quæ multo significantius dicuntur quam Finem impono insolentiæ, Cessare facio insolentiam. Sic ap. Hom. παύειν ἐὸν ῥόον, et aliquoties παύειν χόλον, ac μένος, Reprimere iram s. Cohibere. Nisi malis Sedare iram. Sed hoc observandum est, cum dicitur, παύω τὸν σὸν χόλον, τὸν χόλον σου, τὸ σὸν μένος aut τεὸν, tunc, si aliquo istorum verborum uti non velimus, sed potius magis ad verbum reddere, esse dicendum, Facio ut cesses aut desistas ab ira, Impono finem iræ tuæ: at cum dicitur, παύω ἐμὸν χόλον, s. ἐμὸν μένος, reddi Cesso vel Desisto ab ira: nec solum Impono finem iræ meæ, sed etiam Finem facio iræ. Sic Il. A. 283. Ἀτρείδη, σὺ δὲ παῦε τεὸν μένος, Desiste ab ira, Finem fac iræ tuæ etc. Utrique autem loco convenit verbum Sedo, cum dici possit παύω τεὸν μένος, Sedo iram tuam: itidemque παύω ἐμὸν μένος, vel simpliciter παύω μένος, aut παύω χόλον, Il. T. (67.) Νῦν δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ παύω χόλον, Sedo iram meam. Cui

simile est, *παῦε τεὸν μένος*, Tuam sedato iram. Uti vero licet et verbis illis, Reprimo, Cohibeo, aliisve hujusmodi. Sed eod. illo verbo Sedo aptissime reddemus ap. Eund. hoc *παύειν*, junctum accus. *ὀδύνας*, Il. Π. (528.) *Αὐτίκα παῦσ' ὀδύνας*, Sedavit dolores. Legitur autem et *παύειν ὀδυνάων* ap. eum: de qua constr. dicam infra. Item cum accus. *ἄνεμον*, Od. K. (22.) ubi verbo *ὀρνύμεν* opp. *Κεῖνον γὰρ ταμίην ἀνέμων ποίησε Κρονίων, Ἠμὲν παυέμεναι ἠδ' ὀρνύμεν ὅν κ' ἐθέλῃσι*: hic enim cum *ὅν κ' ἐθέλῃσι* oportet *ἄνεμον* repetere *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ*. Sunt porro et accuss., cum quibus reddi potest Aboleo: *παύω τὴν τυραννίδα*, Aboleo tyrannidem. In alia autem constr. reddi et verbo Abrogo, sicut in l. quem protuli supra, disces e sequentibus. || *Παύω* habet et alias constrr., quarum una est, et ea quidem frequentissima, nisi me fallit memoria, *παύω σε τούτου*: pro quo interdum et *παύω σε ἐκ τούτου*: altera, *παύω σε ποιεῖν τοῦτο, μηκέτι ποιεῖν*. Sed et cum pass. infin., præcedente particula *μή*. Quod ad priorem attinet, sc. *παύω σε τούτου*, sciendum est, quemadmodum docui dixisse Dem. *παύω τὴν ὕβριν*, quod fuerit exemplum *τοῦ παύω τοῦτο*, ita dixisse Isocr. *παύω σε ὕβρεως*, quod fuerit exemplum *τοῦ παύω σε τούτου*, Paneg. *Κἀκεῖνον τῆς ὕβρεως ἔπαυσαν*. Est autem *παύω σε τῆς ὕβρεως*, Facio ut desistas ab insolentia, Impono finem tuæ insolentiæ. Aut, utendo quopiam significantiore verbo, Reprimo tuam insolentiam, Coërceo, Compesco, si quidem structuræ orationis non habeatur, sed sensus duntaxat ratio: alioqui dicendum esset, Reprimo ab insolescentia, Coërceo, Compesco. Sed Latinitas patietur potius, ut opinor, Refræno te ab insolentia: cum et Cic. constructionem hanc isti verbo dederit. Quod si quis hoc non libenter utatur, quod ei plus vehementiæ inesse putet, idem autem fortasse et de tribus illis proxime præcedentibus judicabitur, quam verbo *παύω*: aut dicat, Deduco te ab insolescentia, aut Depello: aliudve hujusmodi verbum, sed aptius tamen, quærat. Dicerem autem Prohibeo, quo hoc ipsum verbum exp. ap. Thuc. 3. *Βουλόμενοι τῆς μὲν ἔξω ξυμμαχίας ὑμᾶς παῦσαι, ἐς δὲ τὰ κοινὰ τῶν πάντων Βοιωτῶν πάτρια καταστῆσαι*, sed prohibere dicimur quempiam non tam ab ea re a qua desistere eum volumus, quæ inest verbo *παύω* significatio, quam ab ea quam facere s. aggredi parat. At vero cum dicitur *παύω σε τῶν ἐπιθυμιῶν*, locum fortasse habere potest illud Deduco, ut dicamus sc. Deduco te a cupiditatibus: sed non minus aptum judicabunt alii fortasse vel Libero, vel Vindico. Est autem eo loquendi genere usus Xen. *Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐπιθυμιῶν τοὺς συνόντας ἔπαυε*. Ejusd. generis est, *παύειν τῶν πονηριῶν* ap. Isocr., cui opp. *προτρέπειν ἐπὶ τὰς πονηρίας*, Archid. *Δύο τρόποι τυγχάνουσιν ὄντες οἱ καὶ προτρέποντες ἐπὶ τὰς ἀδικίας, καὶ παύοντες τῶν πονηριῶν*. Plato autem dixit etiam *παύειν τινὰ τῆς λυγγὸς*, Symp. *Ὦ Ἐρυξίμαχε, δίκαιος εἶ ἢ παῦσαί με τῆς λυγγὸς, ἢ λέγειν ὑπὲρ ἐμοῦ ἕως ἂν ἐγὼ παύσωμαι*, ubi non minus apte verbo Liberare uti possumus. Observa autem uno eodemque in l. usum *τοῦ παῦσαι* et *τοῦ παύσασθαι*. Hanc autem constr. sæpe habet et in Abrogandi signif.; ut enim dicitur *παύειν ἄρχοντα, στρατηγοῦντα*, de quibus supra, sic etiam *παύειν τινὰ τῆς ἀρχῆς, στρατηγίας*. His simile est *παύειν τῆς βασιλείας*, pro quo *τῆς βασιληΐης* Ionice ap. Herod., item *τινὰ τῆς ναυαρχίας* ap. Thuc., quibus in ll. *παύειν* non incommode redditur verbo Privare. Xen. *Ἑλλ.* 6, (2, 8.) *Παύσαντες αὐτὸν τῆς στρατηγίας, Ἰφικράτην ἀνθαιροῦνται*, Cum privassent illum imperio, vel, mutando constr., Cum abrogassent illi imperium. Sic *παύειν τινὰ τῆς βασιλείας*, Privare regno. Ubi tamen et illo verbo Deducere uti possis, si cum Hirtio dicere velis Deducere e regno. Quidam certe interpr. Adimere alicui regnum. Sciendum est autem, Hom. quoque sæpe dixisse non solum *παύω τούτου*, sed et *παύω σε τούτου*, utplurimum tamen hunc personæ accus. subaudiendum nobis relinquendo, ut cum dicit *παῦσε δὲ χάρμης*, et *παῦσε δὲ θούριδος ἀλκῆς*, subaudiens *αὐτόν*. Et Il. Δ. (191.) *Φάρμαχ' ἅ κεν παύσῃσι μελαινάων ὀδυνάων*. At Od. Ψ. (298.) junxit accusativo rei pro accus. personæ, *Παῦσαν ἄρ ὀρχηθμοῖο πόδας, παῦσαν δὲ γυναῖκας*. Soph. interjecta præp. *ἐκ* dixit (El. 987.) *παῦσον ἐκ κακῶν ἐμέ*. Quod autem attinet ad illam verbi *παύω* cum infin. constr., qua sc. dicitur *παύω σε τοῦτο ποιεῖν*, legitur ap. Thuc. 2, (67.) p. 69. meæ Ed., *Βουλόμενοι πεῖσαί τε αὐτὸν, εἰ δύναιντο, μεταστάντα τῆς Ἀθηναίων ξυμμαχίας, στρατεῦσαι ἐπὶ τὴν Ποτίδαιαν, οὗ ἦν στράτευμα τῶν Ἀθηναίων πολιορκοῦν, καὶ παῦσαι βοηθεῖν τε αὐτοῖς, καὶ ᾗπερ ὥρμηντο, δι' ἐκείνου πορευθῆναι κ. τ. λ.*, ubi *παῦσαι* non cum *πεῖσαι* jungitur, alioqui enim esset *παῦσαι* pro *παύσασθαι*, et tres infinitivi simul, sed immediate cum *βουλόμενοι*, ut sit, Volentes efficere ut desisteret a ferendis suppetiis; vel Ut desisteret ferre suppetias. Proferam autem minime controversum hujus constr. exemplum, non quidem in hoc simplici *παύω*, nullum enim mihi in præsentia suppetit, sed in comp. *ἀποπαύω*: cum utriusque quod ad hanc constr. attinet, eadem sit ratio. Ita igitur ille Od. Σ. (113.) *Ὃς τοῦτον τὸν ἄναλτον ἀλητεύειν ἀπέπαυσας Ἐν δήμῳ*. Et quoniam docui *παύειν* aliquibus in ll. reddi posse verbo Compescere, sicut et Reprimere, aliisque hujusmodi, hoc addo, inveniri hoc ipsum Compesco infinitivo itidem junctum ap. Plaut. Bacch. Cave malum, et compesce in illum injuste dicere. Ubi si mendum non est, merito quis miretur factum ex activo verbo neutrum, quod verbo *παύω* itidem usuvenire interdum mox docebo. Verum additur interdum huic verbo et negatio *μή*, vel *μηκέτι*, ut ap. Lucian. (1, 860.) *Ἔπαυσε μηκέτι λοιμώττειν αὐτοὺς*, pro *ἔπαυσε λοιμοῦ αὐτοὺς*, Illis finem pestis imposuit, Finem pestis attulit, Eos a peste liberavit. Apud Aristoph. cum *μή* sequente etiam pass. infin. *παύω σε μὴ ἐξαπατᾶσθαι*.

Παύω neutraliter pro Finem facio, Cesso, Desisto, Desino: pro qua signif. ex Hom. affertur cum gen. *παῦσαν ἀέθλων*, pro Finem certandi fecerunt. Observavi alioqui hunc verbi istius usum in imperativo potius: Hesiod. *Ἀ.* (449.) *Ἀλλ' ἄγε παῦε μάχης, μηδ' ἀντίος ἵστασ' ἐμεῖο*. Sic Aristoph. B. (580.) *παῦε, παῦε τοῦ λόγου*. Et cum partic. *παῦε ὀρχούμενος*. Invenitur autem *παῦε* et sine adjectione, et quidem pro Tace, ap. Aristoph. (*Ὀρν.* 1504.): quæ signif. datur itidem imperativo Desine a Lat. Comicis. Sed libet hoc lectori nostræ linguæ studioso expendendum proponere, annon verisimile sit nos, cum aliquem tacere jubentes, dicimus Pai pai, potius e Græcis *παῦε παῦε*, nam et ita geminatum hoc verbum extat ap. Aristoph., quam e Lat. Pax pax mutuari. Mihi quidem certe non fit verisimile nos jubentes aliquem tacere, uti nomine quod Pacem significet, licet alioqui Pacem appellemus Paix, ac non potius eo cui ipsa Tacendi insit signif., i. e. *τῷ παῦε*. Neque vero movere quemquam debet hæc diphthongi *αυ* in nostram *ai* mutatio, cum et in aliis quibusdam vocabulis e sermone Græco sumtis ea utamur.

At vox PASS. *Παύομαι* in signif. neutra, Finem facio, Cesso, Desisto, Desino. Jungitur interdum genitivo, interdum participio, idque ap. utrosque Scriptt. Sed hæc constr., nisi me fallit memoria, solutæ orationi, illa carmini usitatior, s. potius utraque in soluta oratione frequens, at in carmine rara est altera, sc. cum participio. Primum igitur genitivo junctum *παύομαι*, in carmine quidem, Il. H. (376.) *Παύσασθαι πολέμοιο δυσηχέος*, Σ. (125.) *πολέμοιο πέπαυμαι*. Rursum H. (290.) *παυσώμεσθα μάχης καὶ δηϊοτῆτος*. Legitur vero et, *Παύεσθον κλαυθμοῖο γόοιό τε*, Od. Φ. (228.) In soluta autem oratione, ut *παύομαι τῆς ὀργῆς*, Desisto ab ira, Iræ finem facio, Desino irasci, ap. Lys. Item Herodian. 7, (10, 16.) *Τῆς τε ὀργῆς ὁ δῆμος ἐπαύσατο*. Sic et ap. Dem. *παύεσθαι τῆς ὕβρεως*, (564.) *Οὐθ' ὑπολαμβάνω τιμήσειν ἐλάττονος τούτῳ ἢ ὅσον καταθεὶς παύσεται τῆς ὕβρεως*, ubi tamen Bud. *παύεσθαι* non verbo neutro, sed passivo est interpretatus, sic reddens h. l., Ita huic litem non minoris a vobis æstimandam esse censeo, quam quanta pœna depensa, ab injuria postea inferenda coërceatur. Et cum gen. *βοηθείας*, pro Desisto a ferendo subsidio. Item cum gen. *ἔργων*, necnon *πλησμονῆς* ap. Xen. (*Ἀπ.* 3, 11, 14.) E Plat. autem cum gen. *κακῶν*: sed *παύσασθαι κακῶν* ap. eum exp. perinde ac si esset pro *παῦσαι* positum: sc. Finem

imponere calamitatibus. Ad quam interpr. nisi quid nos confugere cogat, cum hunc vocis *παύσασθαι* usum nullo alio exemplo confirmari videam, malim exponere, Finem malorum habere, invenire. Hoc alioqui fateor, quemadmodum dixi, *παύω* in quibusdam ll. posse reddi Finem facio, Cesso, Desisto, quæ sunt propria vocis passivæ *παύομαι*: ita vicissim esse ubi *παύομαι* reddi possit Finem impono, Finio, quæ alioqui proprie activæ voci *παύω* conveniunt: ut sc. cum dicitur *παύομαι τοῦ δρόμου*: hoc enim reddere potes non solum, Finem facio currendi, Desisto a cursu, sed etiam, resolvendo orationem in aliam structuram, Finem impono cursui, Finio cursum, aut etiam Sisto cursum; nam qui dicit *παύομαι τοῦ δρόμου*, i. e. Finem facio currendi, Desisto a cursu, Desino currere, non aliud dicit quam *παύω τὸν ἐμὸν δρόμον*: ut vicissim qui ita loquitur, *παύω τὴν ἐμὴν ὀργὴν*, Finem impono iræ meæ, perinde est ac si diceret Finem facio irascendi, Desino irasci. At vero in *παύσασθαι κακῶν* idem non spectatur, cum is, qui dicit *παύομαι τῶν κακῶν*, Finem habeo malorum, non continuo dicere possit *παύω τὰ κακὰ*, Finem impono malis: nihilo certe magis quam is, qui dicit Convalesco ab hoc morbo, vel Sanatus sum ab hoc morbo, dicere potest itidem, Sanavi me ab hoc morbo. Ceterum affert Bud. e Synes. *παύομαι* cum gen. *τῆς ἀρχῆς*, expositum activo itidem verbo, sc. Abdico, cum accus. Me: nam *παύομαι τῆς ἀρχῆς* redditur Abdico me magistratu. Simul tamen vertit hoc verbum et neutro Abeo: interpretans, Abeo magistratu. Ut porro *παύω* genitivo junxit Soph., juncta præp. *ἐκ*, sic *παύομαι* Aristoph. (B. 1531.) ubi dicit *παύομαι ἐκ μεγάλων ἀχέων*: quod *παύομαι* redditur rursum passivo verbo Recreor.

Παύομαι in altera constr., sc. cum participio, prosæ potius quam carmini usitatum, Xen. K. Π. 7, (2, 3.) *Ἀκούσαντες ταῦτα οἱ Χαλδαῖοι ἔδεισάν τε καὶ ἱκέτευον παύσασθαι ὀργιζόμενον*, ubi observa *παύσασθαι ὀργιζόμενον* eadem signif. qua habuisti supra *παύσασθαι τῆς ὀργῆς*. Tale est *παύομαι διψῶν*, (K. Π. 1, 3, 10.) Et *παύομαι φονεύων*, Thuc. Plato quoque dixit de Rep. 1. *Ἐπειδὰν αἱ ἐπιθυμίαι παύσωνται κατατείνουσαι καὶ χαλάσωσι*. Jungitur vero et participio passivo, ut *παύομαι βασανιζόμενος*, Desino torqueri, ap. Antiphontem. Pro quo et *παύομαι στρεβλούμενος* ap. Eund., *Ἠπίστατο γὰρ ὅτι παύσοιτο στρεβλούμενος ὁπότε εἴποι τὰ τούτοις δοκοῦντα*. Sic *Παύσασθαι ὀδυνώμενον*, Plato de Rep. 9. Et, *Παύομαι ταραττόμενος*, Plut. Solone, Desino turbari.

Παύομαι sine adjectione etiam ponitur, relinquendo, ut opinor, subaudiendum participium, aut certe gen. Aliquos tamen excipio locos, cujusmodi est hic Gregorii, *Ταῦτα πέπαυται*, pro Hæc desita sunt haberi, desierunt. Sed et in hoc Gellii loco, Disciplina tibiis canendi desita est, sicut Desita est sine adjectione ponitur, non dubium est quin de *πέπαυται* idem dici hic possit. Alioqui ponitur pro Quiescere, s. Requiescere: in qua signif. frequentius est *ἀναπαύεσθαι*. Sed et pro Quiescere in ea signif., qua dixit Virg. Flammam quievisse, Æn. 6. Postquam collapsi cineres, et flamma quievit. Nec enim dubium est quin tale sit istud Homericum, *παύσατο δὲ φλὸξ*, atque adeo Virg. id exprimere voluerit: Il. Ψ. (228.) *Τῆμος πυρκαϊὴ ἐμαραίνετο, παύσατο δὲ φλόξ*. Quod si *παύεσθαι* reperiatur et pro Tacere, sicut de *παῦε* dictum fuit supra, tunc quoque verbum Quiescere ejus interpretationi adhibere poterimus, cum Terentio; si tamen eos sequamur, qui in quibusdam ejus ll. accipi simpliciter putant pro Tacere, a quibus ego dissentio. At vero Desinere ita sumi ab hoc ipso Comico, minime controversum est. Sed in VV. LL. e Theophr. affertur *παύεσθαι* oppositum etiam *τῷ ἵστασθαι*, significanti Reniti et obsistere: H. Pl. 5, 8. *Εὔπριστα δὲ καὶ εὔσχιστα τὰ ἐνικμότερα τῶν πάμπαν ξηρῶν· τὰ μὲν γὰρ παύονται, τὰ δὲ ἵστανται*. Affertur que ad hujus interpr. confirmationem, e Plin. 16, 43. Arida latius quam viridia serris cedere. Sed quibusdam suspectum est *παύονται* in illo Theophr. l., cum alioqui constet Plinium quæ ibi dicit, ex ipso Theophr. mutuari.

MONOSYLL. *Παῦ* per apoc. pro *παῦσαι* dictum fuisse, testatur ap. Eust. [Od. A. p. 43, 45.] Ælius Dionys. sed ambiguum est intelligatne pro *παῦσαι* infinitivo activo, an pro *παῦσαι* imperativo medio. Ego certe de hoc potius quam de illo intelligendum putarim.

[" *Παύω*, ad Xen. Mem. 3, 14, 1. Heringa Obs. 145. ad Charit. 254=686. ad Il. N. 424. ad Herod. 335. ad Xen. Eph. 239. Valck. Hipp. p. 237. Markl. Suppl. 310. Il. O. 459. coll. Wolf. Proll. 225. Heyn. Hom. 6, 208. 7, 77. Brunck. Aristoph. 1, 34. 3, 37. De constr., ad Xen. Mem. 4, 2, 17. Phalar. p. 28. ad Herod. 536. 613. Brunck. Œd. C. 1751. *Παύω τινά τινος*, Ind. Xen. Mem. *Τὸν νοσοῦντα παύειν*, Simon. Dial. 100. *Παῦε*, Brunck. Aristoph. 3, 42. Epigr. adesp. 661. Heyn. Hom. 5, 586. 6, 31. Heind. ad Plat. Phædr. 193. Vox celeustæ, ad Lucian. 1, 240. *Παῦσαι*, Lobeck. Aj. p. 413. *Παύσῃ* —; Lennep. ad Phal. 45. Act. pro med., Ruhnk. ad H. in Cer. 351. ad Il. I. 260. Brunck. Phil. 1275. De act. et med., Jacobs. Anth. 6, 402. Brunck. Aristoph. 1, 159. Kuster. 71. Thom. M. 230. 696. Diod. S. 1, 429. Eur. Herc. F. 675. Leon. Tar. 4. De constr., Zeun. ad Xen. K. Π. 89. Toup. Opusc. 2, 133. Valck. Diatr. 87. Dawes. Misc. Cr. 324. Plut. Mor. 1, 861. 863. Porson. Med. p. 28. Aristoph. 'A. 634. Boiss. Philostr. 569. Cum participio, Schol. ad Lucian. 1, 3. Valck. Phœn. p. 575. Brunck. Apoll. Rh. 169. Cum infin., Longus p. 41. Pass. An accus. regat, Heind. ad Plat. Apol. p. xiii. *Ἐπαύθην, ἐπαύσθην*, Wessel. Add. ad Herod. 65. (Buttm. A. Gr. 1, 448.) *Παυθῆναι*, ad Dionys. H. 1, 193. 2, 728. 3, 1342. *Πεπαύσομαι*, Wakef. Trach. 587. *Πεπαύσομαι, παύσομαι*, Mœr. 298. et n. Plusquamperf. pass., Thom. M. 54." Schæf. Mss.]

Παυσίβακτροι, οἱ, q. d. Ad sedandum utentes baculis, in VV. LL. Baculis robustis utentes, ut qui fustibus lites sedant et dirimunt. At Hes. habet duntaxat, *Παυσιβάκτρων, ἰσχυρῶν βακτηρίων χρωμένων*: quæ scriptura mendosa esse videtur; ac certe, sequendo illam exp. quam habent VV. LL., reponendum esset *ἰσχυραῖς βακτηρίαις χρωμένων*. Alioqui possit etiam suspicari quispiam, eum scripsisse *ἰσχυρῶν* seorsum, et addidisse, *βακτηρίαις χρωμένων*. Sed et illa ipsa vox *παυσίβακτροι* non immerito suspecta cuipiam fuerit. [A Schneidero non agnoscitur. • *Παυσίκακος, ὁ, ἡ*, Greg. Naz. 2, 292. " Schol. Pind. 'O. 2. 1." Boiss. Mss.] *Παυσίλυπος*, Mœrori finem imponens, afferens, Mœrorem cessare faciens. Sedans mœrorem, ut *παυσίλυπος ἄμπελος* vocatur a quodam Poëta ap. Athen. (40.) Mœroris sedatrix vitis, quod vini potu exhilarentur homines. Sic et poculum illud, quod in conviviis tertium Jovi Servatori dicatum erat, *παυσίλυπον* vocabatur, ut habent VV. LL. Ibid., Jovis esse dicitur epithetum ap. Soph. (Nauplio Fr. 1.) Sed et quendam lapidem vocatum fuisse *παυσίλυπον*, quod si quis dum in luctu versatur, eum nactus fuerit, continuo mala ejus finiantur, ex Jasone Byzantio discimus, *Ἐν Στρυμόνι ποταμῷ γεννᾶται λίθος παυσίλυπος καλούμενος, ὃν ἐὰν εὕρῃ τις πενθῶν, παραχρῆμα παύεται τῆς κατεχούσης αὐτὸν συμφορᾶς*. Quinetiam villa quædam Campaniæ Pausilypum dicta fuit, ut testantur cum alii, tum Plin. Hoc autem nomen ab amœnitate obtinuit. [Eur. Bacch. 771. " Heyn. Hom. 8, 255. ad Charit. 358. Brunck. Soph. 3, 429. Jacobs. ad Anth. 1, 1. p. 22." Schæf. Mss. " Vitiosum *Παυσόλυπος*, Nicet. Eugen. 4, 217. 6, 241." Boiss. Mss.] *Παυσινύσταλον*, Quod dormitationem reprimit, vigilare facit, Eust. Od. Δ. p. 1491. *Ἔοικε δὲ μᾶλλον τῷ τῆς Ἑλένης κρατῆρι, τὸ παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον γρηγόρσιον· ἐπειδὴ καὶ νηφάλιοι θυσίαι ἦσαν, ἐν αἷς οἶνος οὐκ ἐσπένδετο, φασὶν, ἀλλ' ὕδωρ μελίκρατον*. Quibus addit, Homerico illi *κρατῆρι* similius etiam esse, quod ab Ælio Dionysio commemoratur *παυσινύσταλον*, et ab eo esse dicitur vel *βρῶμα*, vel aliquid hujusmodi. Esse autem *παυσινύσταλον* ajunt, inquit, simile ei quod DICITUR *Ἐγρηγόρσιον*: quo significatur, *τὸ ποιοῦν ἐγρηγορέναι, καὶ ὡς εἰπεῖν νηφάλιον*. Observa autem obiter, hic quidem *Ἐγρηγόρσιον*, illic autem SCRIBI *Γρηγόρσιον*. Est alio-

qui in usu potius, sicut ἐγρήγορσις, ita etiam ἐγρηγόρσιος, et quidem significans ποιῶν ἐγρηγορέναι, sequendo ejus exp., i. e. Faciens vigilare, s. Vigilias afferens. Quod autem ad compositionem nominis hujus παυσινύσταλον attinet, existimo in eo νύσταλον substantivi fungi vice, cum tamen extra compositionem non inveniatur, quod quidem sciam: sed tantum NOMEN Νυσταλέος adjectivum, significans non Dormitationem, sed Dormitatorem, aut etiam Dormitabundum. Neque enim hac voce, ad exemplum aliarum complurium a me ficta, uti dubitarim. Παυσίπονος, ὁ, ἡ, Labori finem imponens, A labore recreans, Eur. [Iph. T. 451. Aristoph. B. 1356. Orph. H. 49, 6.] At vero COMP. Παυσάνεμος, amittit ι, quod in præcedentibus compp. habes. Vocavit autem παυσάνεμον θυσίαν Æsch. (Ag. 222.) Sacrificium sedans ventos, s. placans, ut locutus est Virg., i. e. quo impetramus sedationem ventorum. [* "Παυσανίας, Jacobs. Anth. 6, 318. Brunck. Soph. 3, 488." Schæf. Mss.]

Παῦσις, Cessatio, Requies, vel Sedatio, [Gl. Interdictum. "Matthæi ad Epist. ad Corinth. p. 231." Schæf. Mss. Eust. Il. A. p. 104. LXX. Jerem. 48, 2.] Pro quo dicit HOM. Παυσωλὴ, aliique Poëtæ, ut Il. B. (386.) Οὐ γὰρ παυσωλή γε μετέσσεται οὐδ' ἠβαιόν. Item παυσωλὴ πολέμοιο, in alio ejus loco. ["Koen. ad Greg. Cor. 269." Schæf. Mss.]

Παυστέον, Adv. positionis, ut vulgo appellant, Cessandum est, Finem facere oportet, παύεσθαι δεῖ. Sed interdum et activa signif. pro παύειν δεῖ, Facere oportet ut quis cesset. Plato, Παυστέον προειδότας αὐτοὺς τὸν θάνατον, Operam dare oportet ut desinat mortem prævidere, q. d. Faciendi sunt cessare a, etc. [Παυστέα, Gl. Compescenda.]

Παυστὴρ, ῆρος, ὁ, ITEM Παυστήριος, Sedator, Sedativus. Sonat autem παυστὴρ quidem, Sedator: at παυστήριος, q. d. Sedativus, Sedatorius. Vel Qui finem imponit, cessare facit. Alexis ap. Athen. (449.) vocat somnum παυστῆρα βροτείων πόνων, Qui finem imponit humanis laboribus, requiem affert a laboribus mortalium: Ὕπνος βροτείων, ὦ κόρη, παυστὴρ πόνων. At παυστήριος sub nomine Sophoclis habetur in VV. LL. [Vide Œd. T. 150.] Ubi παυστήρια sunt etiam Obices, Septa: quod Hes. exponat προβλήματα, ἢ φράγματα. Qui et παυστήρια ὄρη appellatos tradit Achaiæ montes in quibus mortuus est Orion. [Παυστὴρ, Soph. El. 304. "Valck. Hipp. p. 313. Wakef. Phil. 1438. Jacobs. Anth. 12, 347. Παυστήριον, Argum. Soph. Œd. T." Schæf. Mss. * Παύστης, unde] Παυστικὸς, Vim sedandi habens, VV. LL.

[* Παυστὸς, unde] Ἄπαυστος, ὁ, ἡ, Indesinens, Non cessans, Irrequietus, Fine carens, Perpetuus, Sempiternus: ut Cic. ἄπαυστος βίος ap. Plat., p. 23. mei Lex. Cic., vertit Sempiterna vita. Apud Thuc. autem (2, 49.) ἄ. δίψα reddi etiam potest passive, Insedabilis sitis, Sitis quæ sedari non potest. Itidem ἄ. γλῶττα signif. passiva, q. d. Incoërcibilis lingua, Lingua quæ coërceri non potest. [Dionys. H. 455, 1. Aret. 59, 7. "Markl. Suppl. 79. Jacobs. Anim. 46. Valck. Callim. 258." Schæf. Mss. Soph. Aj. 1209. Plato Timæo p. 36. Polyb. 1, 57, 7. 7, 15, 1.] Ἀπαύστως, et Ἀπαυστὶ, Indesinenter, Incessanter, Irrequiete, Sine quiete, Aristot. de Mundo, Συναναχορεύει πᾶσι τούτοις ἀπαύστως. ["Ἀπαύστως, Heyn. Hom. 8, 656." Schæf. Mss. Proclus p. 41. Ed. Bas. 1540. Eust. ad Dionys. P. p. 167. Ἀπαυστὶ, Dio Cass. 37, 50. * Δύσπαυστος, Euseb. H. E. p. 133=164. * Νήπαυστος, Indesinens, Lycophr. 972.]

AT VERO Παῦλα peculiarem formam habet: quo vocabulo significatur Cessatio, Intermissio, Requies, Finis. Plato Phædro, Τὸ γὰρ ἀεικίνητον, ἀθάνατον· τὸ δὲ ἄλλο κινοῦν, καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς: quæ Cic. ita est interpretatus, Quod semper movetur, id æternum est; quod autem motum affert alicui, quodque ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, vivendi quoque finem habeat necesse est. Plato Epist. 7. Οὐκ ἔστι παῦλα κακῶν τοῖς στασιάσασι. A Bud. exp. non solum Finis, sed et Clausula, in isto l. Aristot. Polit. 7. Καὶ πρὸς τὴν παῦλαν τῆς τεκνοποιίας ἡ σύζευξις συγκαταβήσεται χρόνοις εὐκαίρως. ["Ad Mœr. 26. Thom. M. 59. ad Diod. S. 1, 360. Musgr. El. 161." Schæf. Mss.]

Ἀναπαύω, Requiescere facio, Requiem s. Relaxationem do: ἀνάπαυε σαυτὸν, Da tibi requiem, teipsum requieti, quieti. Sed dicitur interdum ἀναπαύω ἐμαυτὸν vel ἀναπαύω σε, simpliciter: interdum ad accus. personæ additur gen. rei: ut ἀναπαύω σε τοῦ ἔργου. Xen. K. Π. 7, (1, 2.) Πρὶν δὲ ὁρᾶν τοὺς πολεμίους, εἰς τρὶς ἀνέπαυσε τὸ στράτευμα, Matth. 11, (28.) Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, Vobis requiem a labore tribuam, Il. P. (550.) ὅς ῥά τε ἔργων Ἀνθρώπους ἀνέπαυσεν ἐπὶ χθονί. Rursus Xen. (Ἱππαρχ. 4, 1.) Ἀναπαύειν τοὺς ἱππέας τοῦ βαδίζειν. || Ἀναπαύομαι, Quiesco, Requiesco, Xen. K. Π. 4, (5, 10.) Σὺ, ὦ ἄγγελε, ἀνάπαυσαι, ἐπεὶ πεπόνηκας, Tu, o nuntie, requiesce, siquidem te fatigasti, ubi absolute ponitur. Sæpe autem genitivo jungitur, ut ἀναπαύεσθαι τῶν πόνων, A laboribus requiescere: Isocr. Ἀναπεπαυμένοι τῶν εἰσφορῶν, ubi loquitur περὶ τῶν εἰσφορῶν, quasi de laborioso quopiam onere. Nonnunquam ita constructum exp. Cesso, Desisto, Desino. Interdum additur præp. ἐκ: Lucian. Ἐκ καμάτου μακροῦ ἀναπαυόμενον. || Ἀναπαυόμενον ὕδωρ, ad verbum Requiescens aqua, dicitur Aqua certi cujusdam fontis, s. potius ipse fons ap. Dodonam, quia non perennem habet aquam, Etym. || Ἀναπαύομαι, e Dem. (1046.) citatur pro Donor immunitate: quæ signif. si vera est, ejus ratio hæc fuerit, quod quædam sunt munia, a quibus qui est immunis, velut ab onere gravi videtur requiescere. || Ἀναπαύομαι, Suidas exp. τὸ ἀνακλίνομαι ὡς πρὸς ὕπνον, Cubo ut somnum capturus, Xen. K. Π. 8, (7, 2.) Ἔδοξεν ἀναπαύσασθαι, καὶ κατεκλίθη, 6. Ταύτην μὲν δὴ τὴν ἡμέραν οὕτω διαγαγόντες καὶ δειπνήσαντες ἀνεπαύοντο. || Ἀναπαύεσθαι, Mori. Herodian. (1, 4, 18.) de Marco imperatore loquens, Νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐπιβιώσας μιᾶς, ἀνεπαύσατο. Sic usurpatur et a Theodorito. Dicitur et ἀναπαύεσθαι τοῦ βίου. Itidem suum Quiescere, de morte dicunt Lat.: Ovid. Longa quiescendi tempora fata dabunt. ["Thom. M. 230. Jacobs. Anth. 6, 426. 7, 305. 9, 25. 220. Anyte 7. Huschk. Anal. 232. Boiss. Philostr. 331. Wakef. S. Cr. 4, 245. ad Charit. 222. 387. Abresch. Lectt. Aristæn. 12. Mœr. 161. et n., Toup. Opusc. 1, 291. Valck. Hipp. p. 313. ad Plut. Mor. 1, 896. An cum partic., Schneid. Anab. 199. De act. et med., Kuster. V. M. 12. Ἀναπαύομαι, Morior, Valck. ad Theocr. x. Id. p. 36." Schæf. Mss. "Ἀναπαύεσθαι φίλῳ dixit Epictetus Diss. 2, 13. pro Acquiescere, Fiduciam suam reponere in amico." Schw. Mss.] Ἀνάπαυμα, τὸ, Requies, i. q. sequens ἀνάπαυσις: sed ap. Poëtas illud nomen frequentius, hoc in prosa. ["Anyte 7." Schæf. Mss.] Dicitur ET Ἄμπαυμα per sync., Hesiod. Θ. (55.) Λησμοσύνην τε κακῶν, ἄμπαυμά τε μερμηράων. Ἀνάπαυσις, ἡ, Requies, Intermissio a labore, Requies a labore, Xen. K. Π. 7, (5, 17.) Δοκεῖ μοι καὶ ἡ ἐμὴ ψυχὴ ἀναπαύσεώς τινος ἀξιοῦν τυγχάνειν. Cum gen. Plut. Lycurgo, Τῆς εἰς τὸν πόλεμον ἀσκήσεως ἀνάπαυσιν εἶναι τὸν πόλεμον. In VV. LL. exp. etiam Respiratio, ex Aquila Romano: e Quintiliano, Respiratio et mora. || Accipitur etiam pro Quiete quæ est in dormiendo: ut et Lat. Quietem appellarunt somnum. [Lucian. 2, 70. "Anyte 9. Thom. M. 59. Casaub. ad Athen. 1, 49. Conf. c. ἀνάπαυλα, ad Dionys. H. 3, 1860.; cum ἀνάπνευσις, Heyn. Hom. 7, 458." Schæf. Mss. * Ἀναπαύσιμος, Theophyl. 1, 434. * Ἀναπαυστὴρ s. * Ἀναπαυτὴρ, unde * "Ἀναπαυτήριος, Jacobs. Anth. 6, 349." Schæf. Mss. "Vide Ind. ad Procop. Hœschel." Kall. Mss. Liban. 1, 284. Aliter, * Ἀναπαυστήριος.] Ἀναπαυτήριον, VEL Ἀναπαυστήριον, τὸ, Locus in quo quies capitur, Locus quietis, Bud. subjungens hunc Xen. l. (Ἀν. 4, 3, 3.) Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀναπαύσεώς γε δεομένοις οἱ θεοὶ τὴν νύκτα διδόασι, κάλλιστον ἀναπαυτήριον. Magis tamen proprie, meo quidem judicio, nox dicetur Tempus quietis quam Locus quietis: dicitur alioqui ἀναπαυτήριον eadem forma, qua κοιμητήριον. || Ἀναπαυτήριον, τὸ καταζευγνύντων ἐπίφθεγμα, ut ἀνακλητικὸν, Cum receptui canitur, Bud. ["Ind. Xen. Mem. Fischer. ad Anacr. p. 14." Schæf. Mss. * Ἀ-

παταύστρα, i. q. ὀκλαδίας, Schol. Lucian. 2, 329. A Reitz.] Ἀνάπαυλα, ἡ, i. q. ἀνάπαυσις, Quies, Requies, Herodian. (7, 5, 5.) Δεδωκὼς τοῖς καμάτοις ἀνάπαυλαν, Thuc. (2, 75.) Διῃρημένοι κατ' ἀναπαύλας, Vicibus quiescentes, Laur., In orbem operi succedentes, Bud. || Locus quietis, Mansio, Deversorium, Plato de LL. 1. Ἀνάπαυλαι κατὰ τὴν ὁδὸν, ὡς εἰκὸς, πνίγους ὄντος τανῦν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς δένδρεσιν εἰσὶ σκιαραί. [" Valck. Diatr. 43. Act. Traj. 1, 215. Toup. Opusc. 2, 34. Thom. M. 58. ad Diod. S. 1, 193." Schæf. Mss. Dionys. H. de C. VV. 266.] Ἀνάπαυλις ap. Hes., i. q. ἀνάπαυλα: nam Ἀνάπαυλα exp. ab eo ἀνάπαυσις: deinde Ἀνάπαυλις, ἀνάπαυσις, κατάπαυσις. [* Ἀναπαύλησις, Schæf. ad Dionys. H. l. c.:—" Oraculum ap. Phlegont. Trall. c. 2. Οὐδ' ἀναπαύλησις κακοῦ ἔσσεται, οὐδ' ἠβαιόν. Bast. Ep. Cr. 46.: — 'On dit ἀνάπαυσις et ἀνάπαυλα; mais je doute qu' ἀναπαύλησις soit un mot Grec. Le manuscrit met l'accent de cette manière, ἀνύπαυλησις.' Hoc me movet, ut scr. suspicer: Οὐδ' ἄρ' ἀνάβλησις κακοῦ ἔσσεται, οὐδ' ἠβαιόν. Jam agnoscis B pannum Homericum, Il. B. 379. Εἰ δέ ποτ' ἔς γε μίαν βουλεύσομεν, οὐκ ἔτ' ἔπειτα Τρωσὶν ἀνάβλησις κακοῦ ἔσσεται, οὐδ' ἠβαιόν."] Per sync. autem DICITUR Ἀμπαύω pro ἀναπαύω, ET Ἀμπαύομαι pro Ἀναπαύομαι, Theocr. 1, (17.) κεκμακὼς ἀμπαύεται: et ἀμπαύσασθε in Epigr. Requiescite. [Lobeck. Phryn. 340. " Musgr. Hel. 1351. Jacobs. Anth. 7, 192. Toup. Opusc. 2, 13." Schæf. Mss.] Ἄμπαυμα, itidem pro ἀνάπαυμα. Hesiod. (Θ. 55.) ἄμπαυμά τε μερμηράων, Requies curarum, [" Jacobs. Anth. 11, 231. ad Anacr. p. 14. Fisch." Schæf. Mss.] SIC Ἄμπαυσις pro Ἀνάπαυσις, Requies, Epigr. [* Ἀμπαυστήριος, Herod. 1, 181. θῶκοι.] ITEM Ἀμπαυστήριον, pro Ἀναπαυστήριον. [* Ἀνταναπαύομαι, Polyæn. 1, 14. p. 21.] Διαναπαύω, Interquiescere facio, Intermissionem vel Requiem aliquam do, Recreo: διαναπαῦσαι τὸν στρατὸν, Plut. (Marcello 6.) Τότε δὲ ἀναλαβεῖν τὸν στρατὸν καὶ διαναπαῦσαι οὐχ ὑπῆρξε, Tum autem recreare exercitum et quieti reddere non licuit, Bud.: Greg. Naz. C autem dixit, διαναπαύειν τοὺς πόνους, quod redditur, Recreare labores; at ego interpretari malim Requiem aliquam laborum dare, Requiem aliquam dare a laboribus s. Intermissionem. Ideo autem non dico simpliciter Requiem, sed Requiem aliquam: ut eam signif., quam habet præp. Inter, in verbo Interquiesco, aliquo modo exprimam. " Διαναπαύω, Interquiescere jubeo, Interposita quiete refocillo et recreo, Reficio, Plut. (Antonio 38.) Πρὶν διαναπαῦσαι τὸν στρατὸν ὀκτακισχιλίων σταδίων ὑποτετρυχωμένον πορείαις, Greg. Ὥσπερ οἱ μακρὰν ὁδὸν τέμνοντες, καταλύμασι τοὺς πόνους διαναπαύουσι, Laboribus defessum corpus reficiunt, Labores cessare faciunt, interposita quiete. Ubi nota de re inanimata etiam dici. Rursum de re animata pro Sedere et tacere jubeo, Bud. e Plat. Διαναπαύσωμεν αὐτόν." || Διαναπαύομαι, Interquiesco, " Quiete interposita cesso," Cebes Theb. Κελεύουσιν αὐτοὺς διαναπαύσασθαι. A Bud. exp. Interquiesco, et Paulum intermitto, afferente ex Appiano, Ὥσπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν οἱ D διαναπαυόμενοι. [Ælian. V. H. 15, 12. " Dionys. H. 5, 69. Bast über Plat. G. p. 126. Abresch. Lectt. Aristæn. 12. ad Lucian. 1, 475." Schæf. Mss. * Διανάπαυσις, Aristot. de Spirit. 8. p. 334.] " Ἐναναπαύομαι, Conquiesco in, Acquiesco, Contentus sum, Greg. Naz. Ἐναναπαύεσθαι ταῖς ἁγίαις δυνάμεσι. Dicitur et τοῖς δεδογμένοις ἐναναπαύεσθαι pro τοῖς κεκριμένοις ἐφησυχάζειν, quod Cic. vocat Acquiescere rebus judicatis." [" Theoph. Bulg. in Lat. 265. Ming." Boiss. Mss.] Ἐπαναπαύομαι, q. d. Superquiesco, Herodian. 2, (1, 3.) Ὧν οἱ μὲν ἀπὸ μέθης ἐκραιπάλων, οἱ δὲ ἐγρηγορότες, κἀκεῖνοι εἰς ὕπνον κατεφέροντο, κατεχούσαις τε ταῖς χερσὶ δοράτια ἐπανεπαύοντο, q. d. Superquiescebant manibus tenentibus hastilia, pro Quiescebant super manibus, i. e. innixi manibus, quæ vicissim hastilibus innixæ erant. Vel, Requiescebant incumbentes manibus, quæ vicissim hastilibus incumbebant. Esse autem aptum verbum istud significandæ huic rei, vel

A hic Ovidii versus ostendit, Fessus ut incubuit baculo, saxoque resedit. At Polit. pulcram hanc descriptionem hominum qui se a somno vix defendere possunt, in sua interpr. minime expressit; quippe qui ita reddiderit h. l. Partim ebrios dormitantesque, ac manu languida tenentes hastilia. Porro cum dico hic Quiescebant s. Requiescebant, intelligendum est non pro Somnum capiebant, sicut et Quies de Somno sæpe dicitur, sed simpliciter de Illo requiescendi modo, qui est hominum se ad somnum componentium, et qui vix ab eo sibi temperare possunt; dicit enim οἱ δὲ ἐγρηγορότες. Ad hanc autem signif. pertinet illa exp. quam dat Suid. verbo ἀναπαύομαι, ut ante docui, sc. ἀνακλίνομαι ὡς πρὸς ὕπνον. [Ælian. N. A. 5, 56.] || Ἐπαναπαύομαι, metaph. ut Latine Acquiesco. Acquiescere, inquit Bud. Annot. in Epist., interdum est Affectum animi sistere, et oblectari. Cic. in Lælio, Vicissim autem senes in adolescentium caritate acquiescimus. Et pro Dejotaro, In tuo ore, in tuis oculis vultuque acquiesco; te unum intueor; B ad te unum omnis mea spectat oratio. Sic Curt. Parum est enim, tot modo liberorum parentem, in unico filio acquiescentem, eo quoque orbari? Ubi Acquiescentem vult esse quod Græce diceretur ἐπαναπαυόμενον, et ἀρεσκόμενον, et ἐνασμενίζοντα, cum dat. Hæc ille. Ego autem existimo ἐπαναπαύεσθαι in hac quoque signif. verti posse Requiescere: sic utendo ut Cic. usus est, Or. pro Cælio, Hoc unico filio nititur, in hujus spe requiescit. [* Προαναπαύω, Basil. 2, 680. " Προαναπαύομαι, Ante morior, Euseb. H. E. 271." Kall. Mss.] Προσαναπαύομαι pro συναναπαύομαι, vide cum proxime sequenti Συναναπαύομαι. [Act. vox Προσαναπαύω, Polyb. 4, 73, 3. 5, 7, 3. " Aster. Hom. p. 40." Boiss. Mss. " Wyttenb. Ep. Cr. p. 19. ad Phalar. 246. Diod. S. 2, 611." Schæf. Mss.] Συναναπαύομαι, Simul quiesco, requiesco, Una cum alio quiesco: et quidem intelligendo vel simpliciter, vel pro Quietem capio, ut loquuntur Poëtæ, i. e. Somnum. Unde dicitur etiam συναναπαύεσθαι γυναικί. At vero Sapient. 8, (16.) itidem dicitur προσαναπαύσομαι αὐτῇ, nove pro συναναπαύσομαι: nisi C forte hæc vera est lectio. [Plut. Bruto 13. " Wyttenb. Ep. Cr. p. 19." Schæf. Mss.]

Ἀποπαύω, Cessare facio s. Desistere. Cum accus. et gen.: accus. personæ, gen. rei. Apud Xen. (Œc. 14, 8.) inquit Bud., ἀποπαύω τῆς χρήσεως, Abdico munere: ita dictum ut παύω τῆς ἀρχῆς. Sic ἀποπαύω τὸ παιδίον τοῦ γάλακτος, pro ἀπογαλακτίζω. Apud eund. Xen. Λ. (1, 6.) Ἀποπαύσας τοῦ ὁπότε βούλοιντο ἕκαστοι γυναῖκα ἄγεσθαι, ἔταξεν ἐν ἀκμαῖς τῶν σωμάτων τοὺς γάμους ποιεῖσθαι. || Citatur præterea e Soph. Aj. (1206.) ἀποπαύειν ἐρώτων, pro Privare amoribus. Exp. etiam Compesco, Inhibeo, Il. Σ. (267.) Νῦν μὲν νὺξ ἀπέπαυσε ποδώκεα Πηλείωνα Ἀμβροσίη, T. (119.) Ἀλκμήνης δ' ἀπέπαυσε τόκον, σχέθε δ' εἰλειθυίας, ubi Eust. Τοῦ δὲ ἀπέπαυσε τόκον, διασαφητικόν τι τὸ, σχέθε δ' εἰλειθυίας, ἤγουν ἐπέσχε τὴν γέννησιν πρὸς καιρὸν, καὶ οὕτως ἔπαυσε τὸν τόκον. Idem Eust. paulo ante hæc verba, ἀπέπαυσε τόκον exp. ἐπέσχε τὸν τοκετόν. Notandum est autem, in his duobus ll. Ho- D meri ἀποπαύω unicum habere casum, sc. accus.: et in priore quidem loco, accus. personæ; in posteriore autem rei. || Ἀποπαύομαι, Cesso, Desisto, Desino, Finem facio, Il. A. (422.) πολέμου δ' ἀποπαύεο πάμπαν, Cessa s. Desiste præliari, aut Desine, Finem fac præliandi. Nisi malis, nomen reddens nomine, dicere Absiste prælio. Sic ἀποπαύεαι μάχης, Π. (121.) Ἕκτωρ τίπτε μάχης ἀποπαύεαι; Hector, cur absistis pugna? Apud Xen. itidem cum gen. K. II. 7, (5, 22.) Οἵ τε ὑβρισταὶ ἵπποι ἐκτεμνόμενοι τοῦ μὲν δάκνειν καὶ ὑβρίζειν ἀποπαύονται, πολεμικοὶ δὲ οὐδὲν ἧττον γίγνονται, Mordere desinunt. Ponitur etiam absolute ap. Eundem pro Desino: Il. E. (288.) ἀτὰρ οὐ μὲν σφῶΐ γ' ὀΐω Πρίν γ' ἀποπαύσεσθαι, πρὶν κ. τ. λ. Item Φ. (372.) ubi pro eod. usurpatur et simplex; scribitur enim, Ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼν ἀποπαύσομαι, εἰ σὺ κελεύεις· Παυέσθω δὲ καὶ οὗτος. Apud Theognin initio Γνωμῶν opponuntur ἀρχόμενος, et ἀποπαυόμενος, Exordiens et Finiens, Finem faciens, οὔποτε σεῖο Λήσομαι ἀρχόμενος, οὐδ' ἀποπαυόμενος. || Exp. etiam aliquando

Quiesco, Requiesco: absolute sc. tum quoque posi- A tum. [" Thom. M. 230. Markl. Suppl. 566. 638. Jacobs. Anth. 9, 276. Theocr. 1, 138. ubi v. Valck." Schæf. Mss. * Ἀποπαυστέον, Clem. Alex. Str. 7, 16. * Ἀπόπαυσις, Aret. p. 13. Suid. 1, 270. " Dionys. Areop. 161." Kall. Mss. * Ἀποπαύστωρ, Orph. Hymn. 38, 8. * Ἀπόπαυστος, unde] Δυσαπόπαυστος, Cui vix finem imponere possumus, Vix sedabilis: [affertur ex Æsopo in Schn. Lex.] At in VV. LL. exp. Strenuus in bello; quæ signif., undecunque sumta sit, non video quomodo huic vocabulo convenire possit. Quod autem ibi additur, δυσαπόπαυστος esse etiam Qui difficulter avellitur, ita enim reponendum pro evellitur, aperte falsum est, et voci δυσαπόσπαστος, non autem huic, convenit. Itidem vero δυσαποπαύστως, quod ibi exp. Firmissime, perperam scriptum est pro δυσαποσπάστως.

Διαπαύω, Interquiescere facio, Intermissionem do: sicut et διαναπαύω expositum supra fuit. Sed affertur pass. Διαπαύομαι pro παύομαι etiam, Quiesco, Cesso, Desisto, Desino, e Plat. de Rep. Et cum par- B tic., ex Eod. in Timæo, Διαπαύεται γινόμενον pro Desinit fieri. [" Thom. M. 230. 696. ad Dionys. H. 5, 69." Schæf. Mss.] Διάπαυμα, ET Διάπαυσις, Intermissio, etiam Cessatio. [Διάπαυμα, Plato de LL. 7. p. 394=824. Intervallum, Inscr. Sicula Gruteri p. 212. Τοῦ ῥοΐσκου τοῦ ἐκ τῶ δ. ῥέοντος. * Διάπαυστος, unde * " Ἀδιάπαυστος, Xen. ap. Bekk. Anecd. 344." Boiss. Mss. Polyb. 4, 39, 10. * Ἀδιαπαύστως, 1, 57, 1. 22, 11, 7.]

" Ἐκπαύομαι, Cesso, Desino, Quiesco." [Ἐκπαύω, Cessare facio, Eur. Ion. 144. " Ad Dionys. H. 1, 193." Schæf. Mss. Inc. Job. 3, 17.] " Ἔκπαυμα, " Hes. exp. ἀνάπαυμα, Quies." [* Ἐπιπαύομαι, Quint. Sm. 9, 33.]

Καταπαύω, Cessare facio s. Desistere, Finem impono, Sedo. Interdum, Compesco, Reprimo, Coërceo. Od. Δ. (583.) Αὐτὰρ ἐπεὶ κατέπαυσα θεῶν χόλον αἰὲν ἐόντων, Sedavi iram, vel Placavi. Hesiod. autem dixit καταπαύειν νεῖκος, Sedare litem, Θ. (87.) Αἶψά τε καὶ μέγα νεῖκος ἐπισταμένως κατέπαυσε. Utitur et C cum accus. personæ, pro Compescere, Coërcere: quam signif. habere interdum et simplex παύω, ostendi supra, ut Il. O. (105.) Νήπιοι, οἳ Ζηνὶ μενεαίνομεν ἀφρονέοντες, Ἢ ἔτι μιν μέμαμεν καταπαυσέμεν ἆσσον ἰόντες. Hic enim non dubium est quin καταπαυέμεν, quod est pro καταπαυσέμεν, multo aptius reddatur verbo Compescere, aliove hujusmodi, quam verbo Sedare, ut habet vulgata interpr. Existimo autem posse etiam reddi, hoc quidem in loco, Revocare a consilio, ab instituto, incœpto. Nam quem revoco ab incœpto, facio ut is desistat ab incœpto: quo loquendi genere Virg. uti satis notum est. Idem Od. B. (244.) Ἡμέας ὀτρύνων καταπαυέμεν: cum eadem signif. et de re ead. loquens usus esset verbo κατερύκειν: in hoc versu, qui est quartus ab illo, Παύρους μνηστῆρας κατερύκετε πολλοὶ ἐόντες. Sed hoc non considerantes Interprr., κατερύκειν quidem verterunt, Compescere, Coërcere: at καταπαυέμεν, Quiescere, Desistere. Invenitur denique ap. eund. Poëtam cum accus. personæ, adjunctum habente participium: Il. D Π. (618.) Μηριόνη, τάχα κέν σε καὶ ὀρχηστήν περ ἐόντα Ἔγχος ἐμὸν κατέπαυσε διαμπερές, εἴ σ' ἔβαλόν περ: hic enim dico κατέπαυσε jungi cum ὀρχηστήν περ ἐόντα, et esse illam ipsam cum participio constr., cujus exempla in simplici παύω protuli: ut sit, κατέπαυσα ἄν σε ἐόντα ὀρχηστήν, pro κατέπαυσα ἄν σε τοῦ εἶναι ὀρχηστήν: quod nihil esset aliud quam ἔπαυσα, i. e. Hasta mea fecisset ut saltator esse desineres; liberius, Saltationi tuæ finem imposuisset, s. arti saltandi. Atque ita primam ad signif. pertinebit et h. l. Alioqui non ignoro vulgo κατέπαυσα hic quoque reddi Compescuisset: accipiendo sc. καὶ ὀρχηστήν περ ἐόντα, separatim: hoc modo, Compescuisset te, quamvis saltator sis. Decepit autem Interprr., et constr. illam animadvertere non sivit, primum quidem interpunctio, quæ est post ἐόντα cum in aliis Edd., tum etiam in mea, hoc enim ingenue fateri volo, deinde particula καὶ, quam sequitur περ. Et hactenus quidem de usu verbi καταπαύω, quem ap. Hom. atque Hesiod. habet. In soluta quoque oratione ponitur pro Cessare facio s. Desistere, Finem impono, facio, affero, Finio: τὰ ἔργα καταπαύειν, Plut., τὴν μάχην, ap. Eund. Galenus vero dixit itidem ad Gl. 1. circa fin., Ὥστε κἀγὼ τῇδε καταπαύσω τὸν παρόντα λόγον, Huic libro finem hic imponam; ita enim malo hic λόγον, quam Disceptationem interpretari; vel Hic finiam. Legimus autem et εἰ κατέπαυσεν αὐτοὺς in Ep. ad Hebr. 4, (8.) pro Si requiem eis attulisset. Sed invenitur καταπαύω cum alia etiam constr., sc. cum accus. personæ adjunctum habente gen. rei: Xen. K. Π. 8, (5, 12.) Ἤν τις ἢ ἀρχῆς Κῦρον ἐπιχειρῇ καταπαύειν, pro eo quod Lat. dicerent, utentes ablativo illius gen. loco, Cyrum imperio privare, spoliare. Aut, mutata orationis structura, Cyro imperium abrogare. Qui autem aliquem imperio privat, s. alicui imperium abrogat, is certe illi finem imperii imponit. ‖ Καταπαύειν neutraliter etiam s. intransitive, pro Requiescere, in eod. illo Epist. ad Hebr. cap., et quidem paulo post alterum illum locum, cum ἀπὸ habente suum gen. Καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, Requievit ab operibus suis. Affertur autem et e Polyb. intransitive positum, Δευτεραῖος εἰς τὰς Πάτρας κατέπαυσε, pro Appulit finito suo itinere. [Aristoph. Ἐκκλ. 718. " Valck. ad Chrys. p. 14. ad Herod. 174. 457. ad Od. B. 168. Thom. M. 230. Diod. S. 1, 418. 731. Act. pro med., Monthly Review Febr. 1799. p. 195. Porson. Or. 288." Schæf. Mss. Eur. Alc. 32. Med. 172. 1259. Hec. 918. Herc. F. 685. Hel. 1168. * " Καταπαυστέον, Clem. Alex. 416. 614." Kall. Mss.] Κατάπαυμα, τὸ, Requies, Finis: γόου κατάπαυμα, Il. P. [38. " Jacobs. Anth. 6, 379. Heyn. Hom. 7, 296." Schæf. Mss.] Κατάπαυσις, ἡ, itidem pro Requies, Ep. ad Hebr. (4, 1.) de Requie sabbati, s. Sabbatismo. Suidæ autem est etiam ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία. [" Thom. M. 59." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. N. T.] Καταπαύσιμος, adjectivum, pro Requiescere faciens, Requiem afferens: ut dies sabbati dicitur ἡμέρα esse κ. τῶν ἔργων, a Greg. Naz. [* " Καταπαύτης, Valck. Adoniaz. p. 278." Schæf. Mss. * Καταπαυστήρ, unde * Καταπαυστήριον, Schol. Par. Apoll. Rh. 2, 483. Paus. 3, 22. Schol. Soph. Tr. 584=575. * Κατάπαυστος, unde] Ἀκατάπαυστος, ὁ, ἡ, Irrequietus, Indesinens, Finem non habens. Aut passive, Qui sedari non potest s. cohiberi. Pro qua signif. habetur junctum genitivo ap. (2) Petr. (2, 14.) Ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας, Qui cohiberi nequeunt a peccato. Nisi malis, Qui peccandi finem facere nequeunt, a peccando cessare. [Heliod. 1, 13. Diod. S. 11, 67. Polyb. 4, 17. Schol. Æsch. Pr. 186. Schol. Apoll. Rh. 4, 923.] Ἀκαταπαύστως, Irrequiete, Indesinenter, Ita ut cohiberi non possit, [Suid. 1, 79.] Δυσκατάπαυστος, Qui vix sedari s. cohiberi potest. Affertur et pro Irrequietus ex Eur. (Med. 109.) ut sit pro ἀκατάπαυστος, [" Eust. 59, 41." Seager. Mss.] Δυσκαταπαύστως, Ita ut vix sedari possit s. cohiberi. * Καταπαυστικὸς, Eust. Il. A. p. 104, 8. * Προκαταπαύω, Liban. 1, 245. * Συγκαταπαύω, Eust. Od. A. p. 23, 48.]

Μεταπαύομαι, Interquiesco; Alternis quiesco, VV. LL.: Eust. quoque in isto Hom. loco (Il. P. 373.) μεταπαυόμενοι δὲ μάχοντο, Ἀλλήλων ἀλεείνοντες βέλεα στονόεντα Πολλὸν ἀφεσταότες, ait esse dictum μεταπαυόμενοι pro ἀμείβοντες ἀλλήλους, ὡς παύεσθαι μὲν τούτους, ἑτέρους δὲ μάχης ἄρχεσθαι, vel pro ἀναπαυόμενοι. [" Heyn. Hom. 7, 347." Schæf. Mss.] HINC EST Μεταπαυσωλὴ ap. eund. Poëtam, ut παυσωλὴ a παύομαι, pro Requies, eorum sc. qui interquiescunt et respirant; nam μεταπαυσωλὴ in Il. T. (201.) Ὁππότε τις μεταπαυσωλὴ [lege μετὰ π.] πολέμοιο γένηται, Eust. ait esse παῦσις, quam alibi vocarit ἀνάπνευσις. [" Heyn. Hom. 7, 640." Schæf. Mss.]

[* Παραπαύω, Schleusn. Lex. V. T. * Περιπαύω, Achill. Tat. 115. Bip. * Προπαύω, Diod. S. 1. p. 25, 30. * Ὑποπαύω, Ælian. N. A. 13, 7. " Ὑποπαύομαι, i. fere q. simpl. παύομαι, Athen. 301. Ὅταν ὁ Νεῖλος ὑποπαύηται τῆς πληρώσεως, Postquam Nilus exundare desiit. Sic quidem Ed. Schw. e Mss. pro eo quod vulgatum erat, ἀποπαύηται." Schw. Mss.]

ΠΑΧΥΣ, Crassus: ut *ῥίζαν παχεῖαν* Plin. interpr. ap. Theophr. (H. Pl. 6, 3, 1.) Radicem crassam, cum hæc ejus verba, Τὸ δὲ *σίλφιον ἔχει ῥίζαν μὲν πολλὴν καὶ παχεῖαν, τὸν δὲ καυλὸν ἡλίκον νάρθηξ, σχεδὸν δὲ καὶ τῷ πάχει παραπλήσιον*, ita vertit, In ea laserpicium gigni solitum, radice multa crassaque, caule ferulaceo: haud absimili crassitudine. Sic autem *αὐχένα παχὺν* legimus in Geop. pro Cervicibus crassis, ut locutus erat Varro. Atque ut togam crassam dixit Horat., sic *χλαῖναν παχεῖαν* dicunt Græci, ut ex J. Poll. discimus, et generaliter etiam *παχέα ἱμάτια*: quod ap. Xen. (Œc. 17, 3.) legitur, cum verbo *φορεῖν*. Hom. autem *χεῖρα παχεῖαν* vocat Manum crassam: e quo intelligendum putant Schol. Validam, Robustam. Dicitur vero et *παχὺς οἶνος* a Gal. Crassum vinum: ei opponente *λεπτὸς*, Tenue. Alicubi redditur et Spissus; estque ita interpretatus idem Plin. ap. Theophr.: sicut et verbum *παχύνεσθαι*, Spissari, ap. Aristot. Frequens vero pro Crassus significante Obesus, Pinguis: quam signif. habet Epigr. tit. *εἰς Παχεῖς*, in disticho cujus initium, Τὸν *παχὺν εὖ ἔγραφεν ὁ ζωγράφος*. Sic et ap. Athen. identidem e variis Scriptt. Lucian. autem interdum cum *παχὺς* addit et *πολύσαρκος*, et alicubi *πιμελής*: (Dial. Mort. 10, 5.) *Σὺ δὲ ὁ παχὺς, ὁ πολύσαρκος, τίς εἶ*; In libro autem de Salt. Παχέος *δὲ καὶ πιμελοῦς ὀρχηστοῦ*. Ubi *παχὺς* videtur potius esse quod dicimus Gros, cum hoc copulamus cum nomine Gras: ut *παχὺς* et *πολύσαρκος*, s. *παχὺς* et *πιμελὴς*, sonent, quod dicere solemus Gros et gras: quorum certe utrumque videtur significari nomine Crassus ap. Terent. Respondet alioqui illud Gros potius nomini Corpulentus: qua etiam voce redditur *παχὺς* ap. Gal. Quod alioqui nihil aliud est aliquando quam *πιμελὴς*, s. *πίων*: atque adeo nomen hoc *πίων* et illud *παχὺς* eod. in l. eadem omnino in signif. posita invenies infra in Παχύτης. At Corn. Celsus *παχυτάτοισι* ap. Hippocr. reddidit Plenissimis: ut videbis in l. quem mox proferam, ubi de superlativo gradu agam. || Παχὺς metaphorice ad animum relatum, ut Lat. Crassus interdum ac Pinguis, pro Stupidus, Hebes, Tardus, Aristoph. (N. 842.) Γνώσει *δὲ σαυτὸν ὡς ἀμαθὴς εἶ καὶ παχύς*. Unde autem *παχὺς* hanc signif. acceperit, docet Plut., ap. quem (6, 572.) legitur etiam *παχύτατος καὶ ἀμουσότατος*, de asino dictum. Ceterum *λεπτὸν* vicissim de Subtili et acuto dici, translatum itidem ad animum, suo loco docui. || Παχὺς alia metaphora, Opulentus, Dives, Locuples: quam metaph. interdum habet in lingua vernacula itidem Gras, item Engraissé: quæ ad verbum sonant *παχὺς* et *παχυνθεὶς*. Usus est autem hac in signif. Herod. (5, 30. 77.): et post eum Aristoph. Σφ. (288.) Καὶ *γὰρ ἀνὴρ παχὺς ἥκει τῶν προδόντων* Τἀπὶ Θρᾴκης. Ubi Schol. *παχὺς δὲ*, inquit, *ὁ πλούσιος*: addens, e contrario *λεπτοὺς* appellari *τοὺς πένητας*, Pauperes. Ubi observa obiter et hunc metaphoricum usum NOMINIS Λεπτοί: similem ei, quem habet nomen Tenues ap. Latinos.

Gradus COMPAR. Παχύτερος, Crassior, Spissior, etc. sequendo signiff. datas positivo Παχύς. Et adv. Παχύτερον, Crassius, etc., quod exp. etiam Crassiore Minerva s. Pinguiore. Item Rudius. Sed pro *παχύτερος* dicitur ETIAM Πάσσων, Od. Θ. 20. Καί *μιν μακρότερον καὶ πάσσονα θῆκεν ἰδέσθαι*, ubi *πάσσονα* reddiderim Corpulentiorem. Formari autem tradunt Gramm. *παχίων*, [Arat. D. 53.] a *παχύς*: e quo *παχίων* sit hoc *πάσσων*. Et tale esse *βράσσων* a *βραχὺς*, vel *βραδύς*. Fiunt autem tales comparativi et ab aliis positivis, i. e. aliam terminationem habentibus. SUPERL. Παχύτατος, Crassissimus. A Celso redditur Plenissimus, cum hæc verba Hippocratis, Τοῖσι *παχυτάτοισι τῶν παιδίων καὶ τοῖσι τὰς κοιλίας σκληρὰς ἔχουσι τάδε συμβαίνει μάλιστα*, vertit, Quæ pericula plenissimi cujusque sunt, et cui maxime venter astrictus est. [" Παχὺς, Heyn. Hom. 8, 496. ad Charit. 223. ad Herod. 525. Athen. 1, 16. Casaub. 1, 94. Jacobs. Anth. 6, 367. 7, 55. 9, 425. Huschk. Anal. 66. Callim. 1, 525. Stupidus, Plut. Mor. 1, 594. ad Herod. 385. ad Lucian. 2, 214. 224. Opulentus, ad Herod. 385. 447. Coray Theophr. 314. Kuster. Aristoph. 115. Εἰρ. 639. De meretrice, Toup. Opusc. 2, 68. Jacobs. Anth. 6, 169. 7, 389. De vinculis, Bergler. Alciphr. 331. ad Charit. 323. Π. *ποῦς*, Græv. Lectt. Hes. 607. Παχέα *ἔντερα*, ad Mœr. 405. * Πάχιστος, Lucian. 1, 499. Heyn. Hom. 4, 500." Schæf. Mss. Hippocr. de Aëre et Locis §. 125. Ἔς *τε τὰς τέχνας παχέες καὶ οὐ λεπτοὶ οὐδὲ ὀξέες*, Heliod. 5. p. 232. Παχύτερον *ἔχει τῆς ἀκοῆς*, Philostr. 558. Παχὺς *τὴν μνήμην*, Arat. D. 221. *κορώνη παχέα κρώζουσα*. "Hæc vox, si de unguentis adhibetur, eorum præstantiam in universum iudicare videtur. Hanc in rem locus est Judith. 10, 3. *ἐχρίσατο μύρῳ παχεῖ*, Inunxit se unguento præstantissimo, maxime odorato. Vulgatus: Myro optimo. Syrus: Unguento electo. Eod. modo Plin. 13, 1. Unguentorum hoc crassissimum est, h. e. Maxime fragrans, odoratum." Schleusn. Lex. V. T.]

[* Παχύαιμος, ὁ, ἡ, Hippocr. 357.] Παχύδερμος, Qui est cute crassa. Affertur autem e Luciano (1, 136.) pro Fatuo s. Stupido: quam signif. et simplex *παχὺς* habere, docui paulo ante: Ἀπειρόκαλος *καὶ παχύδερμος ἄνθρωπος*: sed Bud. exp., Rusticus et illotus squalidusque. [" Ad Lucian. 1, 386." Schæf. Mss. * Παχυδερμέω, Gl. Obcalleo.] Παχύκνημος, Cui sunt pingues suræ, Aristoph. Πλ. (560.) *γαστρώδεις καὶ π. καὶ πίονες*. [" Ad Herod. 538." Schæf. Mss.] AT VERO Κνημοπαχὴς alia signif. habebis e Theophr. post Πάχος. Παχύνοος, Qui crassa est mente, crasso ingenio. [Phot. Παχύνοοι· * *παχύνοες, ἀνόητοι*. In Lex. Hermanni p. 436. extat * Πάχυνος. * " Παχύπους, Polemo 287. * Παχύρριν, ibid." Wakef. Mss. * " Παχύρρινος, Jo. Malal. 1, 406." Elberling. Mss.] " Παχύρραβδος, Crassas habens " virgas." " Παχύρρυγχος, Qui crasso rostro est, " Crassum habens rostrum, ut *π. ὕες*, Alex. Aphr." [Probl. 1, 141. * Παχυσκελὴς, Plut. 10, 532. " Musgr. Iph. T. 198." Schæf. Mss. * " Παχύσχοινος, Brunck. Anal. 2, 154. et Nonnus Ms. in Epitaph. Basilii M. Hist. 18." Bast. in Ind. Scap. Oxon. " Cf. Creuzeri Meletem. 1, 85." Boiss. Mss. * Παχυτράχηλος, Adamant. Phys. 2, 16. Geop. 19, 2, 2. al. * Πλατυτράχηλος.] " Παχύφρων, Qui crassa " mente est et intelligentia non valet, Stupidus, Bar" dus. Utitur Hes. in Prov. Βοῦθος *περιπατεῖ*, syno" nymum ei addens *εὐήθης*." [" Tzetz. Ch. 5, 716. *εἰς ἀνθρώπους*, ubi editum est *παχυφρένους*." Elberling. Mss. * " Παχύφυλλος, Const. Manass. Chron. p. 8." Boiss. Mss.]

[* Ἑτεροπαχὺς, Lobeck. Phryn. 535. Vide Ἄβαρυς. * Ὑπέρπαχυς, Præpinguis, Plut. Cat. Maj. 9. Alex. 55. Hippocr. 290, 13. 385, 15.] " Ὑπόπαχυς, " Crassiusculus, Subpinguis," [Ctesias c. 28. Hippocr. 461. 970.]

[* " Παχέως, Boiss. Philostr. 532." Schæf. Mss. Dionys. H. de C. VV. 246.]

Παχύτης, ἡ, Crassitudo, Crassities, Corpulentia, Obesitas, Pinguitudo, Aristot. H. A. 9, 5. de cervo, Ὅταν *γένηται παχὺς, γίνεται δὲ σφόδρα πίων ὀπώρας οὔσης, οὐδαμοῦ ποιεῖ ἑαυτὸν φανερὸν, ἀλλ' ἐκτοπίζει, ὡς διὰ τὴν παχύτητα εὐάλωτος ὤν*. || Interdum metaphorice pro Stupiditate, s. Hebetudine: qua in signif. usus est Greg. [" Callim. 1. p. 575. Π. vini, Casaub. ad Athen. p. 73." Schæf. Mss.]

[* " Πάχεια, Crassitudo, Theod. 4, 465." Wakef. Mss.]

Παχυλὸς, Crassus. A quo derivatum ADV. Παχυλῶς usitatius est, Crasse, i. e. Crasso modo et minime subtili, Crassa Minerva, Aristot. Eth. 1, 3. Ἀγαπητὸν *οὖν, περὶ τοιούτων καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας, παχυλῶς καὶ τύπῳ τἀληθὲς ἐνδείκνυσθαι*, ubi *παχυλῶς καὶ τύπῳ* apte redditur Rudem quandam rei formam adumbrando.

Παχύνω, Crassum reddo. Apud Polyb. pro Crassius et plenius reddo, oppositum *τῷ λεπτύνω*. Itidem pass. Παχύνομαι, Crassus reddor, fio, Crassesco: ut *παχύνεται σῶμα*, Gal. Crassescit, Augetur corpulentia. Bud. vertit Plenior et crassior reddor, afferens e Polyb. Τὰ *μὲν σκέλη παχύνονται, τοὺς δὲ ὤμους λεπτύνονται*. Potest autem *παχύνω* verti etiam Spissum

reddo: sicut παχύνεσθαι Plin. ap. Aristot. vertit Spissari. Apud quem in l. de Mundo πεπαχυμμένος redditur etiam Addensatus, a Bud. Ὄμβρος γίνεται μὲν κατ' ἐκπιεσμὸν νέφους εὖ μάλα πεπαχυμμένου, Imber fit expressione nubis magnopere addensatæ. Alioqui παχύνεσθαι redditur etiam Concrescere. || Ponitur autem παχύνω pro Obesum reddo, Pinguefacio, ut in Plat. de Rep. 1. Τὸ τῶν βοῶν ἀγαθὸν σκοπεῖν, καὶ παχύνειν αὐτοὺς καὶ θεραπεύειν. Itidem παχύνομαι, Obesus reddor, Pinguesco, Pinguefio. [" Wakef. S. Cr. 3, 101. ad Herod. 385. Græv. Lectt. Hes. 607." Schæf. Mss. Dionys. P. 35. Πεπαχυσμένος, Philostr. 514. Schleusn. Lex. V. T. * Πάχυμα, falsa lectio ap. Alex. Trall. 9. p. 536. Οὐ μόνον τὰ δριμέα, ἀλλὰ καὶ παχύματα τῶν ἐδεσμάτων, ubi leg. καὶ τὰ παχύχυμα. * Παχυσμὸς, Hippocr. 1175.] Πάχυνσις, Ipsa actio reddendi crassum, s. efficiendi crassum. Aut etiam Crassescentia, si formare mihi licet verbale hoc a verbo Crassesco. At in VV. LL. affertur vocabulum aliud, sc. Crassatio, e Gaza, Theophr. C. Pl. 6, 15. Οἷς μὲν οὖν μὴ ἔνεστιν ὅλως λιπαρότης, καὶ πιότης, ἢ αὐτὴ μὴ πολλὴ, μηδὲ σωματώδης, τούτοις οὐ γίνεται τοιαύτη πάχυνσις. Legitur hoc vocabulum et ap. Aristot. Meteorol. 4. Ἡ γὰρ πάχυνσις, ὑγροῦ μὲν ἀπιόντος γίγνεται, τοῦ ξηροῦ δὲ συνισταμένου. Παχυντικὸς, Vim habens reddendi crassum, pro quo alii dicunt Incrassandi. A quo fingere etiam possis Incrassativus. " Ἐκπαχύνω, Crassum facio, Crasse-" facio," [Theophr. C. Pl. 4, 1, 4. * " Ἐμπαχύνω, Dionys. P. 35." Wakef. Mss. * Ἐπιπαχύνω, Alex. Trall. 12. p. 761=207. * Συμπαχύνω, Demetr. Phal. c. 159. Hippocr. 510, 11. 13.] " Ὑπερπα-" χύνω, Supra modum pinguefacio, Crassum reddo " aut Obesum. Unde Ὑπερπαχύνομαι, Supra mo-" dum pinguesco, adipe ingravesco," [Theophr. C. Pl. 5, 11, 3.]

Ἐπιτραπέζιος, Qui super mensa est, super mensa fit. Priori signif. ἐ. ὕδωρ dicitur Aqua quæ super mensa est. Lucian. Hermotimo Τῷ ἐ. ὕδατι ἐοικὼς ἔσῃ, ἐφ' ὅ,τι ἂν μέρος ἑλκύσῃ σέ τις, ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἀγόμενος. Solet enim aqua in mensis, quæ nec dependent, nec propendent, si digitum admoveas, eum sequi. Posteriori signif. ἐπιτραπέζια διηγήματα, Narrationes quæ super mensa, s. in mensa, fiunt, quæ et ἐπιδόρπια dici possunt. [Hercules epitrapezius, Stat. Sylv. 4, 6.] AT Ἐπιτραπεζίδιος, Hesychio ὁ παράσιτος, Mensarum assecla: Cic. Omnium mensarum assecla. Quo modo et ἐπιτραπέζιος ab eo sumitur in Τραπεζεὺς infra.

[* Τραπεζότης, Abstractum a τράπεζα, Diog. L. 341.]

[* Τραπεζήεις, Nicander Θ. 526. Opp. K. 1, 472.]

Τραπεζὼν, ῶνος, Hesychio est ἱέρειά τις Ἀθήνησιν, vide Τραπεζοφόρος. [* "Τραπεζώ, Wernsd. ad Plut. Quæst. p. 45." Schæf. Mss.]

Τραπεζεὺς, έως, ὁ, Mensæ assecla, i. q. ἐπιτραπεζίδιος s. ἐντραπεζίτης. Hesychio παράσιτος ἄκλητος, Qui invocatus ad mensam venit: Plaut. Quod invocatus soleo esse in convivio. Exemplum e Plut. habes in Αὐτολήκυθος, quod et ab Erasmo affertur in Chiliadibus, ubi explicat Prov. Ollæ amicitia. Apud Hom. est Epith. Canis, Il. Ψ. (173.) Ἐννέα τῷγε ἄνακτι τραπεζῆες κύνες ἦσαν: X. (62.) itidem de canibus, Οὓς τρέφον ἐν μεγάροισι τραπεζῆας πυλαωρούς. Hesychio τραπεζῆες κύνες sunt οἱ πρὸς ταῖς τραπέζαις λιχνεύοντες, s. οἱ ἐπιτραπέζιοι καὶ οἰκουροί. Eustathio, τραπεζολοιχοί. ["Toup. Opusc. 2, 52." Schæf. Mss. Aristion Athenæi 686. Plut. 6, 183. Dio Cass. 624, 12. Opp. K. 1, 473. τραπεζήεσσι κύνεσσι.] UNDE Τραπεζείτης, quod ejusd. cum τραπεζεὺς significationis est, Eust. 1256. Τραπεζῆες δὲ κύνες, οἱ καὶ τραπεζεῖται, οὓς ἀγλαΐας ἕνεκεν κομόωσιν ἄνακτες. Et mox e Lex. Rhet. Τραπεζῆες, παράσιτοι, οἰκοτραφεῖς, οὗ περίφρασις τὸ, Οὓς τρέφον ἐν μεγάροισι. Ibid. annotat hoc τραπεζείτης diphthongo scribi, quoniam e τραπεζεὺς derivatur; at τραπεζίτης, pro Mensario, simplici ι, a τράπεζα. Itidem Suidæ τραπεζείτης κύων, est ὁ ὑποκάτω τῆς τραπέζης, τραπεζίτης δὲ διὰ τοῦ ἰ, * καταλλάκτης.

Τραπεζία, ἡ, Mensarum confectio, Theophr. H. Pl. 3, 10. de arbore quæ ὀξύη dicitur, Χρήσιμον ἔχει τὸ ξύλον πρὸς πολλά· καὶ γὰρ πρὸς ἁμαξουργίαν καὶ πρὸς κλινοπηγίαν καὶ εἰς διφρουργίαν καὶ εἰς τραπεζίαν καὶ εἰς ναυπηγίαν. Sed credo id vocab. mendosum esse: [retinuit tamen Schn.] Apud Hes. certe PRO Τραπεζίας, quod exp. περὶ τῇ τραπέζῃ τρεφομένους, non dubito quin scr. sit τραπεζῆας, et intelligendum de l. Hom. in Τραπεζεὺς citato.

Τραπεζίτης, Mensarius, Numularius, ὁ ἐπὶ τῇ τραπέζῃ, ut Isocr. vocat. J. Poll. 3, c. 9. Τραπεζίτης, ἀργυρογνώμων, ἀργυραμοιβὸς, δοκιμαστὴς, ἐπικαθήμενος τραπέζῃ. Hesychio, κολλυβιστὴς, κερματιστὴς, δανειστής: Suidæ καταλλάκτης, paulo ante in Τραπεζείτης. Utitur hoc vocab. Antiphanes ap. Athen. (226.) dicens, ἰχθυοπωλῶν et τραπεζιτῶν nullum esse ἔθνος ἐξωλέστερον. Et Plut. (6, 441.) Οὐδὲ γὰρ οἱ τραπεζῖται ἀπαιτούμενοι τὰ θέματα, δυσχεραίνουσιν ἐπὶ τῇ ἀποδόσει, ἐάνπερ εὐγνωμονῶσι. Utitur et Lucian. Vit. Auct., necnon Plaut. ap. Latinos. Hes. vero τραπεζίτην Πάριν exp. τὸν παραβάντα τὴν τράπεζαν καὶ ἀτιμάσαντα τὴν Μενελάου. ["Ad Charit. 294=734. ad Thom. M. 110. ad Lucian. 1, 253." Schæf. Mss. Demosth. 1186. Matth. Evang. 25, 27.] Τραπεζιτικὸς, Ad mensarium pertinens. Apud Dem. τρ. γράμματα, Rationes mensariorum. [Sic inscribitur Oratio Isocratis.] Τραπεζιτεύω, Mensarius sum, J. Poll. [Demosth. 953. 1111.]

Τραπέζιον, τὸ, Mensula, Abaculus, Plaut. Appone mensulam. Apud Geometras τραπέζιον dici scribit Hes. σχῆμα τὸ τὰς μὲν δύο πλευρὰς ἀπεναντίας πρὸς ἀλλήλας ἔχον ἀνίσους, τὰς δὲ ταύτας ἐπιζευγνυούσας, ἴσας. Quod vero Strabo l. 14. Tralles urbem conditam esse dicit ἐπὶ τραπεζίου, redditur, In vertice quodam plano. [Lysias ap. J. Poll. 10, 105. Reisk. Ind. Græc. Lysiacæ. "Valck. Anim. ad Ammon.

73. Heyn. Hom. 5, 576." Schæf. Mss.]

Τραπεζόω, Mensæ impono, Super mensa s. In mensa pono, Soph. Triptolemo, ap. J. Poll. 10, c. 22. Ἀπινδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ, i. e., ut Demetr. Phal. (114.) exp. * ἀπύθμενος ἐπὶ τραπέζης κύλιξ οὐ τίθεται. [Julian. Or. 5. p. 176. τοῖς θεοῖς. "Brunck. Soph. 3, 501." Schæf. Mss.] Τραπέζωμα, τὸ, Quod in mensa statuitur, Quod supra mensa ponitur, ut vasa, Eust. 1402. Χαίρουσι σκεύεσι ξυλίνοις, ἃ καὶ κάνεα λέγεται καὶ τραπεζώματα. Ἐπιτραπεζώματα, Quæ in mensa s. super mensa apponuntur, τὰ ἐπιτιθέμενα ταῖς τραπέζαις βρώματα: ut non solum Hes., sed etiam Athen. (641.) exp. Sed peculiariter sic vocantur αἱ δεύτεραι s. ἐπιδόρπιαι τράπεζαι, quæ et ἐπιφορήματα, quoniam ἐπιφέρονται μετὰ τὸ δειπνῆσαι, alio nomine ἐπιδορπίδες vocatæ. Generalius pro τὰ ἐπιτιθέμενα τῇ τραπέζῃ βρώματα, usus est Plato Comicus Menelao, εἰπέ μοι Ὡς ὀλίγα λοιπὰ τῶν ἐπιτραπεζωμάτων. Ὁ γὰρ θεοῖσιν ἐχθρὸς αὐτὰ κατέφαγεν. Athen. 14. item 4. [p. 170. * Τραπέζωσις, Plutarchus Procli ad Hesiod. p. 161. Dionys. Areop. 799. Maximus ad l.]

Ab eod. Πέζα est ETIAM Ἰουλόπεζος. Fuerunt autem naves longæ ἰουλόπεζοι appellatæ a Lycophr., remorum copiam, quæ in illis est, comparante cum ea pedum copia, quam habent vermes, qui nominantur ἴουλοι. Quidam vero ἰουλόπεζοι κόραι non ἰουλόπεζοι νῆες, de his alioqui dictum, ex eod. Lycophr. afferunt. SED ET Κρουπέζια traxit hinc originem: quo significantur Lignea calceamenta. Habent autem hanc scripturam J. Poll. (7, 87.) et Hes.: at PAUSANIAS Κρουπέζαι, ap. Eust., et quidem dicens non simpliciter Calceamenta lignea, sed addens Bœotia. Exp. etiam Soleæ ligneæ, item Gallicæ: et dictum putatur κρουπέζια quasi κρουοπέζια. Pollucis exp. (10, 153.) referam paulo post. Hes. autem [et Phot.] non solum lignea σανδάλια esse dicit, sed et lignea ὑποδήματα, quibus calcabant oleas. Ibid. EST Κρουπεζούμενοι, quod significare dicit τοὺς τραχεῖς πόδας ἔχοντας. Quidam tamen interpr. Qui sunt induratis pedibus. Apud J. Poll. autem LEGITUR Κρουπεζοφόροι, de Bœotis dictum. Is enim postquam scripsit, τὰ κρουπέζια esse ξύλινον ὑπόδημα πεποιημένον εἰς ἐνδόσιμον χορὸν, sicut alibi esse dicit τὰ τῶν αὐλητῶν ὑποδήματα, addit, κρουπεζοφόρους autem esse Bœotos. Conveniunt vero hæc postrema verba cum illa exp., quam dat Pausanias vocabulo Κρουπέζαι a me paulo ante commemorata. [" Porson. Hec. p. lvii. Ed. 2. Huschk. Anal. 291." Schæf. Mss.]

[* Ἄπεζος, Pedibus carens, Lycophr. 629.] " Διάπεζον φόρημα, Eust. e πέζα compositum esse dicit, " sed non exp., afferens tantum hæc verba, Ἄγαλμα " Διονύσου ἱμάτιον ἔχον πορφυροῦν διάπεζον, καὶ ἐπ' " αὐτῷ κροκωτόν: forsan Ad pedes usque defluens:" [sunt ista verba e Callixeno Rhodio ducta ap. Athen. 198. * Εὔπεζος, J. Poll. 2, 192.] " Νηλίπεζοι, ET " Νήλιποι, Discalceati, Nudis incedentes pedibus, " ἀνυπόδετοι, Hes. Dicitur ET Νηλίπους itidem pro " ἀνυπόδετος, Discalceatus: ut ap. Suid. κατ' ἀγρίαν " Ὕλην ἄσιτος νηλίπους τ' ἀλωμένη:" [e Soph. Œd. C. 349., ubi v. Brunck. Νήλιπος, Apoll. Rh. 3, 646. Lycophr. 635. " Valck. ad Röv. xlii. Toup. Opusc. 1, 420. Jacobs. Exerc. 2, 128. Anth. 11, 348. Wakef. S. Cr. 1, 153. Νηλίπους, Valck. l. c. Brunck. Soph. 3, 522." Schæf. Mss.] " Ἀνήλιπος, Suidæ ὁ " ἀνυπόδητος, Discalceatus, Non habens calceos: " ἦλιψ enim Calceus dicitur, ut testatur Schol. " Theocr. (4, 56.) qui Dorice ἀνάλιπος dicit." " Ἀνάλιπος, Discalceatus: ἀνυπόδητος: Dorice pro " ἀνήλιπος, AB ἦλιψ significante ὑπόδημα, Schol. " Theocr. (l. c.) Εἰς ὄρος ὄκχ' ἕρπεις, μὴ ἀνάλιπος " ἔρχεο, Βάττε." " Ἀναίλιπος, Hesychio ἀνυπόδυτος, " Qui subiri nequit: nisi potius scripsit ἀνυπόδητος, " Discalceatus." " Ἀνελλίπους, ὁ τοῖς ποσὶ μὴ ἀλλόμενος, ἤτοι χωλὸς, Hes. Qui pedibus non saltat, h. " e. Claudus. Rectius ap. Schol. Theocr. scriptum " ἀνέλιπος, rectius etiam expositum ὁ μὴ ἑλίσσων τὸν " πόδα, Non torquens s. trahens pedem, i. e. Non " incedens: quoniam ἐν τῇ πορείᾳ ἑλίσσονται οἱ πόδες. " Dicitur autem ἀνέλιπος ut ἀέλλοπος: ἀνελίπους, ut " ἀελλόπους:" [cf. Schol. Theocr. l. c.] " Νηδύπους, " Hesychio ἀνυπόδετος, Discalceatus."

[* Πορφυρόπεζος, Tryphiod. 65. * Τετράπεζος, Orph. Λ. 741. * Χαλκεόπεζος, Anal. 2, 447.]

Πέζα, ITEM Πεζὶς, in vestimento, Fimbria, Limbus: quæ alio nomine ὦα. Apoll. Rh. 4, (46.) Ἄκρην ὑψόθι πέζαν ἀερτάζουσα χιτῶνος. Hes. postquam dixit esse τὴν ἀρχὴν τοῦ ῥυμοῦ διὰ τὸ πρὸς τῷ πέδῳ, subjungit, Ὅθεν καὶ πέζα ἱματίου λέγεται ἡ ὦα, ἡ πρὸς τῷ πέδῳ, τὰ κατώτατα μέρη. At vero J. Poll. πέζας non dicit appellari τὰς ὤας, sed παρυφὰς, quæ sunt παρὰ τὰς ὤας: Αἱ δὲ παρὰ τὰς ὤας παρυφαὶ, καλοῦνται Πέζαι καὶ Πεζίδες: et quæ ita sunt παρυφασμένα, inquit, Περίπεζα. AT Πεζοφόροι χιτῶνες, vel οἱ ποδήρεις, vel οἱ πέζας ἔχοντες. Eust. vero exponens epith. ILLUD Ἀργυρόπεζα quod Hom. dat Thetidi Il. A. (538.) scribit fuisse et qui πέζαν esse putarint κόσμον τινὰ πρὸς τῷ τοῦ ἱματίου ὄντα κάτω τέρματι: ut ἀργυρόπεζα vocetur ἡ κόσμον λαμπρὸν περὶ τὰς ὤας τοῦ ἱματίου ἔχουσα. [* Πεζίδιον βασιλικὸν, Gl. Diadema; Πεζίδιον γυναικὸς, sine interpr.] Quod autem attinet ad præcedentia illa adjj., quæ itidem ab hoc πέζα, i. e., habente hanc signif., derivantur, unum quidem EST Περίπεζος, quod exponemus παρυφασμένος, sicut J. Poll. περίπεζα exp. παρυφασμένα. Sed fortasse non male Latine Circumdatus limbo, aut etiam Fimbriatus. AT Περιπέζια Etym. vult dici Quæ terræ sunt propinqua. LL. autem VV. exp. Περιπέζια, sicut ET Περιπεζίδες, Ornamenta pedum, sine Auctore. Mutatam vero sedem accentus habens NOM. Περιπεζία, explicatur ab Hes. ταπείνωσις. [Simpl. ad Epict. Τοῦ περιπεζίου τῆς ψυχῆς μέρους, i. e. Humilis. Περιπέζιος Suidæ est πορευτός. * Περιπεζίως, Humiliter, Eust. Il. M. p. 858. " Περιπέζιος, Dionys. Areop. 25. Περιπεζία ὕφεσις, Terrena humilitas. * Ὑποπέζιος, Idem 35. 58. ὕφεσις." Kall. Mss.] Alterum comp. EST Πεζοφόρος, quod sonat q. d. Limbifer, i. e. Limbum ferens, gestans. Potest autem exponi itidem Limbo circumdatus, Fimbriatus. At sequendo alteram exp. Pollucis, sc. ποδήρης, sonat Talaris verum Idem in alio l. non hanc, sed illam exp. sequitur, Τὸ δὲ ζῶμα, ἔστι μὲν ἐπιτήδειον ἐνδύναι, πέζας δὲ ἔχει, ὡς Αἰσχύλος δηλοῖ, πεζοφόρα τὰ σώματα ἀποκαλῶν. [" Porson. Hec. p. lvii. Ed. 2." Schæf. Mss. * Πεζοφορέω, unde ap. Phot. Πεζοφοροῦσιν· ἤτοι πέζαν ἐχόντων τῶν χιτώνων· ἢ τοῖς ποδήρεσιν.] SED πέζα generalius etiam pro Extremitate: unde redditur et Margo, Crepido, Ripa, [" Ruhnk. Ep. Cr. 151." Schæf. Mss.] πέζαι tamen maris exp. non ὁ αἰγιαλὸς, sed τὰ πρὸς τῷ αἰγιαλῷ μέρη. Præterea πέζα dicitur et ὁ ἔξω κύκλος τῆς τραπέζης. Item πέζα πρώτη τοῦ ῥυμοῦ, est τὸ ἄκρον, ᾧ ἐπίκειται ὁ ζυγός: de quibus signiff. consule Eust. E Dionysio P. autem affertur in VV. LL. Καὶ Χίος ἠλιβάτοιο Πεληναίου ὑπὸ πέζαν, pro Sub radicibus Pelenæi montis, et q. d. Sub planta: atque ita pertinebit h. l. ad primam signif. hujus nominis, sed e propria factam metaphoricam. Eust. certe exponens hæc ejusd. Dionysii verba, ὅστ' ἐπὶ τρισσὴν Ἐκτέταται κρηπῖδα πρὸς ἠῶ, scribit, Κρηπὶς γὰρ κυρίως μὲν, ἐπὶ ὑποδήματος· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἡ βάσις, ἐπί τε θεμελίου καὶ ἑτέρων τινῶν: quibus subjungit, Προϊὼν δὲ καὶ πέζαν ἐρεῖ τὴν τοῦ τριγώνου πλευρὰν, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. Ibid. affertur pro Regione s. Plaga, e Nonno, οὐρανίην πέζαν vocante Cœlestem plagam: Οὐρανίην ἐπὶ πέζαν ὑπηνέμιος νέκυς ἦλθε. [Πέζα, Rete piscatorium, Opp. 'A., 83.] Denique πέζαι, si credimus Oro ap. Etym., dictæ fuerunt meretrices quæ absque instrumentis musicis ad convivia ventitabant. Sed suspicor scribi potius debere πεζαὶ, a FEM. Πεζή: cujus masc. πεζός. [Cf. Athen. 532. Περιήγετο στρατευόμενος αὐλητρίδας, καὶ ψαλτρίας, καὶ πεζὰς ἑταίρας, ubi Schw.:—' Πεζαὶ ἑταῖραι, veteribus dicebantur Vilissimæ, Abjectissimæ meretrices, pura puta prostibula, quæ ne in speciem quidem aliud profitebantur, (veluti musicam, ut αὐλητρίδες et ψάλτριαι,) sed plane nonnisi corpore quæstum facere noverant.']

ΠΕΖΟΣ, ὁ, Pedes, Qui pedibus viam facit, Od. Π. (224.) Οὐ μὲν γάρ τι σὲ πεζὸν ὀΐομαι ἐνθάδ' ἱκέ-

σθαι, Il. Ω. (438.) Ἐνδυκέως ἐν νηΐ θοῇ ἢ πεζὸς ὁμαρτέων, Xen. (K. Π. 4, 3, 5.) Πεζὸς ἰὼν, Athen. 12. Προήει μηδέποτε πεζός. Crediderim autem et πεζὴν ὁδὸν posse dici, Pedestrem viam, Pedestre iter: Terrestre iter distinguendo ab eo quod fit mari, cum legamus ap. Plut. Polit. Præc. πεζοτέραν ὁδὸν, ubi tamen metaphorice loquitur; hæc enim sunt illius loci verba, Εἰσβολαὶ δὲ καὶ ὁδοὶ δύο τῆς πολιτείας εἰσὶν, ἡ μὲν, ταχεῖα καὶ λαμπρὰ πρὸς δόξαν, οὐ μὴν ἀκίνδυνος· ἡ δὲ πεζοτέρα καὶ βραδυτέρα, τὸ δὲ ἀσφαλὲς ἔχουσα μᾶλλον: ubi animadverte voce hac πεζοτέρα quandam simul humilitatis significationem includi, cum opponatur πεζοτέρα ὁδὸς τῇ λαμπρᾷ πρὸς δόξαν: de quo metaphorico usu dicam infra, in fine secundi de signif. nominis Πεζὸς tmematis. ‖ Sed et in bello dicitur πεζὸς ad differentiam τοῦ ἱππέως, sicut Lat. Pedes ad differentiam Equitis. Hom. Πεζοί θ' ἱππῆές τε, Il. Θ. (59.) et alibi: Λ. (150.) Πεζοὶ μὲν πεζοὺς ὄλεκον φεύγοντας ἀνάγκῃ, Ἱππεῖς δ' ἱππῆας. Alicubi vero et ἵππους opponit πεζοῖς, Od. P. (436.) πλῆτο δὲ πᾶν πεδίον πεζῶν τε καὶ ἵππων. Apud Eund. legimus μάρνασθαι, Pugnare, ἀφ' ἵππων et πεζὸν ἐόντα: Od. (I. 50.) ἐπιστάμενοι μὲν ἀφ' ἵππων Ἀνδράσι μάρνασθαι, καὶ ὅθι χρὴ πεζὸν ἐόντα. Cui simile est, quod habetur Il. E. (13.) Τὼ μὲν ἀφ' ἵπποιϊν, ὁ δ' ἀπὸ χθονὸς ὤρνυτο πεζός. Itidem et in soluta oratione passim dicuntur πεζοὶ, Pedites, ut ἱππεῖς, Equites. Lucian. (1, 848.) Πεζοὶ περιπειρόμενοι ὑπ' ἀλλήλων τοῖς δορατίοις, καὶ συμπατούμενοι ὑπὸ τῶν ἱππέων. Aliquando autem, sed raro, si bene memini, additur στρατιῶται: ut ab Herodiano 1, (12, 19.) Ἐπεβοήθουν τῷ δήμῳ καὶ οἱ τῆς πόλεως πεζοὶ στρατιῶται μίσει τῶν ἱππέων. Interdum vero πεζοὶ opponuntur τοῖς ναυβάταις, ut ap. Thuc. (8, 44.) s. τοῖς ναυμαχοῦσι, ut ap. Demosth. Apud quem tamen legitur et adv. πεζῇ cum ναυμαχοῦντες, (35.) Πολλὰ δὲ καὶ καλὰ καὶ πεζῇ καὶ ναυμαχοῦντες ἔστησαν τρόπαια αὐτοὶ στρατευόμενοι. Et πεζὸς στρατὸς, s. πεζὴ στρατιὰ, aut πεζὴ δύναμις, cum ap. alios, tum ap. Thuc. et Xen., q. d. Pedes exercitus, pro Pedester exercitus, Pedestres copiæ, Peditatus. Aut etiam Terrestres copiæ, ad differentiam navalium, sicut πεζὴ δύναμις ad differentiam τῆς ναυτικῆς. Isocr. autem et πεζοὺς κινδύνους opposuit ναυτικοῖς. Item πεζὴ μάχη, Pedestris pugna: cui ναυμαχίαν opponit Dem., sicut et τῇ πεζῇ στρατείᾳ eandem opponit. Plerumque autem dicunt sine adjectione ὁ πεζὸς, itidemque τοῦ πεζοῦ, etc. subaudientes στρατὸς et στρατοῦ, itidemque in ceteris casibus. Thuc. 1, (47.) Ἐπὶ δὲ τῇ Λευκίμνῃ αὐτοῖς τῷ ἀκρωτηρίῳ ὁ πεζὸς ἦν. Idem l. 3. dixit, ναυσί τε καὶ πεζῷ κρατεῖν. Ubi tamen τῷ πεζῷ κρατεῖν quidam interpr. Pedestri pugna victores esse. Sed et neutro genere τὸ πεζὸν pro Peditatu invenitur, sicut τὸ ἱππικόν: subaudiendo στράτευμα, ut opinor, unde et plur. τὰ πεζὰ κράτιστοι, Pedestribus copiis potentissimi. Ζῶα autem, Animalia, vocantur πεζὰ ad differentiam volatilium et aquatilium, ubi πεζὰ vertit Gaza Pedestria, Gressilia, quæ interpretatio et Politiano tribuitur, alii minus ad verbum Terrestria; atque ita Bud. in h. Aristot. l. de Mundo, Οὗτος ἐναλίων ζώων καὶ πεζῶν καὶ ἀερίων φύσεις ἐχώρησε: ita enim vertit h. l. Hic omnium animantium naturas tum aquatilium, tum pedestrium, tum etiam in elemento spirabili victitantium segregat: legens ἐχώρισε, non ἐχώρησε: ubi πεζὰ ζῶα sunt quæ et χερσαῖα vocare possumus, ex eod. Aristot. in eod. l. Ἢ εἴ τις ὁμοῦ ζῶον ἔνυδρόν τε καὶ χερσαῖον καὶ πτηνὸν ἐν τοῖς κόλποις ἔχων ἐκβάλοι. Ceterum πεζὸς a πέδον derivare quosdam Gramm., non ignoro: sicut et ante admonui in Πέζα, quæ derivatio eorum si mihi placuisset, post Πέδον posuissem nomen hoc Πεζός: sed non video quo quis argumento probare, aut etiam unde conjicere possit, antiquius esse Πέδον quam Πέζα: e quo quam commode deduci Πεζὸς queat, nemo non videt. At illi et πέζα et πεζὸς a πέδον derivant: cum alioqui etiamsi constaret πέζα ortum esse e πέδον, tamen πεζὸς vicissim ex illo πέζα originem habere fatendum foret, et quidem ad utriusque signif. respiciendo. ‖ Πεζὸς λόγος metaphorice, Pedestris oratio: quæ et Soluta s. Prosa oratio, secundum quosdam.

A Dicitur autem πεζὸς, Pedestris, quod elata non sit, sed velut humilis ac depressa si cum poëtica comparetur: quæ vicissim ἔποχος quodammodo esse videtur. Ὠδὴ, inquit Eust., ὁ μεμελισμένος λόγος, ὃς καὶ ἔξαρμα ἔχει, ἤγουν ὕψος, ὄγκον, μέγεθος· καὶ πως διὰ τὸ ὑπερῃρμένον, ἔποχος ὁ τοιοῦτος λόγος εἶναι δοκεῖ. Quibus subjungit, Διόπερ ὁ μὴ τοιοῦτος, πεζὸς λέγεται διὰ τὸ ταπεινὸν, καὶ τὸ ὡς ἀπὸ ὕψους τινὸς καὶ ὀχήματος, καταβῆναι εἰς τοὔδαφος. His addit e Strab. Nam Pherecydes et Hecatæus metricos quidem numeros dissolventes, sed reliqua servantes, poëtica scripserunt, (intellige autem per ποιητικὰ Poëticum quendam stylum habentia); at horum posteri detrahentes semper aliquid eorum quæ hujusmodi erant, tandem orationem ad eam quam nunc habet formam, tanquam ex alto, dejecerunt ac depresserunt. Quintil. 10, 1. de Platone loquens, πεζὸν λόγον interpr. Orationem pedestrem: de illo hæc scribens, Multum enim supra prosam orationem et quam Pedestrem Græci vocant, surgit: ut mihi non hominis ingenio,
B sed quodam Delphico videatur oraculo instinctus. Sed et Horat. Sermonem pedestrem dixit, item Musam pedestrem, necnon Historias pedestres, quæ oratione soluta sunt conscriptæ: Carm. 2, 12. tuque pedestribus Dices historiis prælia Cæsaris, Mæcenas, melius. At Sermonem pedestrem vocat non tam solutam orationem, quam eum, qui ita est humilis, ut ad solutam orationem proxime accedat, in Arte poëtica, Interdum tamen et vocem Comœdia tollit, Iratusque Chremes tumido delitigat ore: Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri. Itidem vero Musam pedestrem appellat suarum Satyrarum et Epistolarum versus, quod vix quicquam a soluta oratione differant: Sat. 2, 6. Ergo ubi me in montes et in arcem ex urbe removi, Quid prius illustrem satyris, musaque pedestri? Ut autem dicit hic Flaccus Musam pedestrem, sic Lucian. ποιητικὴν πεζὴν, Poëticam pedestrem: (2, 10.) Ἡ ἱστορία δὲ, ἤν τινα κολακείαν τοιαύτην προσλάβῃ, τί ἄλλο ἢ πεζή τις ποιητικὴ γίγνεται; quam autem vocet Poëticam pede-
C strem, sequentia hæc verba declarant, Τῆς μεγαλοφωνίας μὲν ἐκείνης ἐστερημένη, τὴν λοιπὴν δὲ τερατείαν γυμνὴν τῶν μέτρων καὶ δι' αὐτὸ ἐπισημοτέραν ἐμφαίνουσα. Ceterum non solum πεζὸς adjective ponitur cum λόγος, pro Soluta oratione, et πεζὰ opponuntur τοῖς μέτροις, ut in isto Luciani loco (2, 350.) Τὰ δὲ σὰ, ὡς πεζὰ μέτροις παραβάλλειν, καθάπερ ὁ Δωσιάδα βωμὸς ἂν εἴη, καὶ ἡ τοῦ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα: sed et ipsi solutæ orationis Scriptt. vocantur interdum πεζοὶ, cum ab aliis, tum ab Hermog. Quoniam autem πεζὸς λόγος humilis est, uti dixi, si cum poëtico conferatur, inde factum est ut πεζὸς significet interdum non solum Pedestri sermone scriptus, sed Eo humili etiam et propemodum plebeio; ut cum dicit Lucian. (2, 24.) Ἄλλος δέ τις αὐτῶν ὑπόμνημα τῶν γεγονότων γυμνὸν συναγαγὼν ἐν γραφῇ, κομιδῇ πεζὸν καὶ χαμαιπετὲς, οἷον καὶ στρατιώτης ἄν τις τὰ καθ' ἡμέραν ἀπογραφόμενος συνέθηκεν, ἢ τέκτων, ἢ κάπηλός τις * συμπερινοστῶν τῇ στρατιᾷ. Jam vero πεζὸς generalius etiam pro Humilis, et quasi Humi, vel Per humum,
D repens: quemadmodum Horat. dixit Sermones repentes per humum, ut πεζὴ φιλοσοφία καὶ κάτω μένουσα ap. Greg. Naz. Usus vero est Plut. et comparativo πεζοτέρα, cum substantivo ὁδὸς, inclusam habente Humilitatis signif., ut docui supra, agens de πεζὴ ὁδός. Habetur certe in VV. LL. et MASC. Πεζότερος expositum Humilior, sed absque Auctore et exemplo. [" Πεζὸς, Freinsh. Ind. in Curt. v. Pedes, Zeun. ad Xen. K. Π. 231. Jacobs. Anth. 6, 231. 8, 405. ad Diod. S. 1, 416. 481. 2, 489. Thom. M. 697. 814. ad Charit. 598. Markl. Iph. p. 402. Wakef. S. Cr. 4, 14. Τὸ π., ad Herod. 370. 543. 549. 558. Π. λόγος, Ammon. 131. Πεζότερος, Heyn. Hom. 4, 243. 5, 687." Schæf. Mss. Πεζαὶ ἑταῖραι, vide Πεζή. Phot. Πεζὰς μόσχους· ἀντὶ τοῦ ἑταίρας· ἐλέγοντο γάρ τινες οὕτως ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Πολιτείᾳ· τὰς χωρὶς ὀργάνων· Κάνθαρος Συμμαχίᾳ· αὐλητρίδα πεζήν· καὶ Εὔπολις Κόλαξι. Πεζῷ γόῳ· ἄνευ αὐλοῦ ἢ λύρας· ὡς καὶ πεζαὶ ἑταῖραι, αἱ χωρὶς ὀργάνων μισθαρνοῦσαι. Sophocles ap. Schol. Eur. Alc. 448. Μέλη πεζὰ καὶ

φαρμακτά. " Πεζότερος, Villois. Anecd. Gr. 2, 86. Superl. Πεζότατος, Imus, Suid. 3, 711." Wakef. Mss.]

ADVERBIA sunt Πεζῇ ET Πεζῶς: sed Πεζῇ signif. Pedestri s. Terrestri itinere. Et interdum quidem πεζῇ et σὺν ἵππῳ opponuntur, Xen. (Œc. 5, 5.) interdum autem πεζῇ et κατὰ θάλασσαν, ubi πεζῇ aptius redditur Terrestri itinere, etiam Terra: reddendo πεζῇ καὶ κατὰ θάλασσαν, Terra marique. Sed Dem. dixit etiam πεζῇ καὶ ναυμαχοῦντες, (35.) Πολλὰ δὲ καὶ καλὰ καὶ πεζῇ καὶ ναυμαχοῦντες ἔστησαν τρόπαια αὐτοὶ στρατευόμενοι. Ubi πεζῇ reddi potest etiam Terrestri prælio. Apud Thuc. certe alicubi sonat potius Terrestri exercitu, Terrestribus copiis. Alioqui πεζῇ πορεύομαι, quod ap. eund. Xen. (K. 'A. 5, 6, 1.) legitur, reddi etiam potest Pedes s. Pedibus proficiscor. Sic πεζῇ βαδίζω, in Proverbiali senario, Πεζῇ βαδίζω· νεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι. [" Valck. Phœn. p. 66. ad Herod. 432. 445. 554. ad Diod. S. 1, 357. 481. 628. 698. 2, 369. 375. 490. 496. Thom. M. 699. ad Charit. 598. Wakef. S. Cr. 4, 20. Opp. κατὰ θάλασσαν, ad Mœr. 54." Schæf. Mss. Phot. Πεζῇ· τὸ τοῖς ποσὶν ἐλθεῖν λέγουσιν· καὶ πεζῇ φράσαι, τὸ ἄνευ μελῶν· Παῦσαι μελῳδοῦσ', ἀλλὰ πεζῇ μοι φράσον, ὁ Κωμικός. * " Πεζί, Pedestri itinere, Athen. 2, 36." Kall. Mss.] AT VERO Πεζῶς signif. πεζῷ λόγῳ, Pedestri s. Soluta oratione, s. Prosa: quod declaratur et adverbio καταλογάδην.

[* Πεζοβάτης, unde * " Πεζοβατέω, Huschk. Anal. 119. Jacobs. Anth. 9, 71." Schæf. Mss.] Πεζογράφος, ap. Diog. L., Pedestris orationis scriptor, i. e. Solutæ, Qui aliquid soluta oratione scribit, [" Æsch. ap. Schol. Pind. Π. 1, 181." Boiss. Mss.] Πεζογραφέω, Pedestri oratione scribo, Solutam orationem scribo s. Prosam, [" Diog. L. 4, 15." Wakef. Mss. * " Πεζογραφία, Eust. ad Od. Ξ. 105. * Πεζόδρομος, ad Il. E. 140. Const. Manass. Chron. 407. (p. 18. Meurs.)" Kall. Mss. * Πεζοθηρία, Plato Soph. 223. * Πεζοθηρικὸς, 220. * " Πεζολέκτης, Valck. Phœn. p. 183." Schæf. Mss. Eust. Il. p. 569. * Πεζολεκτέω, Od. p. 65.] Πεζολόγος, i. q. πεζογράφος. Quidam tamen συγγραφεὺς, quo Suid. exp. πεζολόγος, interpr. Historicus. [Eust. Il. Π. p. 1088, 11. Od. Z. p. 261, 45. " Valck. Anim. ad Ammon. 184." Schæf. Mss. * " Πεζολογέω, Nicet. Eugen. Epist. T. 2. p. 9." Boiss. Mss. " Eust. p. 4, 28." Seager. Mss. * " Πεζολογία, Valck. ad Herod. p. 76." Schæf. Mss. * Πεζολογικὸς, unde * Πεζολογικῶς, Eust. Od. B. 252. p. 1533, 30. " Valck. ad Il. 22. p. 114." Schæf. Mss. * Πεζομάχος, Lucian. 3, 220. " Const. Manass. Chron. p. 96." Boiss. Mss. * Πεζομάχης, Dor. Πεζομάχας, Pind. Π. 2, 119.] Πεζομαχέω, Pedestri prælio certo, s. Terrestri, Pugnam pedestrem committo, Sum pedes, Antiphon, 'Επ' Εὐρυμέδοντι δὲ καὶ πεζομαχοῦντες καὶ ναυμαχοῦντες ἐνίκησαν, Thuc. 1, (112.) cum dat., Φοίνιξι καὶ Κυπρίοις καὶ Κίλιξιν ἐναυμάχησαν ἅμα καὶ ἐπεζομάχησαν. SIC Πεζομαχία, Pugna pedestris, terrestris, ap. eund. Thuc. frequens: [1, 23. 49. 100. Polyb. 1, 23, 6. 5, 69, 7. Diod. S. 13. p. 336, 20. 358, 12. Appian. Rom. Præf. p. 8. " Herod. 626. Jacobs. Anth. 6, 231." Schæf. Mss. * Πεζονόμος, Terrestris, Æsch. Pers. 75.] Πεζονομικὸς, Pascendorum πεζῶν animalium peritus, Ad artem pascendorum πεζῶν pertinens. Et πεζονομικὴ, sub. ἐπιστήμη, τέχνη. Quod vocabulum habes in Plat. Politico [264. 265. 267.] cum plerisque aliis ejusd. generis ab eo itidem fictis. Ceterum quæ vocentur πεζὰ animalia, docui supra. [* Πεζοπόρος, Meleager 73. 80. " Jacobs. Anth. 9, 71. Schneid. ad Demetr. Phal. 126." Schæf. Mss.] Πεζοπορέω, Pedibus incedo, iter facio, i. e. οὐκ ἔποχος, Bud. e Xen. ('Ιππαρχ. 4, 1.) et Polyb. [3, 68, 14. Lucian. 2, 258. " Const. Manass. Chron. p. 18. Meurs." Schæf. Mss. * " Πεζοπορία, Herodian. Epim. 105." Boiss. Mss. * " Πεζοφανὴς, Schol. Plat. p. 71. Ruhnk." Boiss. Mss. Creuzeri Init. Philosoph. ac Theol. 1, 292. ad Greg. Cor. 813. 932. Schol. Hermogenis ap. Bast. Palæogr. 813.]

Πεζακοντιστὴς, q. d. Pedes jaculator, Bud. e Polyb. (3, 72, 2.) 'Εξῆς δὲ τούτοις ἐξέπεμπε τοὺς πεζακοντιστάς. Πέζαρχος, Peditum præfectus, Xen. (K. Π. 5, 3, 16.) ut ἵππαρχος, Equitum præfectus. [* Πεζέμπορος, Strabo 16. p. 1110.]

Πεζίτης, Pedes. A Suida exp. πεζός: cum autem πεζὸς non solum significet Pedes, sed et Pedester, ego in hac exp. illam potius quam hanc signif. dandam ei existimo: mihi repugnantibus alioqui VV. LL., in quorum nonnullis mendose etiam scriptum est πεζήτης cum η in utraque syllaba.

Πεζικὸς, Pedestris, sicut et πεζός. Unde π. δύναμις, Xen. (K. Π. 2, 4, 13.) quæ et πεζὴ, Peditatus, Pedestris exercitus, Pedestres copiæ. Aut etiam, Terrestres copiæ, ad differentiam navalium. Æsch. c. Ctesiph. 'Εβοηθήσατε αὐτοῖς καὶ ναυσὶ καὶ πεζικῇ δυνάμει. Sic Thuc., Στρατιᾷ ναυτικῇ καὶ πεζικῇ. Dicitur vero et τὸ π. a Xen. pro Peditatus, sicut et τὸ πεζὸν hac signif. dici, annotatum fuit. Verum affertur et alia lectio, in illo Thuc. loco, sc. πεζῇ, quæ in VV. LL. melior esse putatur, ideo sc. quia πεζικὸς Poëticum esse volunt. Sed id falsum esse alii quamplurimi Auctorum loci declarant; quamvis alioqui in eorum nonnullis eadem hæc lectionis diversitas inveniatur: ut in isto Plut. Aristide (11.) p. 596. meæ Ed., ῏Ηγεν ἐπὶ τὸν τόπον εὐφυέστατον ὄντα παρατάξαι φάλαγγα πεζικὴν, ibi enim quædam exempl. πεζὴν habent pro πεζικήν. Vocatur autem hic πεζικὴ φάλαγξ, Pedestris phalanx, i. e. Quæ constat e peditibus. Apud Plat. legimus πεζικὰ ὅπλα, Arma quibus utuntur pedites, apta peditibus, q. d. Arma pedestria. Legitur præterea ap. Xen. (K. Π. 1, 3, 13.) τὰ πεζικὰ ἀγαθὸς, ubi τὰ πεζικὰ vocantur Quæ ad artem pedestris pugnæ pertinent. [" Thom. M. 699. ad Diod. S. 1, 416. 2, 407. 505. ad Charit. 598. Zeun. ad Xen. K. Π. 281. Conf. c. πεζὸς, ad Diod. S. 2, 5. Boiss. Philostr. 452. Τὸ π., Exercitus terrestris, Xen. Mem. 3, 6, 9. Diod. S. 1, 78." Schæf. Mss.]

Πεζεύω, Pedibus iter facio, Pedes sum, Terrestri itinere eo, proficiscor; etiam uno verbo, Gradior. Act. 20, (13.) Μέλλων αὐτὸς πεζεύειν, Pedibus iter facturus. Vetus autem Interpres, Per terram iter facturus. Et hic quidem absolute. At vero ap. Demetr. Phal. (§. 22.) dicit quidam, Πλέων μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεύων δὲ διὰ τῆς θαλάσσης, Per mare iter faciens pedibus, Per mare ambulans. Sic ap. Philon. V. M. 3. Τοῦ ἔθνους ἀκινδύνως πεζεύοντος διὰ θαλάσσης ὡς ἐπὶ ξηρᾶς ἀτραποῦ καὶ λιθώδους ἐδάφους. Nec tantum dicitur πεζεύειν διὰ θαλάσσης, sed etiam πεζεύειν θάλασσαν: quo dixit modo Greg. πεζεύων τὸ πέλαγος, de Christo. At vero Eur. (Alc. 872.) πεζεύειν πόδα, Pedem movere, ut quidem exp. VV. LL. Ubi affertur et ex Aristot. Πεζεύει περὶ τὴν τροφὴν, pro A terra victum quærit. Item πεζεύοντες ibid., pro Terreni. Pass. Πεζεύομαι ap. Lucian. (3, 20.) Καὶ πεζευέσθω ὁ 'Ελλήσποντος, καὶ ὁ ῎Αθως πλείσθω: qui l. ei similis est, quem e Demetrio Phal. protuli. Apud Strab. (6. p. 431.) πεζευομένη ὁδὸς, Iter terrestre: et πεζεύεσθαι, Terrestri itinere advehi, ap. Eund., ut Bud. exp. afferens e l. 4. (p. 288.) 'Επεὶ δ' ἐστὶ δυσανάπλους ὁ 'Ροδανὸς, τινὰ τῶν ἐντεῦθεν φορτίων πεζεύεται ταῖς ἁρμαμάξαις. [" Ad Il. E. 227. Jacobs. Anth. 11, 25." Schæf. Mss. " Verbum πεζεύω, non solum valet Pedibus eo, sed et omnino Terrestri itinere proficiscor, (quod ipsum Latine nonnunquam Pedestre iter dici solet,) licet equo veharis aut in carpento sedens iter conficias. Vide Lex. Polyb. vv. Πεζὸς, Πεζομαχία, Πεζικὸς, Πεζεύω." Schw. ad Athen. * Πέζευμα, Gl. Peditatus. * Πεζευτὴς, unde] Πεζευτικὸς, Qui pedibus iter facere potest, Qui gradi potest: ζῶα, Animalia quibus gradiendi facultatem natura dedit. Quæ vocantur et πεζά. Gressilia quidam interpr. [* 'Αποπεζεύω, Phav. 109. * Διαπεζεύω, Epiph. 1. p. 1079. * Καταπεζεύω, Basil. 2, 62. " Eust. Il. 812." Wakef. Mss.]

¶ Πεζέταιροι, VEL Πεζέτεροι, Milites quidam ap. Macedonum reges, qui fortitudinis ergo præcipuo in honore erant, Dem. (23.) de Philippo loquens, Οἱ δὲ δὴ περὶ αὐτὸν ὄντες ξένοι καὶ πεζέτεροι [πεζέταιροι Reisk.] δόξαν μὲν ἔχουσιν ὡς εἰσὶ θαυμαστοὶ καὶ συγκεκροτημένοι τὰ τοῦ πολέμου· ὡς δ' ἐγὼ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ γεγενημένων τινὸς ἤκουον, ἀνδρὰς οὐδαμῶς οἵων τε ψεύδεσθαι, οὐδένων εἰσὶ βελτίους. Ex Eod. affert

Etym. Καὶ τῶν Μακεδόνων τοὺς πεζεταίρους μὲν καλουμένους, ὄντας δὲ ἀπολέκτους, ἔχων, ἐνέβαλεν εἰς τὴν Ἰλλυρίδα. Apud Plut. (6, 745.) dicit Titus Quintius de copiis Antiochi quas in Græciam ducebat, Μὴ τοίνυν μηδὲ ὑμεῖς θαυμάζετε τὴν βασιλικὴν δύναμιν, λογχοφόρους καὶ καταφράκτους καὶ πεζετέρους καὶ ἀμφιπποτοξότας ἀκούοντες· πάντες γάρ εἰσιν οὗτοι Σύροι, ὁπλαρίοις ἀλλήλων διαφέροντες. J. Poll. Macedonica esse ait hæc tria, πεζέτεροι, ἀργυράσπιδες, et χρυσάσπιδες. Sed origo hujus vocabuli πεζέτεροι controversa est, sicut scriptura: cum alii voluerint πεζαιτέρους dici, tanquam ἐν πεζοῖς ἑταίρους ὄντας τῷ ἄρχοντι, sc. διὰ τὸ ἐν μάχῃ ἀπόλεκτον κατ' ἀνδρείαν: alii πεζετέρους, quod unam πέζαν armatam haberent, at τὴν ἑτέραν, Alteram, nudam: intellige autem Pedem nomine hoc πέζα. Est vero et tertia SCRIPTURA Πεζαίτεροι. Vide Harpocr. Suid. Hes. Etym. Eust. [" Ad Diod. S. 2, 179." Schæf. Mss. Nicet. Annal. 21, 3. Phot. Πεζέταιροι· Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς· Ἀναξιμένης δὲ ἐν α' Φιλιππικῶν περὶ Ἀλεξάνδρου λέγων φησίν· ἔπειτα τοὺς μὲν ἐνδοξοτάτους ἱππεύειν συνεθίσας, ἑταίρους προσηγόρευσεν· τοὺς δὲ πλείστους καὶ τοὺς πεζοὺς εἰς λόχους καὶ δεκάδας καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς διελὼν, πεζεταίρους ὠνόμασεν· ὅπως ἑκάτεροι μετέχοντες τῆς βασιλικῆς ἑταιρείας, προθυμότατοι διατελῶσιν ὄντες.]

" Πεζίτια στέμματα, in hominibus sunt στεφάνη, " ζώνη: in lignis, τὰ κυμάτια, Suid." [* " Πεζέτιον, Etym. M. 749, 37." Wakef. Mss.]

[* Πέζιξ s. * Πέζις, Fungi species, Athen. 62. Theophr. H. Pl. 1, 6, 5.]

ΠΕΙΘΩ, σω, κα, Persuadeo, Oratione flecto, vel Flecto, sine adjectione ablativi, s. Impello ad rem aliquam faciendam, Od. Ξ. (392.) Οἷόν σ' οὐδ' ὀμόσας περ ἐπήγαγον· οὐδέ σε πείθω. Et in aliquot locis, οὐδέ με πείσεις. Item πείθειν θυμὸν et πείθειν φρένας τινὸς, ap. Eund. Sed et πείθειν φρένας τινί: Il. Π. (842.) σοὶ δὲ φρένας ἄφρονι πεῖθε. Aristoph. Πλ. (600.) Οὐ γὰρ πείσεις, οὐδ' ἢν πείσῃς. Quoniam autem ap. Hom. est hic potius verbi istius usus sine infin., (exempla certe constructionis cum infin., si qua ap. eum extant, mihi nunc in promtu non sunt,) incipiam ab hoc eod. usu quem in soluta oratione habet: sine infin. inquam. Sciendum est igitur, ibi πείθειν interdum quidem apte reddi Persuadeo, Oratione flecto, etc., ut cum ap. Plut. (7, 907.) Euclides fratri, qui iracunde dixerat, ἀπολοίμην εἰ μή σε τιμωρησαίμην, respondet magna contra cum moderatione animi et lenitate, ἀπολοίμην εἰ μή σε πείσαιμι. Item cum dicit Isocr., περὶ δυνάμεως καὶ πλούτου loquens, Ἃ μόνα τῶν ὄντων καὶ πείθειν καὶ βιάζεσθαι πέφυκεν. Item cum certis quibusdam dativis instrumenti, non permittentibus iis quidem, verbo Flecto, aut alii, ablativum illum Oratione, aliumve ullum addere: Plut. Χάριτι καὶ φιλίᾳ πείσας. Et Xen. K. Π. 5, (3, 15.) Ποίοις λόγοις ἄλλους πείθοιμεν ἄν. Necnon cum rei accusativus personæ accusativo adjungitur: Plato Apol. (27.) Ἀλλ' ὑμᾶς τοῦτο οὐ πείθω. Aut etiam cum solus accus. rei additur: ut τἀναντία πείθειν ap. Aristot., relinquendo subaudiendum accus. personæ. Interdum autem alio quopiam verbo commodius vertitur: ut ab Æschine dicuntur nonnulli fecisse quiddam οὐ πείσαντες τὸν δῆμον: quod redditur, Non impetrata venia a populo, cum alioqui utendo verbo Persuadeo, reddi debeat, Cum non persuasissent populo, Non persuaso populo. Et ap. Plat. Μὴ πείσας λαμβάνω, redditur Vi capio. Apud Eund. in Epist. ad Dionys. Μὴ πείθων σε ταῦτ' οὐ ποιήσω, Bud. vertit, Nisi te permittente, non sum hæc facturus. Jam vero et cum dat. μισθῷ, aut χρήμασι, aliove hujusmodi, (ideoque supra dixi, Cum certis quibusdam dativis, non autem Cum quolibet,) aliud potius verbum quam Persuadeo aut Flecto, ad ejus interpretationem afferre decet. Quem usum ap. Thuc. potissimum observare me memini: 2. Καὶ τοὺς μὲν μισθῷ ἔπειθεν, οἱ δὲ, ἐθελονταὶ ξυνηκολούθουν, 1, (31.) Καὶ παρεσκευάζοντο τακράτιστα νεῶν στόλον, ἔκ τε αὐτῆς Πελοποννήσου ἀγείροντες καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐρέτας, μισθῷ πείθοντες. Ibid. Καὶ τῶν ἄλλων Πελο-

A ποννησίων (πέμπουσιν οἱ Κορίνθιοι) μισθῷ πείσαντες ἑξακοσίους. His certe in ll. πείθειν nemo non videt incommode minimeque e Lat. linguæ consuetudine reddi posse Persuadere; nam si dicam, Cogo milites, persuadens mercede, quis me ita loquentem ferat? Sed nec iis assentior, qui πείθειν verbo Sollicitare in hujusmodi ll. interpr. Qui enim quempiam solicitavit mercede, s. pretio, ut Cic. loquitur, non continuo dicetur eum, quem solicitavit, pellexisse; multos enim solicitamus quidem et spe et pretio, et aliis etiam modis, quos tamen pellicere non possumus, et in nostram sententiam atque adeo voluntatem adducere: quod nihil aliud est quam Persuadere ut faciant quod ab illis petimus. Hinc fit ut verbo Pellicere utendum potius existimem; sic tamen ut fatear aliis quibusdam ll. aptius videri posse, (etiam qui dativum huic verbo adjunctum non habent,) quam istis Thucydidis: ut cum ita scribit Xen. K. Π. 6, (1, 19.) Βιάζεσθαι μὲν μὴ τοιαύτην γυναῖκα, πείθειν δὲ, εἰ δύναιτο, οὐκ ἔφη κωλύειν. Nam hic πεί-
B θειν aptius reddi non posse existimo quam Pellicere, aut etiam Ad se pellicere: cum Cicero de muliere itidem sit ita locutus. At cum de militibus agitur, quos mercede conducimus, non dubium est quin simplicius sit πείθειν quam pellicere. Ideoque existimo posse nos etiam ablativo Mercede contentos esse, e Lat. linguæ consuetudine, qua dicitur Accerso milites mercede, aut etiam sine accus. illo, ubi Thuc. non contentus dativo μισθῷ, adderet πείσας. Itidemque dicuntur aliqui militare mercede, i. e. μισθῷ πεισθέντες. Denique non dubito quin ubi dicit Thuc. μισθῷ ἔπειθεν, dicturus fuisset Lat. Scriptor simpliciter, Mercede conducebat; et pro illo, Πέμπουσι μισθῷ πείσαντες ἑξακοσίους, Sexcentos mittunt mercede conductos: aut etiam uno verbo, Mercenarios. Alioqui si non tam utriusque linguæ consuetudinem spectare, quam singulorum verborum signif. exprimere velimus, dicendum potius Mercede adductos. Verum hoc quoque loquendi genus an locum habere
C hic possit ignoro: quamvis passim dicatur aliquis Mercede adductus facere quidpiam. Quod si quis act. Gr. activo Latine reddere velit, et pro μισθῷ πείσαντες dicere, Cum eos mercede adduxissent, multo etiam longius a Lat. consuetudine recessurum illum existimo. Sed de his hactenus. At vero accusativo ἐμαυτὸν junctum πείθω, peculiarem quandam interpr. poscit, si quidem Bud. sequamur: qui πείθω ἐμαυτὸν vertit Arbitror. Sed ego non video quid vetet quo minus ad verbum interpretemur, cum Cic. locis aliquot dicat, Ita mihi persuadeo, ad Fam. 3. Sed mihi ita persuadeo, (potest fieri ut fallar,) eam rem laudi tibi potius quam vituperationi fore. Et alibi, Tibi ita persuadeas. Item, Quo modo mihi persuadeo. Alioqui reddi etiam queat Persuasus sum, Persuasum mihi est: quorum utroque et Cic. utitur; sed hoc posteriori frequentius, si bene memini. At in VV. LL. e Dem. affertur Ἐμαυτὸν πεπεικὼς, pro A meipso adductus. || Infinitivo autem junctum Πείθω, cujus constr. exempla
D ex Hom. nulla suppetere mihi dixi, optime convenit cum verbo Persuadeo, juncto particulæ Ut, cum optativo vel subjunctivo: Πείθω σε ἀδυνάτοις ἐπιχειρεῖν πράγμασι, Isocr. Persuadeo ut aggrediaris. Herodian. 1, (17, 24.) Νεανίαν τινὰ πείθουσιν εἰσελθόντα, τὸν Κόμμοδον ἀποπνῖξαι, Persuaserunt adolescenti ut ingressus Commodum strangularet. Invenitur autem et particulæ ὡς junctum ap. Plat., item particulæ ὥστε ap. Thuc. Latinum autem Persuadeo, aut eam habet, quam dixi, constr., aut etiam infinitivo jungitur, sicut πείθω, sed in his loquendi generibus, aut aliis hujusmodi, Persuadet mihi ita esse, hoc fieri posse, neminem me cariorem sibi esse. Verum legitur πείθω negationem quoque habens ante infin.: Aristoph. B. (68.) Κ' οὐδεὶς γέ μ' ἂν πείσειεν ἀνθρώπων τὸ μὴ οὐκ Ἐλθεῖν ἐπ' ἐκεῖνον. In cujus loci interpr. datur Latino Persuadeo constructio cujus exemplum desidero: ita enim redditur, Nemo mihi persuaserit quominus ad illum eam. Alioqui eadem signif. dici posset, Adduci non possim quin eam. Nam et act.

Adduco pro Persuadeo ponitur: ut, Adducis me ut tibi assentiar. "Πιθὼν, Qui persuasit, πείσας, Aristoph." [Πλ. 949. B. 1168.]

Πείθω, Suadeo, Persuadere conor, Xen. Ἑλλ. 6, (5, 16.) Καὶ ἦσαν μέν τινες, οἳ τὸν Ἀγησίλαον ἔπειθον χωρὶς τούτους ἐπιθέσθαι. Sic Isocr. Πείθουσιν ἡμᾶς πράττειν. Sed et ap. Dem. c. Mid., ubi loquuntur testes. Sunt autem qui et Lat. Persuadeo pro Suadeo inveniri tradant, afferentes e Terentii Andria, Et is mihi persuadet, nuptias quantum queam, ut maturem; sed in aliis exempl., quibus merito plus fidei habebimus, legitur, Et is mihi suadet. At vero πείθω in Suadendi signif. cum accus. personæ junctum, ap. Paulum habetur, ad Gal. 1, (10.) Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεόν; pro Nunc enim utrum homines an Deum suadeo? Quo autem id sensu ab eo dicatur, fuse docet doctissimus Interpres.

Pass. Πείθομαι, Persuadeor, Oratione flector, (de quo ap. Hom. usu dicam in seq. tmemate,) ut cum Isocr. πεπεισμένον opp. τῷ βεβιασμένῳ: sicut πείθειν et βιάζεσθαι opponi vides supra. Aristoph. Σφ. (115.) Καὶ πρῶτα μὲν λόγοισι παραμυθούμενος Ἀνέπειθεν αὐτὸν μὴ φορεῖν τριβώνιον, Μηδ' ἐξιέναι θύραζ'· ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο. Ubi observa οὐκ ἐπείθετο, sc. τῷ ἀναπείθοντι, Non persuadebatur, Persuaderi non poterat, vel Adduci, ut id faceret. Alicubi autem videtur commode redditum iri In animum induco. Interdum certe additur dat. λόγῳ, λόγοις, cum hoc verbo πείθεσθαι, sicut et cum ἀναπείθεσθαι, estque ita usus Xen.: Plut. autem dixit etiam διὰ λόγου πείθεσθαι. Quinetiam πεπεισμένος ἐκ λογίων ex Eod. affertur in Romulo. || Πείθομαι, Adducor ut credam, Credo: Plato Cratylo, Οὐκ ἔχω, ὦ Σώκρατες, ὅπως χρὴ πρὸς ἃ λέγεις ἐναντιοῦσθαι· ἴσως μὲν οὖν οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν οὕτως ἐξαίφνης πεισθῆναι: de Rep. 1. Ἤκουσα, ἀλλ' οὐ πείθομαι. Itidem vero πέποιθα pro Credo, Certo credo, Confido, ut docebo infra. Dicitur etiam πείθομαι τοῦτο, Persuadeor hanc rem, Mihi res hæc persuadetur, Dem. Εἰ τοίνυν τις ἐκεῖνο πέπεισται, Si quis illud persuasus est, persuasum habet, illud credit. Plut. Numa, Ἔργον τοῦτο πεισθῆναι, Hoc difficile est creditu. Et quidem interdum cum dativo personæ. Quale est, quod affertur e Plat. Ταῦτα ἐγώ σοι οὐ πείθομαι, pro De his tibi non credo. Sed malim, eand. constr. tribuens verbo Credo, quam habet πείθομαι, interpretari, Hæc ego tibi non credo: cum et Terentius hanc ei constr. dederit. Bud. tamen et ipse pro dat. personæ usus est genitivo, cum hæc ejusd. Plat. de LL. 4. Σκοπεῖν δὴ δεῖ τοῦτον τὸν λόγον πότερον πεισόμεθα αὐτῷ, vertit, An credemus hoc ejus dictum. Intellexit enim esse itidem pro εἰ πεισόμεθα αὐτῷ τοῦτον τὸν λόγον: cum alioqui αὐτῷ possit etiam referre τῷ λόγῳ. At vero cum dat. rei, vel solo, vel habente et accus., est potius quod dicimus Latine Adduci: Χρήμασι πεισθέντας, Thuc. Pecuniis adductos. Itidemque δώροις πεισθέντες, ap. Eund.: qualem usum esse et activi cum dat., supra docui. Quinetiam adjunctum habet accus. rei ap. Eund. (2, 21.) Πεισθῆναι χρήμασι τὴν ἀναχώρησιν δόξας, ad verbum Persuasus esse pecunia recessum, pro Recessisse pecunia persuasus, s. potius adductus. Sed interdum pro dat. ponitur præp. ὑπὸ cum suo gen.: Plato, Πεισθεὶς ὑπὸ δωρεᾶς, pro πεισθεὶς δωρεᾷ, ut Thuc. dixit, Δώροις πεισθέντες, qui Plato dixit etiam, Πεισθεὶς ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῆς σῆς ἀρχῆς. Jungitur et accusativo quem sequitur præp. περὶ cum suo gen.: ad Hebr. 6, (9.) Πεπείσμεθα περὶ ὑμῶν τὰ κρείττονα, Persuasi sumus de vobis meliora. Aut etiam, Sed de vobis meliora nobis persuasimus. Sed et cum infin., sicut Latine Persuasus sum, Dem. pro Cor. Ἀλλ' οὕτως ἐπεπείσμην μέγαν εἶναι τὸν κατειληφότα κίνδυνον τὴν πόλιν. Idem, Πεπεισμένος εἰμὶ συνοίσειν. || At vero sine ulla adjectione positum participium πεπεισμένοι ap. Dionys. Areop., de illis peculiariter dicitur, qui in Christum credunt, s. qui fide Christum amplectuntur: qui sæpe οἱ πιστεύοντες, sæpius etiam οἱ πιστοὶ a Paulo vocati sunt; et postea Lat. Fideles itidem dicti ad verbum.

Πείθομαι, Pareo, Obedio, Obtempero, Hom. Il. A. (79.) ὃς μέγα πάντων Ἀργείων κρατέει, καί οἱ πείθονται Ἀχαιοί, B. (360.) Ἀλλὰ, ἄναξ, αὐτός τ' εὖ μήδεο, πείθεό τ' ἄλλῳ. Et πείθεσθαι μύθῳ, μύθοις, ἔπεσι. Sed Il. A. (289.) legitur, ἅτιν' οὐ πείσεσθαι ὀΐω, (cum præcessisset, Πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει, πάντεσσι δ' ἀνάσσειν, Πᾶσι δὲ σημαίνειν,) ubi Schol. putat ἅτινα i. valere q. πρὸς ἅτινα, sicut πείσεσθαι i. q. πεισθήσεσθαι. Sed non video quid necesse sit πείσεσθαι hic pro πεισθήσεσθαι exponere, cum minime similis sit hic usus istius infin. ei quem habet Il. Υ. (466.) Νήπιος, οὐδὲ τὸ ᾔδη ὃ οὐ πείσεσθαι ἔμελλε: hic enim πείσεσθαι est potius a πείθομαι, Persuadeor, Oratione flector, quam a πείθομαι, Pareo. Scio tamen esse et qui act. signif. tribuant h. in l. isti infin., ut sit pro Persuasurus esse: quam sequendo interpr. minime exponi debebit πείσεσθαι per πεισθήσεσθαι, sed potius per πείσειν: itidem tamen πείθομαι pro πείθω positi nullum affertur exemplum. Possumus autem hic cum accus. rei subaudire dat. personæ: quam constr. in alio ejusd. Poëtæ versu mox videbimus. Frequens est hujus verbi usus in prosa quoque, in hac itidem signif.: ut πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσι, Xen. (K. Π. 1, 2, 8.) Sic πείθεσθαι τῷ δεσπότῃ, Plut. Et πείθεσθαι τῷ θεῷ, Plato Apol. (17.) Πείσομαι δὲ τῷ θεῷ μᾶλλον ἢ ὑμῖν. Idem dixit in Epitaphio, Μάλιστα πείσεται τῇ παροιμίᾳ, Cic. Parebit et obediet præcepto illi veteri, p. 7. mei Cic. Lex. Rursum Xen. dixit etiam πειθομένους ἔχειν τινὰς, necnon πειθομένους παρέχεσθαι. Ab Eod. αἱ ἀγέλαι dicuntur πείθεσθαι τοῖς νομεῦσι, item equi πείθεσθαι τοῖς χαλινοῖς. Sed invenitur interdum et πείθομαί σοι τοῦτο, pro Hoc tibi pareo, i. e. hac in re. Qua constr. et Hom. usus est, Od. P. 21. Ὥστ' ἐπιτειλαμένῳ σημάντορι πάντα πιθέσθαι. Sed πείθομαί σοι τοῦτο alicubi reddi potest, atque adeo debet, Pareo tuo consilio hac in re. Plato in quadam Ep. Σὲ πάντα ἐμοὶ πείθεσθαι, Te in omnibus consilio meo parere, vel, Obsequi. Quidam vero interpr. Te omnia meo consilio facere. "Πιθοῦ, Pare: Πιθοῦμαι, Parebo: aor. 2. et fut. 2. med."

Aτ Πέποιθα, Præt. med. Fretus sum, Fiduciam repono, Fido, Confido, Spero, Il. P. (329.) Κάρτεΐ τε σθένεΐ τε πεποιθότας, ἠνορέῃ τε, Πλήθεΐ τε σφετέρῳ. Alibi χερσὶ, κρεάτεσσι, ἵπποισι καὶ ἅρμασιν οἷσι πεποιθὼς, νηυσὶ πεποιθότες. Sed et aper ἀλκὶ πεποιθὼς ab eo dicitur. Sic Aristoph. (Πλ. 449.) Ποίοισιν ὅπλοις ἢ δυνάμει πεποιθότες; Quibus armis aut qua potentia freti? Itidem in prosa, Plato Epitaph. Διὰ τὸ αὑτῷ πεποιθέναι, Cic. Quod in seipso omnem spem reponat sui. Sic Ἡρώδῃ πεποιθὼς, Plut. qui sæpe utitur. Et in præterito plusquam perfecto, ut Greg. Καθαιρεθέντος τοῦ τείχους ἐφ' ᾧ ἐπεποίθεις, (ubi videtur alludere ad quendam Homeri versum, qui a me proferetur infra,) Cui confidebas. Alia constr., Matth. 27, (43.) Πέποιθεν ἐπὶ τὸν Θεόν. Hom. autem DIXIT Πεποίθεα Ionice pro ἐπεποίθειν. Apud Eund. habetur πεποίθῃς in conjunctivo, Il. A. (524.) Εἰ δ' ἄγε, τοι κεφαλῇ κατανεύσομαι, ὄφρα πεποίθῃς. Ex Aristoph. (Ἀ. 938.) affertur et optativus πεποιθοίη pro θαῤῥοίη. Sed jungitur πέποιθα infinitivo etiam, Soph. (Aj. 769.) πέποιθα τοῦτ' ἐπισπάσειν κλέος. Et Eur. πέποιθα ἐμβαλεῖν. Itidemque præt. plusquamperf. ἐπεποίθειν, Il. Π. (171.) Πέντε δ' ἄρ ἡγεμόνας ποιήσατο, τοῖς ἐπεποίθει, Σημαίνειν, ubi Eust. exp. οἷς ἐπίστευε σημαίνειν, et οἳ πιστοὶ ἦσαν αὐτῷ ἄρχειν, s. οὓς εἶχε πιστούς. Ego tamen, quod Eustathii pace dictum sit, non video quid necesse sit jungere ἐπεποίθει cum σημαίνειν: ac potius cum σημαίνειν subaudiri existimo particulam ὥστε: ut sit, ἐποιήσατο πέντε ἡγεμόνας, ὥστε σημαίνειν: sed οἷς ἐπεποίθει. Alioqui πέποιθα pro πιστεύω, accipitur et alio modo, ea sc. signif. qua ponitur pro Credere verbis alicujus. Atque ita quidam interpr. πεποίθῃς in illo Hom. versu quem modo protuli ex Il. A. ὄφρα πεποίθῃς, Ut mihi credas, i. e. meis verbis, Ut fidem verbis meis adhibeas. At vero in illo Hesiodi versu, (Ἔργ. 1, 373.) Ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φιλήτῃσι, non simpliciter pro Qui credit mulieri, i. e. verbis mulieris, sed generalius, Qui ulla in re fidem mulieri habet. Ceterum statuitur ab Eust. et THEMA Πεποίθω, e πέποιθα factum, Syracusano more, (ut Πεπλήγω e πέ-

πληγα, et Πεφύκω e πέφυκα,) unde sit πεποίθομεν in Od. K. (335.) ὄφρα μιγέντε Εὐνῇ καὶ φιλότητι, πεποίθομεν ἀλλήλοισιν. Sonat autem πεποίθομεν itidem Fidem habeamus. In quo animadvertendum etiam est positum esse ο pro ω.

Apud eund. Hom. LEGITUR Ἐπέπιθμεν: quod Eust. exp. ἐπεποίθειμεν, et ἐπιστεύομεν, Il. Ξ. (55.) Τεῖχος μὲν γὰρ δὴ κατερήριπεν, ᾧ ἐπέπιθμεν Ἄῤῥηκτον νηῶν τε καὶ αὐτῶν εἶλαρ ἔσεσθαι. Alibi autem exp. ἐπείσθημεν, Δ. (159.) καὶ δεξιαὶ ᾗς ἐπέπιθμεν. Cum alioqui Il. B. (341.) ubi eadem sunt verba, manifestum sit eum voluisse ἐπεπίθμεν habere signif. activam, et dici pro ἐπίθομεν ἑαυτούς. Postquam enim dixit ἐπέπιθμεν esse pro ἐπεπίθομεν, per reduplicationem Ionicam, et sync. Æolicam, subjungit, Ἵνα λέγῃ ἐν πυρὶ γενέσθαι τὰς δεξιὰς, αἷς οἱ Ἀχαιοὶ ἔπιθον ἑαυτοὺς, ἤγουν ἔπεισαν. Contra vero brevium Scholl. Auctor in hujus verbi expositione sibi constat, exponens in tribus hisce Il. uno eodemque modo, sc. ἐπεπιστεύκειμεν: item ἐπεποίθειμεν, in illo Il. Ξ. loco: et ita fuerit pro Credideramus, Confisi fueramus, potius quam pro Credidimus, Confisi fuimus. Observandum est autem præterea in illo Il. Ξ. loco sequi etiam infin.

ITEM Πιθήσας pro πεποιθὼς, Fretus, Confisus, a THEM. Πιθέω, Hesiod. Ἔργ. (1, 357.) ἀναιδείῃφι πιθήσας: (2, 289.) ἀνέμοισι πιθήσας. Sed et pro Obsecutus, ex Il. I. (119.) φρεσὶ λευγαλέῃσι πιθήσας, Δ. (398.) θεῶν τεράεσσι πιθήσας. Talia sunt ἀπίθησε et ἀπιθήσω, circa finem hujus col.

[" Πείθω, ad Xen. Eph. 217. Valck. Hipp. p. 278. ad Callim. 1, 27. ad Charit. 226. 347 (=403. 768.) Act. Traj. 1, 88. T. H. in Raphel. Ann. p. 78. ad Phalar. 327. ad Diod. S. 1, 449. 2, 122. Markl. Iph. p. 141. Musgr. 1017. Wakef. Phil. 1394. S. Cr. 4, 41. Jacobs. Anth. 9, 103. 10, 17. Heyn. Hom. 4, 88. Hortor, Conor persuadere, Anton. Lib. 106. 284. Verh., ad Xen. Eph. 177. (sic μεταπείθω:) Wunderl. ad Demosth. p. xxxvi. Xen. Mem. 1, 3, 4. Dionys. H. 2, 711. 3, 1381. 1382. 1520. Plut. Numa 12. Pyrrho 20. ad Diod. S. 1, 544. 686. 727. 2, 371. Jacobs. Anth. 10, 98. Villoison. ad Long. 144. 149. Plato Phædro 220. Heind., Corai. ad Plut. 1, 357. Conf. c. πάσχω, Zeun. ad Xen. K. Π. 636. Mitscherl. ad Xen. Eph. 324. 329. Sensu obscœno, Jacobs. Anth. 10, 111. Plut. Alex. 102. Schm. De constr., Xen. Mem. init. item 1, 1, 20. 1, 2, 1. Wakef. Herc. F. 469. Cum infin., Thom. M. 163.: τινὶ, Herod. p. 11, 38.: τινὰ εἴς τι, Eclog. e Gr. Scriptt. in Glossar. s. v. Πείθω λέγων, Valck. ad Herod. 254. Ὡς ἐμαυτὸν πείθω, Heind. ad Plat. Gorg. 23. Πεῖσον αὐτὴν συγκαθευδήσουσαν, Lucian. 3, 318. Πιθέτω, Plato Jun. Ep. 2. Πεπιθὼν, Heyn. Hom. 8, 364. Πεπίθοιμεν, 4, 673. 5, 545. 6, 567. Πείθομαι, Ammon. 121. Alciphr. 122. ad Xen. Eph. 210. Valck. Hipp. p. 303. Herod. 657. ad Phalar. 373. Eur. Suppl. 1068. Heyn. Hom. 4, 118. 8, 482. Pareo, Obedio, τινὶ, Xen. Mem. 1, 1, 4. Longus p. 8. Credo, Xen. Mem. 1, 1, 20. 1, 2, 1. Sylb. ad Paus. 199.; de constr., Fischer. ad Palæph. p. 12. Πείθομαί τινος, Obtempero, Credo, Wyttenb. Select. 353. cf. Markl. Iph. p. 100. Reisk. ad Soph. Trach. 940. Erf. Πείθεσθαι, Retineri, Heyn. Hom. 6, 281. Πείθομαι et πυνθάνομαι conf., Fischer. ad Palæph. 27. ad Paus. 199. ad Il. K. 57. ad Herod. 29. 237. 443. 504. 612. Zeun. ad Xen. K. Π. 765. Brunck. Trach. 570. ad Charit. 593. ad Diod. S. 1, 439. 657. 2, 308. 501. T. H. ad Plutum p. 21. Heyn. Hom. 6, 18. De constr., ad Herod. 63. 222. 385. 387. 444. ad Od. A. 414. Cum gen., Jacobs. Anim. 67. Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 3, 346. Heyn. Hom. 6, 18. Πείθεσθαι δαιτὶ, 8, 365. Πείθομαί τινι, seq. infin., Heind. ad Plat. Phædr. 331. Πείθεσθαί τι, ad Hipp. 130. Ὡς ἐγὼ πείθομαι, Dionys. H. 5, 14. Ὃ καὶ μᾶλλον πείθομαι, 122. Ὁ μὴ πειθόμενος κρατεῖ, Heind. ad Plat. Phædr. 332. Πείσομαι, Xen. K. Π. 394. ad Herod. 689. Wakef. Trach. 1180. Pass., Kuster. V. M. 145. Ἐπιθόμην, Valck. Phœn. p. 552. Ἐπιθόμην, ἐπειθ. conf., Brunck. Aristoph. 2, 43. 70. 100. 111. 177. 233. 242. 3, 207. Kuster. 61. Bentl. 322. 323. Πιθοῦ, Lobeck. Aj. p. 283. Πείθου, πιθοῦ, Brunck. El. 1015. 1207. Aristoph. 1, 35. Ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ, Valck. Diatr. 87. Πιθοῦ τι, Brunck. ad Andr. 388. Πίθεσθε, πιθέσθε, Heyn. Hom. 7, 799. Αἴ κε πίθηαι, 8, 171. De πίθηται, ad Xen. Mem. 3, 9, 12. Πιθόμενος, Musgr. Ion. 560. Πεπίθοντο, Gesner. Ind. Orph. Πέποιθα, Heyn. Hom. 8, 413. Abresch. Æsch. 2, 89. Musgr. Med. 318. Andr. 267. Πέποιθα, ἐπεποίθειν, Thom. M. 264. 717. Πέποιθα ἐπὶ, seq. accus., P. Abresch. Paraphr. 116. Πεποίθειν, 3 pers., ad Mœr. 174. Πεποιθέναι, Thom. M. 717. Mœr. 296. et n., ubi et de πεποιθὸς, cf. ad Il. N. 96. Πεποιθὼς, ad Charit. 390. Heyn. Hom. 4, 331. 401. 5, 581. 8, 267. Πέπεισμαι, ad Xen. Mem. 2, 6, 31. Œc. 6, 11. Epigr. adesp. 488. Ἐπέπιθμεν, Heyn. Hom. 4, 261. 588. 673. 6, 532. Πιθέω, 4, 628. 5, 581. * Πεπιθέω, Jacobs. Anth. 9, 158. * Πεπείθω, ad Od. B. 103." Schæf. Mss. * Πειθέω, unde πειθήσασα, Æsch. Choëph. 616. Πεπείθαται, Ionice pro πεπεισμένοι εἰσὶ, Etym. M. Apud Xen. Mem. 1, 3, 6. τὰ πείθοντα s. ἀναπείθοντα nominantur Quæ invitant ad edendum, vel edendi cupiditatem excitant. Xenocr. de Aquat. 49. Τῶν δὲ βραχέων ἐνίους προσφορὰ πείθει μετ' ὀξυμέλιτος. * Πεπεισμένως, Jambl. V. P. 368. Kiessl., Strabo 15. p. 1019. " Timon ap. Diog. L. 9, 71." Boiss. Mss. " Clem. Alex. 351. Iren. 510." Kall. Mss.] " Πειστέον, Obsequendum, " Obediendum, Credendum, Plato de Rep. 2. Οἷς " ἀμφότερα πειστέον, Quibus de utroque credendum:" [" 3. p. 174. Steph. B. v. Ἡραία." Boiss. Mss. * " Πιστέον, (quasi a * Πίθω,) Clem. Alex. 368. 443." Kall. Mss. " Schneid. Anal. 132." Schæf. Mss. " Πεποίθω, Valck. ad Theocr. x. Id. p. 7. Harles. ad p. 86. Koen. ad Greg. Cor. 82." Schæf. Mss.]

τ' ἐδίδου ὀνόματα καὶ ταῦτα αἰσχύνης ἀνάπλεα. [" Ad Lucian, 1, 265. 518. Phalar. 92. 362. Valck. Callim. 121. Abresch. Lectt. Aristæn. 250. Ammon. 59. Xen. Eph. 102. Thom. M. 368. Eur. Ion. 584. Wakef. 625. Trach. 755. Musgr. Herc. F. 269. Jacobs. Anim. 108. Anth. 6, 309. 7, 331. 12, 68. T. H. ad Plutum p. 427. Boiss. Philostr. 441. Heyn. Hom. 7, 356. Planta, Coray Theophr. 254. Conf. c. πόνος, Jacobs. Anth. 11, 315.: cum πάθος, Fac. ad Paus. 3, 53. Π. ἔχει με, seq. inf., Longi Pastor. p. 2. Πόθον λαμβάνειν etc. Brunck. Œd. C. 1678. Ἐς πόθον ἤνθομες ἄμφω, Theocr. 2, 143. Πόθῳ θανεῖν, Eur. Andr. 818. Πόθος, Ποθὴ, Reiz. de Acc. 115." Schæf. Mss. " Cum ἔρως, Dio Chrys. 1, 420." Wakef. Mss. Alciphr. 1, 2.] Ποθόβλητος, ὁ, ἡ, Desiderio tactus, captus: μέριμναι, Nonn. (Jo. 108.) quo significat Ipsa desideria. || Cupidinis telis ictus, A cupidine vulneratus. Epigr. Σκῦλα ποθοβλήτου κεῖται Ἀναξαγόρου. Exp. et Amatorius, Epigr. ποθοβλήτοις γὰρ ἐπ' ἔργοις Ἐλπὶς ἀληθείης ἐστὶ μελιχροτέρη. [" Jacobs. Anth. 11, 169. Paul. Sil. 41." Schæf. Mss. " Nonn. D. 4, 225." Wakef. Mss. * " Δισεξάποθος, Maxime optandus, Carissimus, Martial. 14, 214. (Non erit in turba quisquam μισούμενος ista, Sed poterit quivis esse δισεξάποθος.) Gron. conj. * διαεξαπατῶν, sed nulla correctione opus esse videtur." Elberling. Mss. * Ἔμποθος, unde * " Ἐμπόθως, Ardenter, Desideranter, Anonym. Vita Chrys. p. 363, 42. Περὶ τὴν θεαρχικὸν θρόνον τοῦτον ὁρῶντος, ἐμπόθως πρὸς ἑαυτὸν ἐπισκωμένου αὐτὸν, ὡς ἀξιέραστον θέαμα." Seager. Mss. * " Λυσίποθος, Jacobs. Anth. 11, 57. * Τηξίποθος, 6, 384." Schæf. Mss. " Hoc apice notatum signif. Desiderio tabefactus, sed scr. * Τηξιπόθος, Desiderio tabefaciens, (Crates ap.) Clem. Alex. 412(=492. ἔρωτες.)" Kall. Mss.]

Ποθεινὸς, Desiderabilis, Desideratus, Exoptatus, Herodian. 1, (13, 9.) Τερπνὸν καὶ ποθεινὸν τῷ δήμῳ θέαμα. Utitur et Eur. (Med. 1221. Iph. T. 515.) et Thuc. || Nomen proprium ap. Athen. (19.) itemque Ποθεινὴ ap. Eund. (576.) nomen αὐλητρίδος. [" Lennep. ad Phal. 118. Brunck. ad Phœn. 1753. Valck. 1727. Toup. Opusc. 1, 228. Emendd. 1, 344. Porson. Med. p. 85. Thom. M. 710. Eur. Hel. 629." Schæf. Mss. * " Ποθεινοποιὸς, Schol. Eur. Med. 1727." Elberling. Mss.] Ποθεινῶς, Magno cum desiderio, Xen. Λ. initio, Ποθεινοτέρως σφῶν αὐτῶν ἔχειν, de sponso furtim ad sponsam accedente. Plut. autem ait eos hoc modo ἀεὶ καινοὺς καὶ προσφάτους τῷ φιλεῖν συμπορεύσασθαι ἐπὶ τὴν κοινωνίαν, in Lycurgo p. 89. meæ Ed. [* Ποθηνὸς, unde * " Ποθηνῶς, Amanter, Andr. Cr. 31." Kall. Mss.] Affertur ET Ποθενὸς ex Epigr. metri causa pro ποθεινὸς usurpatum, [Anal. 2, 274. ubi Codd. * Ποθινός. " Jacobs. Anth. 8, 104. 9, 298." Schæf. Mss.]

Ποθέω, Desidero, Od. T. (136.) Ὀδυσῆα ποθεῦσα φίλον, Il. Ω. (6.) Πατρόκλου ποθέων ἀδρότητά τε καὶ μένος ἠΰ, (A. 492.) ποθέεσκε δ' ἀϋτήν τε πτόλεμόν τε, " Ionice pro ἐπόθει, Desiderabat." Frequens usus et in prosa, Lucian. (1, 210.) Ποθῶ γὰρ ἤδη αὐτόν: verba Ganymedis patrem suum desiderantis et requirentis. Xen. (Ἱερ. 3, 2.) Ποθοῦσι δὲ (sc. τὸν φιλούμενον) ἄν που ἀπίῃ. Ubi acc. e præcedentibus subauditur, sicut et in hoc celebri senario ap. Aristoph. B. (1425.) Ποθεῖ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν. Improprie autem res aliquæ dicuntur ποθεῖν τινα, Plut. Coriolano, Τὸν δὲ Μάρκιον εὐθὺς ἐπόθει τὰ Οὐολούσκων πράγματα. Paulum diverso sensu Cic. Quæ longiorem desiderant orationem. Item cum infin. pro Cupio, etiam Magno cum desiderio cupio, Expeto. Isocr. Panath. Τοῦτο γὰρ οἶμαι μάλιστα ποθεῖν ἀκοῦσαι τοὺς πολλούς. Sic et ap. Dem. legitur ποθῶ ἀκοῦσαι. At e Plat. de LL. (10. p. 89.) Ἔτι ποθοῦμεν μὴ ἱκανῶς δεδεῖχθαι; pro An adhuc desideramus sufficientius demonstrari? An putamus non satis demonstratum esse? Sed non videtur posse ita scribi ille locus. || Amo, sicut πόθος pro Amor, Theocr. 12, (2.) οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσι, Amantes uno die consenescunt: verba amantis ad amasium, qui venerat τρίτῃ σὺν νυκτὶ καὶ ἠοῖ: Schol. exp. ἐρῶντες. Sic accipere possumus et ap. Plut.

A Sympos. 6. Αἱ μὲν γὰρ τῶν ποθούντων ἡδοναὶ τὴν ἀνάμνησιν ἀνελεύθερον ἔχουσι. Et ap. Theophyl. Ep. 20. Ἀχράδας χθὲς πέπομφα τῇ ποθουμένῃ. Ceterum notandum est futurum regulare esse ποθήσω, et præt. perf. πεπόθηκα, ut Epigr. Ἀλλ' αἰεὶ πεπόθηκα συνακμάζουσαν ὀπώραν. Poëtice autem dici ποθέσω: Il. O. (219.) Δῦνε δὲ πόντον ἰὼν, πόθεσαν δ' ἥρωες Ἀχαιῶν, pro ἐπόθησαν, Desiderarunt ipsum: itidemque ex Herod. (9, 22.) affertur ἐπόθεσαν. Od. B. (375.) Ἢ αὐτὴν ποθέσαι καὶ ἀφορμηθέντος ἀκοῦσαι, Quam desideret navi avectum. Eust. hoc futurum Atticis quoque usitatum esse annotat, afferens e Plat. de Anima, Παρεσκευασάμην ὡς οὐκέτι ποθέσων ἄλλο εἶδος αἰτίας. SED ET Ποθήμεναι ap. Hom. legitur, quod Eust. deducendum censet vel a VERBO Ποθαίνω, VEL Πόθημι, Od. M. (110.) ἐπεὶ οὐ πολὺ φέρτερόν ἐστιν Ἓξ ἑτάρους ἐν νηῒ ποθήμεναι ἢ ἅμα πάντας, Desiderare, Requirere. [" Ποθέω, Eran. Philo 167. ad Charit. 290. Valck. Callim. 121. ad Herod. 701. Villois. ad Long. 72. Ammon. 59. Thom. M. 368.
B Wakef. Trach. 103. 196. 755. Jacobs. Anth. 6, 417. 7, 85. Apollonid. 22. T. H. ad Plutum p. 427. Heyn. Hom. 4, 377. Act. pro pass., Brunck. ad Bacch. 1041. ad Œd. C. 74. El. 171. Cum inf., Thom. M. 160. De armis, Jacobs. Anth. 11, 366. Ποθῶν, Amans, Toup. Add. in Theocr. 400. Med., Steph. Dial. 65. Ποθέσαι, Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 84. Πόθημι, Πόθεμμι, ad Herod. 374." Schæf. Mss. Ποθεσόμενος, Plato Phæd. 107. Heind. Ποθήμεναι, pro ποθεῖν, ποθέμεναι, ut καλήμεναι, πενθήμεναι, Buttm. A. Gr. 1, 505.] Πόθημα, τὸ, Desiderium, nisi potius significet Res desiderata, τὸ ποθούμενον, Desideratum, [Hes.] Πόθησις, ἡ, Ipsa actio desiderandi, Desiderium, ἐπιζήτησις, Gaza de Senect. [Schol. Il. A. 240.] Ποθητὸς, Desideratus, Cic. Omnia desiderata magis quam assidue percepta delectant, [" Ælian. H. A. 381." Wakef. Mss.] Ἀπόθητος, ὁ, ἡ, Non desideratus, Cujus desiderio non tenemur, [Gl. Inamabilis.] E consequenti Abjectus, Vilis, Neglectus, ἠμελημένος, Eust. ὁ μὴ φιλούμενος,
C Hes. Suidæ autem magis ad verbum, ὁ μὴ ποθούμενος. [Lycophr. 540. δεινὰ κἀπόθητα, sed Codd. κἀπόθεστα. " Coray in Consp. Mus. Oxon. 23. (rejicit Toupii conjecturam in Herod. 9, 27.) Toup. Opusc. 2, 67. Emendd. 4, 489. Sic ἀνεθέλητος." Schæf. Mss.] Ἀπόθεστος pro eodem: a fut. ποθέσω, ut Eust. tradit, exponens, μὴ ποθούμενος, ἀφίλητος, ἀτημέλητος. Utitur Hom. Od. P. (296.) de cane, Δὴ τότε κεῖτ' ἀπόθεστος ἀποιχομένου Ὀδυσῆος, Neglectus jacebat, Nemo ipsius desiderio tenebatur. [" Ruhnk. Ep. Cr. 287. Koen. ad Greg. Cor. 251. Toup. Emendd. 4, 489. ad Callim. 1. p. 243. (H. in Cer. 48.)" Schæf. Mss.] Πολυπόθητος, Multum desideratus, [Athen. 433. * Πολυπόθεστος, vide Πολύθεστος.] Τριπόθητος, Ter desideratus, i. e. Sæpe desideratus, Multum cupitus, Exoptatissimus. Quod vero Philo de Mundo dicit, Τριπόθητον ἡγεῖσθαι ἀλήθειαν ἰχνηλατήσειν, reddere maluit Bud. Curam habere antiquissimam investigandæ veritatis. [" Ad Lucian. 2, 41. Thom. M. 710. Valck. Adoniaz. p.
D 378. Abresch. Lectt. Aristæn. 151. Toup. Emendd. 1, 306." Schæf. Mss. Moschus 3, 52. * " Ποθητικὸς, Stob. p. 8." Wakef. Mss. * Ποθήτωρ, Manetho 4, 120. * Ποθητὺς, Opp. K. 2, 609.]

Ποθὴ, ἡ, Desiderium, i. q. πόθησις, s. πόθος, sed Poëtis peculiare, Od. B. (126.) ποθὴ πολέος βιότοιο, O. (545.) ξενίων δέ οἱ οὐ ποθή ἐστι, Il. Ξ. (368.) Κείνου δ' οὔτι λίην ποθὴ ἔσσεται, P. (690.) μεγάλη δὲ ποθὴ Δαναοῖσι τέτυκται, sc. Patrocli interemti, Od. Θ. (414.) Μηδέ τί τοι ξίφεός γε ποθὴ μετόπισθε γένοιτο Τούτου, Il. A. (240.) Ἦ ποθ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν, Z. (362.) οἳ μέγ' ἐμεῖο ποθὴν ἀπεόντος ἔχουσιν. Item, Σῇ ποθῇ, Tui desiderio, T. [321. " Koen. ad Greg. Cor. 199. ad Il. P. 439. Heyn. Hom. 6, 202. 596. 7, 356. 796. * Πολυποθὴς, Wakef. Alc. 571." Schæf. Mss.]

Ἀντιποθέω, Vicissim desidero, Mutuo alicujus desiderio tangor. Pass. Ἀντιποθοῦμαι, Vicissim desideror, desiderium moveo. Xen. (Ἀπ. 2, 6, 28.) Φιλῶν ἀντιφιλεῖσθαι, καὶ ποθῶν ἀντιποθεῖσθαι. [* Ἐκπο-

θέω, unde * " Ἐκπόθητος, Desideratus, Amphiloch. p. 39." Kall. Mss.] Ἐπιποθέω, i. q. ποθῶ, Desidero, Requiro, Lucian. (1, 211.) Θάῤῥει μόνον, καὶ φαιδρὸς ἴσθι, καὶ μηδὲν ἐπιπόθει τῶν κάτω. Verba Jovis ad Ganymedem, qui ἐπόθει τὸν πατέρα. Itidem Gaza ap. Cic. Vires adolescentis desidero, vertit, Ἐπιποθῶ νεανίσκου ἰσχύν. Eundem usum habet τὸ ἐπιζητῶ. [* Ἐπιπόθημα, LXX. Ps. 139, 9.] Ἐπιπόθησις, Desiderium, 2 ad Cor. 7, (7.) Ἀγγέλλων ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἐπιπόθησιν. Pro quo usurpavit ET Ἐπιποθία, ἡ, ad Rom. 15, 23. Ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Ἐπιπόθητος, ὁ, ἡ, Desideratus, Desiderabilis, ad Phil. 4, (1.) Ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι. [* Ἐπιποθήτως, Gl. Optato. * " Περιποθέω, ad Xen. Eph. 137." Schæf. Mss.] " Περιπόθητος, Valde desideratus, s. Admodum desiderabilis," [Aristæn. p. 20. Abr. Ἄδωνις. " Ad Xen. Eph. l. c. Bergler. Alciphr. 186." Schæf. Mss. " Hes. v. Περίψυκτος." Boiss. Mss. * Προσποθέω, Plato Charmide 174. Τόδε δὴ ἔτι προσποθῶ, Hoc insuper velim scire. * Ὑπερποθέω, Aristid. 1, 36. " Schol. Pind. Ὀ. 8, 81." Wakef. Mss.]

ΠΟΙΕΩ, Facio, Efficio, Ago, Dem. (128.) Ἔδει γὰρ τὸ ποιῆσαι, καὶ τὸ μὴ ποιῆσαι: (242.) Ἐρώτησον αὐτούς· μᾶλλον δ' ἐγὼ τοῦθ' ὑπὲρ σοῦ ποιήσω. Athen. 12. Τὸ μηθὲν πώποτε ἑτέρου ἕνεκα πεποιηκέναι, Xen. Ἑλλ. 6, (4, 1.) Ἐπερωτῶντα τὰ οἴκοι τέλη τί χρὴ ποιεῖν, Aristot. Polit. 8. Καὶ ὅλως ζητητέον τί ποιοῦντας δεῖ σχολάζειν· οὐ γὰρ δὴ παίζοντας. Item sequente περὶ cum suo gen., Xen. Ἑλλ. 6, (5, 33.) Ἐν φροντίδι ἦσαν ὅ, τι χρὴ ποιεῖν περὶ Λακεδαιμονίων. " Ποιούντων, Attice interdum pro ποιείτωσαν, Faciant." Sed ut veniam ad eos hujus verbi usus, quos habet junctum particulæ τί, in directa, ut ita dicam, interrogatione, tres observare me memini. Primus est hic ap. Aristoph. (N. 723.) ΣΩΚΡ. Οὗτος, τί ποιεῖς; οὐχὶ φροντίζεις; ΣΤΡ. Ἐγὼ, Νὴ τὸν Ποσειδῶ. Heus tu, quid agis? Quam rem agis? Quid rerum agis? Quid agitur? Et Gallice, Holà, que faites-vous? Secundus est, cum alicui dicimus τί ποιεῖς, non quod ignoremus quid agat, s. quid faciat, sed admirantes simulque indignantes quod id facere audeat: ut ap. eund. Aristoph. Σφ. (1443.) ΒΔΕ. Ἀλλ' ἀράμενος — ΦΙ. Τί ποιεῖς; ΒΔΕ. Ὅ, τι ποιῶ; Εἴσω φέρω σ' ἐντεῦθεν. Tertius autem rarior est, et in quo purus putusque sit idiotismus, et quidem optime cum linguæ nostræ idiotismo conveniens: a Dem. tamen usurpatus, Mid. 226(=542.) Ὡς δ' ἐδυσχέραινον οὗτοι τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐδετέρους ἔπειθεν, ἀπειλήσας καὶ διαλοιδορηθεὶς, ἀπελθὼν, τί ποιεῖ; καὶ θεάσασθε τὴν κακοήθειαν, τὴν μὲν δίαιταν ἀντιλαχὼν, οὐκ ὤμοσεν, ἀλλ' εἴασε κ. τ. λ. Eodem plane modo in nostra lingua, cum narratur aliquid, dicitur interdum, Que fait-il? ad verbum τί ποιεῖ; Vel, Que vous fait-il? pro eo quod est, ut alio sermonis genere utentes dicimus etiam, Savez-vous bien ce qu'il fit? Vel, Que pensez-vous qu'il fit? Persequens autem hanc verbi ποιεῖν cum verbo Faire collationem, quandoquidem in eam incidi, subjungam alium ejusd. Dem. locum, et quidem ex ea ipsa in Mid. Orat. 239(=574.) Οἶδα τοίνυν ὅτι καὶ τὰ παιδία ἔχων ὀδυρεῖται, καὶ πολλοὺς λόγους καὶ ταπεινοὺς ἐρεῖ, δακρύων καὶ ὡς ἐλεεινότατον ποιῶν ἑαυτόν. Dico enim hic quoque vocem Græcam eum usum habere, qui Gallice exprimi possit, reddendo verbum verbo, non item Latine. Dicit enim eodem plane modo Gall. lingua, Faire le piteux, le marmiteux, vel, du piteux, du marmiteux: quo hic dicitur a Dem., ἐλεεινότατον ποιῶν ἑαυτόν. Hoc præterea observavi, multo melius convenire Græco ποιῶ cum Gallico Faire, quam cum Lat. Facere, cum infinitivo jungitur, ut ap. Isocr. Symm. Οὕτω γὰρ ἂν τάχιστα ποιήσειεν ὑμᾶς, μισήσαντας ἃ δεῖ, βελτιόνων ἐπιθυμῆσαι πραγμάτων. Et Xen. K. Π. 4, (5, 15.) Μάλα δὲ αἰσχύνεσθαι ἡμᾶς ἐποιήσατε: 2, (2, 6.) Εἴγε κλαίειν ἐπειρώμεθά σε ποιεῖν. Sic enim Gallice dicitur Je vous ferai, vel Je vous ai fait désirer, Je vous ferai avoir honte, Je vous ferai pleurer: cum Lat. in multis hujusmodi loquendi generibus potius utantur suo verbo Faciam, cum particula Ut habente conjunctivum, quam cum infin. Sunt autem ll. illis similes hi Xen. (Ἀπ. 2, 3, 13.) Εἰ βούλοιο ξένον ποιῆσαι ὑποδέχεσθαι ἑαυτόν. Item, Ποιῶ τοὺς συνόντας ἀπέχεσθαι. Facio ut discipuli mei abstineant, Do operam ut etc. Sed est præterea duplex usus verbi ποιεῖν infinitivo juncti, in quorum utroque optime ei convenit cum Gallico Faire; at cum Lat. Facere non item, quod sciam. Unus est hic ap. Xen. Ἑλλ. 6, (5, 17.) p. 353. meæ Ed. Καὶ ἐποίησαν τοὺς μὲν ἄλλους εἰς τὰς τάξεις δραμεῖν, Ἀγησίλαον δ' ἐπαναχωρῆσαι πρὸς τὰ ὅπλα. Sic enim Gallice dixeris, Ils le firent retirer. At nequaquam Latine itidem Fecerunt illum recedere, pro Fecerunt ut cogeretur recedere, sibi timens videlicet. Vel, Imposuerunt ei recedendi necessitatem. Vel potius, Fecerunt ut sibi necesse putaret recedere. Aut etiam brevius, Fecerunt ut recedendum sibi esse putaret. Nisi quis malit, In causa fuerunt cur ille recederet. Alter autem usus est hic ap. Isocr., Symm. init. Καὶ γὰρ αὐτοὶ πεποιήκατε τοὺς ῥήτορας μελετᾷν, καὶ φιλοσοφεῖν οὐ τὰ μέλλοντα τῇ πόλει συνοίσειν, ἀλλ' ὅπως ἀρέσκοντας ὑμῖν λόγους ἐροῦσιν, pro Induxistis illis in animum philosophari ea quæ etc. Fateor tamen hic quoque ποιεῖν admittere etiam aliquas ejusmodi expp. quales proxime præcedenti datæ fuerunt. In VV. LL. e Dem. affertur, Πεποιηκότες ταῦτα γενέσθαι, pro Auctores horum. Et ex Aristot. Ποιῶ πράττειν τὰ καλὰ, pro Exhortor agere honesta. Quæ interpr. mihi minime probatur. Quinetiam ποιεῖν cum infin. quidem itidem, sed interjecta particula ὥστε, respondet omnino ei quod dicimus, Faire en sorte que, etc., ut ap. eund. Isocr. ad Nic. Πεποιήκασιν ὥστε πολλοὺς ἀμφισβητεῖν, Or. c. Soph. Πεποιήκασιν ὥστε δοκεῖν ἄμεινον βουλεύεσθαι. Lat. autem dixeris, Fecerunt etc.

A ποιεῖν juncto cum ὥστε transibo ad ποιεῖν junctum cum ὡς, cum ὅπως, cum πῶς, cum οὕτως, cum ἄλλως, aliisque adverbiis. Auctor Dialogi qui Axiochus inscribitur, (fin.) Ποιήσω ὡς λέγεις, Faciam ut jubes. Quod nihil aliud est quam Faciam quod jubes. Xen. K. Π. 1, (4, 9.) p. 9. Ποίει ὅπως βούλει, Fac quod libet. Ad verbum, Fac ut libet, Faites ce qui vous plait: ad verbum, Faites comme il vous plait. Apud eund. Xen. cum πῶς, sequente etiam περὶ, (Ἀπ. 1, 3, 1.) Ἐρωτῶσι πῶς δεῖ ποιεῖν ἢ περὶ θυσίας ἢ περὶ προγόνων θεραπείας, ἢ περὶ ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων. Habuisti autem et supra cum hac præp. præcedente ὅ, τι, ut Gall. dicitur Demandant comment il falloit faire de cela. At Latine non ita commode reddi ad verbum possit. Dicetur enim potius Quid agendum sit ea de re, quam, Quomodo agendum sit ea de re. At cum οὕτως junctum verbum ποιεῖν habemus tum alibi, tum ap. Plut. de Socr. Dæm. Cum ἄλλως ap. Plat. de Rep. 1. Ἀλλὰ μένετε, καὶ μὴ ἄλλως ποιεῖτε, ubi observari etiam debet hoc loquendi genus, quod itidem aliis in imperandi modo positis verbis subjungi solet. Sed et alia adverbia inveniuntur huic verbo juncta, ut cum ὀρθῶς et καλῶς. Cum ὀρθῶς, ut in Alexandri Magni ad Aristot. Epistola, Οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας, ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων. Cum καλῶς autem juncti, et quidem duobus modis, habes exempla ubi de eo agitur. Sed Dem. dixit etiam, Καλὸν ἐποιήσατε τὸ σῶσαι τὴν νῆσον, Or. pro Cor. Interdum vero ποιῶ cum adverbio habet accus. personæ, ut cum dicitur ποιῶ σε κακῶς: quod Latine reddi ad verbum non potest, servato sc. accusativo. Sed nec Facio tibi male, pro Afficio te malo, satis Latinum est.

Ποιῶ s. Ποιοῦμαι activa signif., cum accus. quoque construitur frequentissime, interdum vero et duobus accuss. Cum uno quidem accus. junctum varia loquendi genera efficit; nam et substantivis et adjectivis jungitur. Substantivis, ut μνήμην, vel μνείαν ποιοῦμαι, Mentionem facio, ap. Aristot. Et λόγον vel λόγους ποιεῖσθαι, Verba facere, Orationem habere. Isocr. ἀρχὴν ποιεῖσθαι, Initium facere. Et πόλεμον ποιεῖν, quod et πόλεμον ποιεῖσθαι, itidemque εἰρήνην ποιεῖν, Bellum s. Pacem facere. Ad quod posterius, sc. ad ποιεῖν εἰρήνην, referri possunt et hæc, ποιεῖν s. ποιεῖσθαι καταλλαγὰς aut διαλλαγὰς, et συνθήκας, sicut ad πόλεμον ποιεῖν, referri potest μάχην ποιεῖσθαι et ναυμαχίαν vel πεζομαχίαν ποιεῖσθαι.

Cum adjectivis autem, ut *ποιεῖσθαι φίλον*, sicut et *ποιεῖσθαι φιλίαν*, vicissimque *ποιεῖσθαι ἐχθρόν*. Item cum aliis adjectivis, cum quibus junctum *ποιεῖσθαι* longius recedit a faciendi signif.: ut cum dicitur *δεινὸν ποιεῖσθαι*: quod loquendi genus vide in Δεινός: itidemque *πόλεμον ποιεῖν* s. *ποιεῖσθαι*, et *εἰρήνην*, in Πόλεμος et Εἰρήνη: sic et e reliquis singula in singulis nominibus. Exempla tamen hic aliqua proponam significationum, quas hoc verbum accipit pro variis substantivis quibus jungitur, sed verbo Facere affinium: ut *ποιεῖν ὀσμὴν*, ap. Aristot. Odorem excitare. Et *ἱδρῶτας ποιεῖν*, Sudores excitare, movere. Itidem *ποιεῖν ἡδονὴν*, Excitare voluptatem. Cui simile *ποιεῖν χαρὰν* in Act. (15, 3.) Potest autem *ποιεῖν* in utroque horum reddi etiam Afferre: sc. Afferre voluptatem, gaudium. At *ποιεῖν ἀγαθὰ*, Isocr. Conferre beneficia. E Dem. vero (151.) et *ποιῶ σοι ἀργύριον*, pro Comparo tibi pecuniam. Itidemque e Thuc. (1, 5.) affertur *ποιῶ* pro Comparo, junctum sc. accusativo *βίον*: nam *ποιῶ βίον* redditur Comparo victum. At *ποιεῖσθαι κέρδος*, verbo composito, Lucrifacere, In rem suam vertere, Bud. e Plut. Invenitur et *ποιεῖν ἐκκλησίαν* pro Cogere s. Advocare concionem. Et *ποιεῖσθαι διαδικασίαν*, Constituere judicium, Bud. Itidem vero cum aliis substantivis junctum, reddendum erit pro linguæ Latinæ proprietate. Quod et in N. T. faciendum erit, ubi *ποιεῖν τὸν νόμον*, redditur Servare legem, item Præstare, et Implere. Nam Facere legem, ad verbum, sonaret potius Ferre legem et imponere. Ibid. *ποιεῖν ἁμαρτίαν*, Committere peccatum. At *ποιεῖν τὴν ἀνομίαν*, sicut *ἐργάζεσθαι*, quod redditur ad verbum, Facere iniquitatem, dicitur de iis qui omne peccati genus committere gaudent, qui nulli non dediti sunt sceleri et flagitio. Ibid. *ἐλεημοσύνας ποιεῖν*, quod redditur Eleemosynas præstare, et exhibere, et, quod malo, erogare, Gall. ad verbum reddi potest, Faire des aumônes. Sed et quibusdam aliis substantivis annexum verbum *ποιεῖν* potest ad verbum reddi vocabulo Faire, non item vocabulo Facere: ut *ποιεῖν χώραν*, Faire place, ap. Aristot. Rhet. 3. *Δεῖ οὖν χώραν ποιεῖν ἐν τῷ ἀκροατῇ τῷ μέλλοντι λόγῳ.* Hic enim potius reddiderim Locum s. Sedem parare, aut Præparare, quam ad verbum, Locum facere. Nam dicitur quidem Latine et Locum facere, sed non hac signif., quod quidem sciam. Certe ap. Ovid. Voto locum facere est potius quod dicimus Donner lieu. Sic *παράδειγμα ποιεῖν* plerisque in locis aptius reddetur, Proponere exemplum vel exempla, quam Facere exemplum e Fabio: ut cum dicit Isocr. in Panegyr. *Τῶν μὲν κυρία γενομένη, τοῖς δ' αὐτὴν παράδειγμα ποιήσασα.* Et ap. Aristot. *Ὅπερ πάντες ποιοῦσι παράδειγμα, τὸ τῆς Ἰσοκράτους Ἑλένης ἐγκώμιον*, Quod omnes sibi exemplum proponunt, vel exemplar. Apud Dem. autem in Timocr. *Ἄξιόν ἐστιν ὀργισθῆναι, καὶ κολάσαι, καὶ παράδειγμα ποιῆσαι τοῖς ἄλλοις τοῦτον*, non solum Proponere exemplum aliis, interpretari possumus, sed etiam Præbere exemplum aliis in hoc, aut etiam Statuere exemplum, vel edere. At Facere exemplum, esset quidem interpr. ad verbum, sed non satis exprimens Gr. verborum vim. Itidem vero in aliis quoque loquendi generibus interpretandis velim hujus rei lectorem meminisse: sc. videndum esse an idem loquendi genus Latinum, usum omnino eundem habeat, quem Græcum. Affertur etiam *ποιεῖν σιωπὴν* e Xen. pro eo quod Gallice dicitur Faire silence: sed cum dicit ille, Ἑλλ. 6, (3, 5.) *Σιωπὴν ἐποίησε παρὰ πάντων*, hic *σιωπὴν ἐποίησε* non sonat Il fit silence, sed Il fit faire silence. Quod si usquam reperiatur *σιωπὴν ποιεῖν* in altera illa signif., poterimus non minus reddere ad verbum Latine quam Gallice: cum itidem dicatur Facere silentium. Quinetiam *ποιεῖσθαι βασιλέα* ap. Plat., Creare regem, Gallice ad verbum Faire roi, vel Faire un roi, pro loco. Fortasse autem et Facere regem, non prorsus linguæ Latinæ ignotum est. Jam vero et quod ap. Hom. legimus, *ποιεῖσθαι εὐνὴν*, plane et ipsum cum Gallici sermonis consuetudine convenit, dicentis, Faire le lit, quod est, verbum e verbo, *ποιεῖσθαι εὐνὴν*, itidem pro Sternere lectum. Sunt vero et alia pleraque loquendi genera Gallis, in quibus suo verbo Faire eod. aut simili modo utuntur: sed et nonnulla Græcis, in quibus itidem suo *ποιεῖσθαι*, vel potius *ποιεῖν*. Sciendum est autem quædam etiam esse substt., cum quibus junctum hoc verbum nec Latino Facere reddi potest, nec Gallico Faire: sed nec verbo affinem habente illi Facere significationem, ut in superioribus exemplis fieri videmus. Nam *ποιεῖσθαι*, interdum est Existimare: ut ap. Greg. Naz. *Καὶ πομπὴν, ἀλλ' οὐ συμφορὰν τὸ πρᾶγμα ποιούμενος*: quam signif. habet et cum aliis accuss., ut docebo infra, ubi agam de *ποιοῦμαι* juncto præpositionibus, et nominatim de eo quod junctum est præpositioni *ἐν*, habet et cum *περὶ*, cui jungitur suus genitivus, ut docebo aliquanto post. Interdum *ποιεῖσθαι*, Adoptare: ut cum dicitur *ποιεῖσθαι παῖδα*, ap. Dem. Itidem ap. Plut. Alex. *Ἣν ἐποιήσατο μητέρα*, Quam in matrem adoptarat. Interdum etiam eum usum habet *ποιεῖν*, quem verbum Ago, cum accus. significationem habente Spatii temporis: ut, Tres dies ibi egi, Tres menses aut annos ibi egi, cujus tamen usus exempla in N. T. duntaxat memini me observare: ut ap. Jacob. 4, (13.) *Καὶ ποιήσομεν ἐκεῖ ἐνιαυτὸν ἕνα*, Et agemus ibi annum unum, Commorabimur ibi annum unum. Sic 2 ad Cor. 11, (25.) *Νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα*, Noctem ac diem in profundo egi. Sic et Act. 18. duobus in locis. Potest autem fortasse huc referri et illud *ἐποίησαν*, quod legitur ap. Matth. 20, (12.) *Οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν*, ut sc. interpretemur, Unam tantum horam egerunt, commorati sunt: et subaudiamus, In opere faciundo, aut aliquid hujusmodi. Nisi quis malit, Unam duntaxat horam operi impenderunt. Si qua præterea de hoc verbo juncto cum substantivi nominis accus. dicenda supersunt, ea, ut spero, cum unoquoque substantivo annotata reperientur. Quod autem attinet ad hoc ipsum verbum *ποιῶ* junctum cum adjectivo, præter eum usum quem habet cum illis adjj. quæ supra protuli, aliisque ejusd. generis, sciendum est, interdum vel potius frequenter poni pro Efficio, et Reddo: in ea sc. signif. qua dicitur Reddere aliquem segniorem, Reddere otiosum, ap. Cic. Tale est *ἀσθενεῖς ποιεῖν*, Infirmos reddere s. Debiles, ap. Xen. K. Π. 1, (5, 2.) *Ἐνόμιζεν, εἰ τοὺς Μήδους ἀσθενεῖς ποιήσειε, πάντων γε ἂν τῶν πέριξ ῥᾳδίως ἄρξειν.* Sed interdum ipsum verbum *ποιεῖν* cum adjectivo alia orationis forma reddimus, et quidem vel unico verbo ambo interpretantes, vel pluribus: ut cum *ἑτεραλκέα νίκην ποιεῖν*, Bud. vertit, Inclinare victoriam: et *ἐμφανῆ ποιεῖν*, Ob oculos exhibere. Venio ad *ποιῶ* duos accuss. habens, quorum alter est pronomen: ut sc. cum dicitur *ποιῶ σε κακὸν*, vel *κακά*: itidemque *ποιῶ σε ἀγαθόν*. Xen. (Ἀπ. 1, 2, 13.) *Ἐγὼ δ', εἰ μέν τι κακὸν ἐκείνω τὴν πόλιν ἐποιησάτην, οὐκ ἀπολογήσομαι*, Si quid mali fecerunt civitati, Si quo malo vel damno affecerunt civitatem. Sic ap. Athen. *Κακὰ πολλὰ ἐποίουν τοὺς Σαμίους.* Huc autem pertinet *ποιῶ* junctum adverbio *κακῶς*, cum pronomine itidem; nam *κακῶς σε ποιῶ*, et *ποιῶ σε κακὸν* vel *κακὰ*, idem valent. Sed generalius etiam cum alio accus., ut, *πάντα ταῦτα τοὺς τελουμένους Ἡμεῖς ποιοῦμεν*, quod ex Aristoph. N. (259.) affertur. Sed et ap. Matth. 27, (22.) legimus, *Τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν*; Ubi interpretando Quid faciam isto Jesu etc. talis videri possit usus verbi Facio, qualis est in isto Cic. loco, Quid hoc homine faciatis? aut ad quam spem tam perfidiosum, tam importunum animal reservetis? Nisi quis putet eum non tam generaliter, ut ita dicam, loqui, sed interrogare quo supplicii genere afficiendum censeant. Sed hoc addendum est, ap. eund. Evangelistam inveniri junctum etiam dativo, pronominis sc., cum accus., necnon dativo cum adverbio. Nam 21, (40.) legimus, *Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις*; Et paulo ante, *Πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους πλείονας τῶν πρώτων, καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς ὡσαύτως.* In quibus ll. fortasse possumus *ποιεῖν* interpretari Tractare, Accipere: hoc modo, Quomodo agricolas illos tractabit? et Tractarunt illos eodem modo. Vel, Quomodo illos accipiet? et Acceperunt illos eodem modo: ut ap. Cic. Tusc. 4. Quo te modo accepissem, nisi iratus essem. Ceterum

quod ad has duas constrr. attinet, priorem quidem memini me legere ap. aliquos etiam e Classicis Scriptt., atque adeo e Plat. Apol. (17.) affertur, *Ταῦτα μὲν καὶ νεωτέρῳ καὶ πρεσβυτέρῳ ποιήσω*, et e Dem. *Ποιῶ σοι ἀτύχημα*, at posteriorem non item lectam mihi ap. eos recordor. Ceterum antequam finem faciam dicendi de hoc verbo adjunctum habente vel unum subst., vel duo, de hac etiam re lectorem monebo, junctum quibusdam accuss., nec Gallico Faire, nec Lat. Facere, atque adeo nec alio verbo satis commode posse reddi: contra vero ipsum una cum suo accus., apte reddi unico verbo, quod *σύστοιχον*, ut ita dicam, significationem habeat nomini, cui adjunctum est. Verbi gratia, huic phrasi, *ὀργὴν ποιεῖσθαι*, apte dabitur eadem interpr. quæ daretur verbo *ὀργίζεσθαι*, vertendo Irasci, Indignari. Itidem istis *σπουδὴν* et *ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι*, commode tribuetur ea ipsa interpr. quæ tribueretur verbis *σπουδάζειν, ἐπιμελεῖσθαι*: in quibus tamen reddendis possumus non solum unico uti verbo, verum etiam verbo cum accus. Sed et *ποιεῖσθαι γνώμην*, cum redditur Statuere, Decernere, ap. Thuc., (1, 128.) eand. habet interpr. quam *γινώσκειν*.

At præpositionibus junctum Ποιῶ s. potius Ποιοῦμαι, quam varios usus habeat, docebunt quæ sequuntur eorum exempla, in quibus alphabeticum earum ordinem sequar. Cum præp. *εἰς*, ut *ποιεῖσθαι εἰς* vel *ἐς ἀσφάλειαν*, ap. Thuc. Facere ut aliquid sit s. Collocare in tuto: 8. init. *Καὶ τὰ τῶν ξυμμάχων ἐς ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι, καὶ μάλιστα τὴν Εὔβοιαν*, Res sociorum in tuto collocare, vel in tuto statu. Dicam autem et de *ποιεῖν* significante Collocare s. Ponere, infra etiam. At Interpres vertit, Oppida sociorum stabilire. Apud Synes. autem *ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτὸν* Bud. reddit, Recipere in sese, Periculi sui facere: *Πάντα ἀναδεχόμενος καὶ εἰς ἑαυτὸν ποιούμενος τὰ τούτων ἁμαρτήματα*. Cum præp. *ἐν*: ut, *Ἐν θαύματι ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτὸν*, Habere pro miraculo, Miraculum existimare. Vel simplicius, Rem mirandam s. admiratione dignam existimare, censere. Plut. *Ὁρῶν τοὺς ἀκούσαντας, ἀπὸ τοῦ προσώπου καὶ τοῦ σχήματος, ἐν θαύματι ποιουμένους, ἤρετο κ. τ. λ.* Ita dicitur *ἐν γέλωτι ποιεῖσθαι*, Risui habere, Ridiculum existimare. Atque adeo verbum hoc *ποιεῖσθαι* signif. hanc obtinere, etiam cum jungitur accusativo, docui paulo ante, cum dissererem de hujus verbi usu cum accus. constructi. Sed illis exemplis quæ ibi protuli, addo e Thuc. (1, 118.) *Οὐκ ἔτι ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο*· Pro quo Plut., per plurale, (Sertor. 5.) *Οὐκ ἀνασχετὰ ποιούμενος*, Rem non tolerandam existimans, ratus, ut Bud. afferens et *δεινὰ ποιεῖν* pro Conqueri, Vociferari, e Dem. *Καὶ δεινὰ ἐποίει, ἀδικεῖσθαι σφᾶς οὐ μικρά.* At *ἐν δεινῷ ποιεῖσθαι* idem Bud. vertit Rem esse periculosam dictitare, in h. Synes. l. *Σχετλιαζόντων ἡμῶν, καὶ ἐν δεινῷ ποιουμένων, τοσοῦτον ἀπηρτῆσθαι τῆς γῆς.* At vero *ἐν μέσῳ ποιεῖν* ap. Thuc., pertinet ad eam hujus verbi signif. qua ponitur pro *τιθέναι*, Ponere: quare ejus verba in illum reservabo locum. Cum præp. *ἐπί*: ut, *Ποιεῖσθαι ἑαυτὸν ἐπ' ἐξουσίαν*, pro Comparare sibi magnam potentiam, ut quidem Bud. vertit ap. Herodian. (1, 9, 1.) *Ὁ δὲ Περέννιος, ποιησάμενος αὑτὸν ἐπ' ἐξουσίαν, ἐπεβούλευε τῇ ἀρχῇ*, Cum summotis aliis in maximam Commodi gratiam insinuasset, et magnam potentiam sibi comparasset. At de *Ποιεῖν ἐπὶ ξηροῦ τὰς ναῦς*, dicam in Ποιῶ habente Ponendi signif. Item cum præp. *περὶ*, et quidem frequentissime: habet autem in hac constr. verbum istud eum usum, quem jam semel atque iterum annotavi: sc. pro Existimo, Censeo. Estque animadvertendum, Lat. quoque verbum Facio in certis quibusdam loquendi generibus hanc signif. habere, ut mox docebo, veluti *περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι*, s. *περὶ πλείονος*, s. *πλείστου*. Lys. (p. 1.) *Περὶ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην*, Rem magnam esse existimarem, Pro re magna haberem. Dem. *Τὴν ἑαυτοῦ συκοφαντίαν ἀξιοῖ περὶ πλείονος ποιήσασθαι τῶν νόμων.* Isæus, *Νῦν δὲ χρώμενος ἡμῖν, καὶ περὶ πλείστου ποιούμενος ἁπάντων*, Et omnium maximi existimans, Bud. Vicissim autem *περὶ ὀλίγου ποιεῖσθαι*, et *περὶ ἐλάττονος*: nam *περὶ ὀλίγου ποιεῖσθαι* dicit Isocr. pro Existimare rem parvam, Pro re parva habere. Idem dicit etiam *περὶ ἐλάττονος*, adjungens illi comparativo suum gen. *Καὶ περὶ ἐλάττονος φαίνομαι ποιούμενος τὴν ψυχὴν τοῦ παρ' ὑμῖν εὐδοκιμεῖν.* Itidem ap. Lys. (28.) *Καὶ τὸν νόμον παραβαίνων, ὃν σὺ περὶ ἐλάττονος τῶν ἡδονῶν ἐποίησας.* Ceterum cum in aliis hujus signif. exemplis, quæ antea protuli, *ποιεῖσθαι* nequaquam ad verbum reddere possimus Facere, in his contra aptissime eo utemur: vertendo, *περὶ πολλοῦ* s. *πλείονος ποιεῖσθαι*, Magni s. Pluris facere; *περὶ πλείστου ποιεῖσθαι*, Plurimi s. Maximi facere: ut *περὶ πολλοῦ*, redditur Magni. Itidemque *περὶ ὀλίγου ποιεῖσθαι*, Parvi facere: *περὶ ἐλάττονος ποιεῖσθαι*, Minoris facere: ut in illo Lysiæ loco, *Ὃν σὺ ἐλάττονος τῶν ἡδονῶν ἐποίησας*, Quam legem minoris fecisti quam voluptates, Non tanti fecisti quanti voluptates. Vel utendo alio verbo, Non tanto in pretio habuisti, quanto voluptates. Possumus vero et mutata orationis forma reddere, Quam posthabuisti voluptatibus. Vel, ut Bud. vertit, Quam præ voluptatibus contemtui habuisti. Venio ad *ποιεῖσθαι* junctum præpositioni *ὑπό*. Est *ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτὸν τὸ πρᾶγμα*, In potestatem suam redigere, Potestatis suæ facere, ut Idem scribit, p. 302. afferens e Synesio, *Ὑφ' ἑαυτὸν ποιησάμενος τὸ πρᾶγμα*: et e Dem. *Ποιεῖσθαι τὴν χώραν ὑφ' ἑαυτῷ.* Nam *ἐφ' ἑαυτῷ*, quod ibi habetur, mendose scriptum esse puto, pro *ὑφ' ἑαυτῷ*, cum inveniam hunc usum præpositionis *ὑπὸ* ap. ipsum Dem., cum alibi, tum in Or. pro Cor. *Ἔως Θετταλίαν ὑπὸ Φιλίππῳ ἐποίησαν*, ubi etiam observa jungi *ὑπὸ* non voci passivæ, habenti sc. signif. activam, sed voci activæ. De *ποιεῖν* autem juncto cum *πρὸς*, dicam in Ποιῶ, Conduco, Prosum etc. Exempla autem hujus verbi juncti et aliis præpositionibus, aut his ipsis quidem, sed cum aliis nominibus, inter hæc vel inter illas reperientur, i. e. inter ea quæ de ipsis disseruntur.

Ποιῶ et Ποιοῦμαι junguntur etiam cum adverbiis, non retinentia suam Faciendi signif., ut retinent cum illis adverbiis, quibus junctum *ποιῶ* protuli supra, sed aliis, cum quibus alio verbo quam illo Facere interpretari ea oportet. Adverbia autem, quibus junguntur, sunt cum alia, tum *ἔξω*, itidemque *εἴσω*: et *ἐμποδὼν* et *ἔμπροσθεν*: dicitur enim *ἔξω ποιεῖσθαι*, vel potius *ποιεῖν*, et *ἐμποδὼν ποιεῖσθαι*, et *ἔμπροσθεν*: habetque cum his verbum *ποιεῖσθαι* Ponendi signif.: unde *ἔμπροσθεν ποιεῖσθαι* Bud. vertit Opponere. Cui *ἔμπροσθεν ποιεῖσθαι* affine est *ἐμποδὼν ποιεῖσθαι*: qui enim aliquid obstaculi affert, is illud velut opponit. Dicendum autem erit de *ἔμπροσθεν ποιεῖσθαι*, et *ἐμποδὼν ποιεῖσθαι*, etiam in Ἔμπροσθεν et in Ἐμποδών. At vero *ἔξω* et *εἴσω* cum activo *ποιεῖν* ap. Xen. Legitur enim ap. eum, K. Π. 4, (1, 2.) *Ἔξω βελῶν τὴν τάξιν ποιήσας*, ubi verbum *ποιεῖν* quandam Collocandi signif. habet. Sed et cum *ἔξω* carente genitivo, Act. 5, 34. *Ἐκέλευσεν ἔξω βραχύ τι τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι*, ubi *ποιῆσαι ἔξω* est Facere ut foras eant, exeant, egrediantur; nam his duobus utitur Plautus, cum alioqui brevius dici possit, Exeant, Egrediantur, omisso illo adv. At facere ut foras eant, nihil aliud est quam Abducere, Amittere. Adeo ut reddi debuerit, Jussit ut apostolos abducerent, vel potius, amitterent: non autem cum vet. Interprete, pariter et Erasmo, neutrum verbum Secedere interpretationi hujus *ἔξω ποιῆσαι* adhibendum fuerit. Atque ut *ποιεῖν* cum *ἔξω* est Amittere, sic *ποιεῖν* cum *εἴσω* est Immittere, Indere; ita enim reddi posse non incommode existimo in isto Xen. loco, Ἱππ. (6, 8.) *Ἔχοντα δεῖ πρὸς τοῖς ὀδοῦσι τὸν χαλινὸν, τὸν μέγαν δάκτυλον τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς εἴσω τῆς γνάθου τῷ ἵππῳ ποιῆσαι.* Sunt porro, ut dixi, et alia adverbia quibus jungitur verbum *ποιεῖν*: legimus enim ap. Isocr. ad Nic. *Ἀλλὰ βουλόμενος ἅμα μὲν ἐμαυτὸν ὡς πορρωτάτω ποιῆσαι τῶν τοιούτων ὑποψιῶν*, ubi reddere possis, Me quamlongissime abducere. At de *ἄνω καὶ κάτω ποιεῖν* s. *ποιεῖσθαι*, dictum est supra, sc. T. 1. c. 473.

Ποιῶ et Ποιοῦμαι cum in nonnullis e proxime præcedentibus loquendi formulis quandam Ponendi s. Collocandi signif. inclusam habeant, de qua dicturum me sum pollicitus, de ea hic verba facienda existimo, priusquam ad ceteras transeam. Extat

igitur ap. Hom. hic versus, Il. N. 55. *Σφῶϊν δ' ὧδε θεῶν τις ἐνὶ φρεσὶ ποιήσειεν.* Extat et hic illi similis ap. Eund. Od. Ξ. 273. *Αὐτὰρ ἐμοὶ Ζεὺς αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶν ὧδε νόημα Ποίησεν.* Annotat autem Eust. in priorem illum locum, *θεὸς ἐνὶ φρεσὶ ποιήσειε*, esse quod κοινῶς diceretur, *θεὸς ὁδηγήσειε*: non enim esse aliud *ἐνὶ φρεσὶ ποιήσειε*, quam *θῆσαι εἰς νοῦν*, ita enim scribitur, esseque multis in ll. *ποιῆσαι* i. q. *θεῖναι*. At in alterum illum l. nihil annotat; sed cum reperiatur et alia lectio illius versus, sc. *τοῦτο νόημα*, atque hanc ipsa ejus Commentariorum editio habeat in textu, quamvis ille contra in suis Comm. scribat *ὧδε νόημα*, nullam illius alterius mentionem faciens: hoc tamen dico, si *ποιεῖν* accipiendum sit pro *τιθέναι*, i. e. Ponere, multo aptius legi *τοῦτο* quam *ὧδε*, ut *ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο νόημα ποίησε* sit, Hanc cogitationem posuit in mente, Imposuit menti, i. e. Indidit menti, aut etiam Injecit menti, s. animo. Hoc præterea sciendum est, de quo non admonet Eust., separandam non esse a verbo præp.; dici enim *ἐνὶ φρεσὶ ποιήσειε* pro *ἐμποιήσειε φρεσί.* Quem usum habere illud comp. *ἐμποιεῖν* in prosa quoque, eumque frequentem, docebo, cum ad ipsum pervenero. Affertur quidem certe et *ποιεῖν τῇ διανοίᾳ* e Plat., pro Fingere in animo, Concipere; sed id suspectum est. Habet alioqui et simplex *ποιεῖν*, item *ποιεῖσθαι* Ponendi signif. cum in aliis loquendi generibus, tum in hoc ap. Thuc. (1, 109.) *Ποιεῖν ἐπὶ τοῦ ξηροῦ τὰς ναῦς*, Facere ut naves sint in sicco, pro In sicco naves collocare. Itidemque ap. eund. Scriptorem, *ἐν μέσῳ ποιεῖν*, 1. *Καὶ ὅταν Ἀθηναῖοι ἐπὶ σφᾶς χωρῶσι, κατὰ νώτου βοηθοῦντας, ἐν μέσῳ ποιεῖν αὐτῶν τοὺς πολεμίους.* Qui enim intercludunt hostes in medio, eos veluti collocant in medio. At de *ἐς ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι* dixi supra. Habet vero verbum *ποιεῖν* aliquam Collocandi signif., cum nonnullis etiam advv., ut in proxime præcedente tmemate videre est. Cum illo certe Isocratis loquendi genere, quo tamen et ceteri usi sunt, *ἐμαυτὸν ὡς πορρωτάτω ποιῆσαι*, affinitatem habet aliquam hæc loquendi formula in sermone Italico frequens, Fatte-vi in qua.

Ποιῶ pro Efficax sum, Prosum, Confero: cum præp. *πρὸς* ap. Diosc. frequens, ut 1. *Ποιεῖ πρὸς φάρμακα*, Adversus venena est efficax. Idem, *Ποιεῖ πρὸς στρόφους.* Idem, *Ποιεῖ δὲ τὰ φύλλα πρὸς λέπραν, σὺν ὄξει ἐπιπλαττόμενα.* Idem, *Οἱ δὲ μέλανες κόκκοι καὶ πρὸς τοὺς ὑπὸ ἐφιαλτῶν πνιγμοὺς ποιοῦσι.* Plin. ap. eum hoc verbum varie interpr. In hoc postremo loco reddit Auxiliari: locum illum ita interpretans, Grana nigra auxiliantur et suppressionibus nocturnis. At *Ποιεῖ πρὸς λέπραν* vertit Sedant lepram. Pro illis autem verbis *ποιεῖ πρὸς στρόφους*, habet, Discutit tormina. Idem alioqui non raro utitur et verbo Facio in ea ipsa signif. et constr., quam videmus in ll. illis habere verbum *ποιεῖν*: veluti cum dicit, Facit ad difficultatem urinæ. Sed aliam etiam constr. ei dat nonnunquam, sc. cum dat., veluti cum dicit, Facit præclare cœliacis. Habet alioqui Facio cum illa præp. Ad et alium usum.

Ποιῶ, Facio carmina, Versus facio, Poëtice scribo, Isocr. Panegyr. (50.) *Τίς γὰρ ἢ τῶν ποιεῖν δυναμένων ἢ τῶν λέγειν ἐπισταμένων, μὴ πονήσει καὶ φιλοσοφήσει*, ubi animadverte de Poëtis dici *ποιεῖν*, ut *λέγειν* dicitur *περὶ τῶν λογογράφων*. Et cum aliquod e Poëta quopiam testimonium proferunt, vel testem eum laudant, dicere solent, *ὡς ἐποίησεν*, vel *ὥσπερ ἐποίησεν*, s. *πεποίηκεν*, Sic Aristot. *Μεταβάλλει δὲ καὶ ὁ ἔποψ τὸ χρῶμα καὶ τὴν ἰδέαν, ὥσπερ πεποίηκεν Αἰσχύλος*, Plin. Formam mutat et colorem upupa, ut tradit Æschylus. Xen. (Σ. 4, 6.) *Ἴστε γὰρ δήπου ὅτι Ὅμηρος ὁ σοφώτατος πεποίηκε σχεδὸν περὶ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων*, Carmina scripsit s. composuit de. Vel, In suis carminibus scripsit, aut in suis poëmatibus, Bud. Interdum vero cum accus., Carminibus describo, Carminibus persequor aut Poëmate. Vel Carmina scribo de etc. ut *ὁ τὴν Γιγαντομαχίαν πεποιηκὼς*, et *ὁ τὰ Κυπριακὰ πεποιηκώς.* Potest vero et simpliciter reddi Scribo, ut cum dicitur ab Isocr. (Hel. Enc. 28.) de Stesichoro illum *τὴν λεγομένην παλινῳδίαν πεποιηκέναι.* Alicubi vero est Describo, poëtice sc.: ut cum dicit Aristot. de Bellerophonte, *Ὃν οὕτως ἐποίησεν Ὅμηρος, Αὐτὰρ*

A *ἐπεὶ καὶ οὗτος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν, Ἤτοι ὁ καππεδίον* κ. τ. λ., q. tamen l. Budæus affert postquam dixit *ποιεῖν* sumi pro Poëtice scribere: sed malim, h. quidem in l. Poëtice describere. Hanc porro signif. habens *ποιεῖν* cum variis nominibus componitur: ut *κωμῳδοποιὸς, τραγῳδοποιὸς*, i. e. *κωμῳδίαν* s. *κωμῳδίας ποιῶν*, vel potius *πεποιηκώς.* Itidemque *ἐλεγειοποιὸς*, et *ἐποποιός.* Aristot. Poët. *Πλὴν οἱ ἄνθρωποί γε συνάπτοντες τῷ μέτρῳ τὸ ποιεῖν, τοὺς μὲν, ἐλεγειοποιοὺς, τοὺς δὲ, ἐποποιοὺς ὀνομάζουσιν.* Hinc autem et *ποίημα* ac *ποίησις*, et *ποιητὴς*, item *ποιητικὸς*, atque alia: o *πεποίημαι* sc., et *πεποίησαι*, et *πεποίηται*: nam passive quoque dicitur aliquid *πεποιῆσθαι*, quod carmine scriptum est, s. carminibus.

Ποιῶ λέγοντας, pro Induco loquentes, Introduco, e Plut. Solone. Potest autem, *Ποιεῖ οὕτω λέγοντας* reddi etiam, Eis hunc sermonem tribuit, Eos hoc sermone usos refert. Sunt qui reddant, Eis hunc sermonem affingit. Sed qui ita loquitur, sermonem illum falso illis tribui s. ascribi, atque adeo fictum,
B non verum esse profitetur: cum alioqui Græca illa loquendi formula minime hanc, ut ita dicam, restrictionem patiatur.

Ποιῶ, ap. Xen. invenio in alia præterea signif.: sc. pro Fingo, eo quidem in sensu quo dicitur, Finge ita esse. Pro quo etiam quidam, Pone ita esse. Gallice, Mets le cas, vel Prends le cas qu'il soit ainsi. Xen. K. 'A. 5, (7, 5.) *Ποιῶ δ' ὑμᾶς ἐξαπατηθέντας καὶ καταγοητευθέντας ὑπ' ἐμοῦ ἥκειν εἰς Φᾶσιν.* [*Ποιήσω*, Faciam, Ponam, Herod. 7, 184. Cic. de N. D. 1, 30. Age et his vocabulis esse deos facimus.] ‖ Cum hac autem verbi *ποιεῖν* signif. aliquam affinitatem habet pass. *ποιοῦμαι* pro Simulo: qui ejus usus e Themist. affertur: ubi dicit, *Ῥητορικὸς ποιούμενος εἶναι*, pro Rhetoricum se esse simulans, i. e. peritum rhetorices. Item, *Φιλόσοφος εἶναι τὴν ἀκροτάτην φιλοσοφίαν ποιῇ.* Habet alioqui potius hanc signif. comp. verbum *προσποιοῦμαι*, ut suo dicetur loco.

Ποιῶ interdum pro eo quod et *ἐργάζομαι*, de qua signif. prius dixissem, si prius recordatus ejus fuis-
C sem, qua in signif. Plinius interpr. Factito, ut cum de persica Ægypti scripsit, Simulacra ex ea factitavere; sunt enim hæc verba pro illis Theophrasti, *Ἐξ οὗ καὶ τὰ ἀγάλματα ποιοῦσι.* Sciendum est autem præp., quam in h. Theophr. l. videmus, interdum omitti, ut cum dicitur *ποιεῖν λίθου λευκοῦ*, pro Facere e lapide albo. Sic autem et pass. præteritum *πεποιημένος* sæpe pro Factus, Confectus, Fabricatus, *εἰργασμένος*: et quidem plerumque cum gen., subaudita itidem præpositione.

Ποιῶ et *ποιοῦμαι* licet Bud. promiscui usus esse dicat, Comm. 302. afferens e Dem. (431.) *Οὓς κρατήρων κοινωνοὺς πεποίησθε*, et ex Aristot. *Πεποιήμεθα τὸν λόγον*, et, *Ποιοῦμαι μνείαν*, ex Eod.: sciendum est tamen non solum adhiberi unum plerisque loquendi formulis, quibus alterum minime adhibetur, sed cum iisdem etiam nominibus interdum diversum usum habere. Dicitur enim *δεινὰ* s. *δεινὸν ποιεῖσθαι*, item *δεινὰ ποιεῖν*, Indigna existimare, Pro indignis habere, Ægreferre, Conqueri; at pro Indigna patrare s. Im-
D proba, Indigna committere, dicitur *δεινὰ ποιεῖν*, potius quam *δεινὰ ποιεῖσθαι*: Dem. pro Cor. *Εἰ γὰρ παρῆν, πῶς οὐ δεινὰ ποιεῖ, μᾶλλον δ' οὐδ' ὅσια, εἰ ταῦθ' ὡς οὐκ ἄριστα νῦν ὑμᾶς ἀξιοῖ ψηφίσασθαι*; Sic *ποιοῦμαι φιλίαν πρὸς τοῦτον*, vel *τούτῳ*, Ineo amicitiam cum hoc, vel contraho, ap. Plut. At vero, *Ἐποίησε φιλίαν τοῖς Ἀθηναίοις πρὸς τοὺς Κρῆτας*, Amicitiam Atheniensibus conciliavit cum Cretensibus, Athenienses cum Cretensibus amicitia junxit. Quidam vero interpr. Inter Athenienses et Cretenses amicitiam junxit, conjunxit, contraxit. His autem addi possunt *ποιεῖν* et *ποιεῖσθαι ἄκοιτιν*: cum enim dicit Hom. Il. Ω. 537. de Peleo, *Καί οἱ θνητῷ ἐόντι θεὰν ποίησαν ἄκοιτιν*, secus accipit *ποίησαν ἄκοιτιν*, quam Hesiod. (Θ. 921.) *ποιήσατ' ἄκοιτιν.* Hic enim intelligit, Fecit sibi uxorem, Matrimonio eam sibi junxit, Duxit in uxorem; at illic *ποίησαν ἄκοιτιν* est Fecerunt ut ei esset uxor, eam duceret in uxorem, Matrimonio eam illi junxerunt. Eust. exp. *ἔθεντο*, Subtiliora etiam quædam commentans. Ut autem Hesiod., sic Hom. quoque illo loquendi genere utitur *ποιήσατ' ἄκοιτιν.*

Quinetiam vicissim ap. eum dicitur mulierem quampiam *ποιεῖσθαι ἄνδρα*, Facere sibi maritum, Matrimonio se jungere illi, Cum illo matrimonium contrahere. Apud eund. Poëtam invenitur non solum medius aor. *ποιήσατο* pro activo *ἐποίησε*, ut *σχεδίην ποιήσατο* et *Ἱστία ποιήσασθαι*, Od. E. (251. 259.) sed et fut. passivæ vocis *ποιήσεται* pro *ποιήσει*: K. (433.) *ἤ κεν ἅπαντας Ἢ σῦς, ἠ ἐλάφους ποιήσεται, ἠὲ λέοντας.* Est autem, si Eustathio credimus, FUT. Ποιήσομαι pro *ποιήσω*, Attice usurpatum. Ceterum cum jam in superioribus extent pleraque loquendi genera, quibus una vox potius quam altera adhibetur, addendi sunt et alii usus uni voci, sc. passivæ, peculiares. Ποιεῖσθαι *παῖδας* potius quam *ποιεῖν*, itidemque composite, *παιδοποιεῖσθαι*, Liberos procreare. Lucian. (1, 530.) *Ἐνέπλησε παίδων τὸν οὐρανὸν, τοὺς μὲν ἐξ ὁμοτίμων ποιησάμενος.* Sic autem *ποιεῖσθαι παῖδα* potius quam *ποιεῖν*, cum significat Adoptare: de quo verbi hujus usu dictum supra fuit. Quo etiam pertinet *ποιεῖσθαι γυναῖκα* de viro dictum, vicissimque *ποιεῖσθαι ἄνδρα*, de muliere: de quibus loquendi formulis paulo ante disserui. Potest vero ad eand. classem referri et *ποιεῖσθαι ἡγεμόνας*, Il. Π. (171.) *Πέντε δ' ἄρ' ἡγεμόνας ποιήσατο*, Duces creavit. Eust. autem exp. *προεβάλετο*, addens, *οὐ φύσει ἄρχοντας Μυρμιδόνων ὄντας, ἀλλὰ * θετῶς, οἷα νῦν ποιηθέντας.* Quinetiam *ποιεῖσθαι βασιλέα* itidem pro Creare regem, dixit Plato, ut supra docui. At *ποιεῖν πολίτην* ex Isocr. affertur pro Donare civitate. Cum illis *ποιεῖσθαι γυναῖκα* et *ποιεῖσθαι ἄνδρα*, aliquid affinitatis habet *ποιεῖσθαι σύμβουλον*, q. d. Facere sibi consultorem, Asciscere sibi consiliarium; nam et cum illis duobus accuss. junctum *ποιεῖσθαι* aliquam Asciscendi et Adjungendi signif. habet. At vero ad *ποιεῖσθαι* significans Existimare referendum videtur *ποιεῖσθαι*, quod in isto Plut. loco in Romulo habetur, *Ποιεῖσθαι δαίμονος οὐ δεῖ πάντα.* Affertur autem is in VV. LL., ubi exp., Non omnia fortunæ sunt ascribenda. Quod si ad illam signif. referamus hoc *ποιεῖσθαι*, reddemus ad verbum, Non omnia oportet existimare fortunæ, sub. esse. At de *ποιοῦμαι* pro *προσποιοῦμαι*, Simulo, dictum est initio col. præcedentis.

: Ποιοῦμαι autem passivam ut vocem, ita etiam signif. habens, ap. Hom. quoque extat: Il. Z. 56. *ἦ τοι ἄριστα πεποίηται κατὰ οἶκον Πρὸς Τρώων*, ubi observanda constr. quoque. Sonant autem illa ad verbum, Scilicet optima tibi facta sunt domi a Trojanis, pro Scilicet optime de te meriti sunt Trojani. Et partic. passivæ itidem signif. ap. Xen., *πεποιημένα παρασχεῖν*, Effecta reddere, Præstare: K. Π. 2. *Ἱκανῶς ὧν ἐδέοντο, πάντα πεποιημένα παρασχεῖν.* Sæpe autem *πεποιημένος* pro *εἰργασμένος*, Factus, Confectus, Fabricatus. Paus. Att. (36, 2.) *Πανὸς δὲ ὡς ἕκαστον ἔτυχε ξόανα πεποιημένα.* Atque adeo ut dici *ποιεῖν λίθου λευκοῦ*, docui supra, sic *φοίνικος αἱ θύραι πεποιημέναι*, ap. Xen. legitur K. Π. 7, (5, 9.) || At *πεποιημένα ὀνόματα*, vel *πεποιημέναι λέξεις*, Ficta s. Novata verba, quæ etiam Facta. Aristot. Rhet. 3. *Καὶ διπλοῖς ὀνόμασι καὶ πεποιημένοις χρηστέον.* Si tamen Dem. Phalereo aliisque credimus, non tam late patet hujus partic. signif., sed sunt *τὰ κατὰ μίμησιν ἐκφερόμενα πάθους ἢ πράγματος*, ut *σίζε* et *λάπτοντες*: quam definitionem ipse aliunde affert. Sic certe Fabius *ὀνοματοποιΐας* exempla profert, Mugitus, Sibilus, Murmur. De hoc autem nomine, *ὀνοματοποιΐα*, simulque de verbo *ὀνοματοποιῶ*, dixi supra, T. 2. c. 1324. || Item *πεποιημένον*, Carmine scriptum. Quinetiam ipsa carmina dicuntur *πεποιημένα*, ut *πεποιημένα ἰαμβεῖα* ap. Dem. (413.) Apud Synes. autem, *Ταῦτα λέγων πεποίηται*, Inductus est ista loquens; aut etiam Inducitur.

Invenitur ETIAM Ποῶ pro Ποιῶ, "unde *πόει*, Fac, "pro *ποίει*, et *ποοῦ*, pro *ποιοῦ*:" quod *ποῶ* Atticum esse dicenti Etymologo non lubenter fidem adhibeo: licet ap. Aristoph. sæpe hanc scripturam reperiri sciam. Semper enim aut certe utplurimum, hæc scriptura absque *ι* extat in iis ll. qui poscunt ut prior hujus vocis syllaba corripiatur. Sed ne in illis quidem ll. scriptura hæc necessaria est, cum videamus alioqui corripi etiam syllabam *ποι* ap. eum: ut B. (1008.) in *ἄνδρα ποιητὴν*, in fine versus: et (1010.) *εἰ μὴ πεποίηκας*: itidem in fine versus: cum tamen in fine versus qui interjectus est, scriptum sit *ποοῦμεν* pro *ποιοῦμεν*. Non ignoro interim, alibi etiam inveniri illam scripturam sine *ι*, et nominatim ap. Theocr. (8, 18. 10, 25. 38.) nisi me memoria fallit.

["Ποιέω, Casaub. ad Athen. p. 3. Alberti Peric. Cr. 55. Toup. Opusc. 1, 466. Ammon. 116. Wyttenb. Select. 342. ad Charit. 344=603. Thom. M. 188. 504. ad Diod. S. 2, 566. Markl. Suppl. 940. De panificio, Valck. Adoniaz. p. 397. De sacrificio, Clark. ad Il. A. 444. De mysteriis, ad Corn. Nep. 189. Stav. De poëtis, Brunck. Aristoph. 1, 150. Ernest. ad Nubes p. 58. Herm. De carmine epico, Toup. Opusc. 2, 50.: de Tragœdiis, 92. Sensu obscœno, Villoison. ad Long. 105. Versibus canto, Celebro, Ernest. Obs. in Aristoph. N. p. 13. Bibl. Crit. 4, 2. p. 84. Homer. 1, 3. Ern., ad Charit. 234. ad Herod. 129. 287. Athen. 1, 15. ad Paus. 124. Jacobs. Anth. 6, 150. 157. 7, 221. 225. 8, 50. Huschk. Anal. 23. Kuster. V. M. 52. Plato Lys. p. 8. 9. Scribo, Fabric. Bibl. Gr. 1, 2. Harl., Valck. Hipp. p. 232. Apparo, Formo, Schneid. Anab. 43. Pono, Fingo, ad Herod. 591. Seq. accus. cum inf., Xen. Mem. 1, 2, 9. Cum duplici accus., Dawes. Misc. Cr. 185. De constr., Thom. M. 252. Omissum in *τί γὰρ ἄλλο ἢ —*, ad Xen. Mem. 2, 3, 17. Œc. 9, 1. Zeun. ad K. Π. 138. Brunck. ad Æsch. Pers. 207. Ad *ποιεῖν* nomen repetendum e proximis, Heind. ad Plat. Gorg. p. 11. Cum inf., ad Diod. S. 2, 288. Cum inf. fut., Brunck. Soph. 3, 383. Schneid. Anab. 54. Ποίησον cum inf., Steph. Dial. 49. Ποιεῖν *τινα* seq. participio, Heind. ad Hipp. 148. De usu h. v. pleonastico, ad Charm. 76. Ἐποίει, *ἐποίησε*, de artificibus, Lessing Schr. ix. p. 377. Ποιεῖν *πᾶν*, Lennep. ad Phal. 162.: *ὕδωρ*, Wessel. Diss. Herod. 182.: *τὸν ἀγῶνα*, Valck. Adoniaz. p. 195.: *χρόνον*, ad Diod. S. 1, 42. Dionys. H. 2, 801.: *θήραν*, Fischer. ad Xen. K. Π. p. 39.: *ἐξέτασιν καὶ ἀριθμὸν*, Xen. K. Ἀ. p. 12.: *κριθὰς*, Aristoph. Εἰρ. 1322.: *θόρυβον*, Toup. Opusc. 2, 209.: *τὸν βίον*, Fisch. Ind. Palæph. v. Βρῶμα. Φίλον *ποιεῖν, ποιεῖσθαι*, ad Xen. Mem. 2, 1, 23. Π. *υἱὸν*, Filium procreare, Phalar. 118. cf. Locella ad Marbod. 156. Lucian. 1, 530. Apoll. Rh. p. xiii. Brunck. (*Ἀθάμας—ποιεῖ ἐκ Νεφέλης δύο παῖδας*): Wessel. Itin. 596. Plut. Alex. 104. Schm. Ποιεῖν, *ποιεῖσθαι τὴν πορείαν*, Schneid. Anab. 193. Ἰσχυρὸν *ποιεῖν, ποιεῖσθαι*, ad Diod. S. 2, 24. Ἔργον *ποιεῖν* (*ποιεῖσθαι*) *τὸν λόγον* etc. Abresch. Lectt. Aristæn. 255. Ποιεῖν *νύκτα, ἡμέρας*, Jacobs. Anth. 9, 449. Meurs. ad Lycophr. p. 1302. Orell. ad Epist. Socr. 443.: *καλῶς, εὖ*, Lennep. ad Phal. 60. ubi et de *καλῶς ποιῶν*. Εὖ *π.*, Thom. M. 390. Εὖ *ποιεῖν τὸ παρὸν*, Toup. Opusc. 1, 487. ad Lucian. 1, 485. Heind. ad Plat. Gorg. 179. Εὖ *ποιῶν*, Lucian. 1, 850. Agathias 35. Kuster. Aristoph. 105. Brunck. 3, 106. Εἰρ. 271. 285. Ποιεῖν *ἔς τι*, Valck. Diatr. 69. (Thuc. 2, 8.): *ἐν μέλει καὶ ῥυθμῷ*, Athen. 1, 16. Τί *ποιεῖς*; Brunck. Aristoph. 2, 183. Τί *ποιῶ*; Abresch. Æsch. 2, 110. Τί *ἐστιν αὐτῷ ποιῆσαι*; Alciphr. 222. Ποιεῖν *περί τινος*, 25. 129. Ὡς *εἰπὼν ἐποίησεν*, Charit. 707. Εἰς *πλινθίον ἑαυτοὺς ποιήσαντες*, Diod. S. 2, 351. vide v. l. Ποίεο, Fac, Brunck. ad Poët. Gn. 277. ad Herod. 650. Pass. pro act., Sylb. ad Paus. 199, 28. ad Charit. 609. De act. et med., Kuster. V. M. 34. 43. 78. 92. 93. 97. ad Phalar. 313. Steph. Dial. 15. 64. Boiss. Philostr. 322. Ποιεῖσθαι, ad Phalar. 289. ad Charit. 646. Wakef. Georg. 26. Wyttenb. Select. 376. ad Callim. 1. p. 239. Lucrari, Acquirere sibi, Abresch. Lectt. Aristæn. 338. Græv. Lectt. Hes. 580. Ducere, Existimare, Dionys. H. 1, 376. Musgr. Hec. 300. Steinbr. Mus. Tur. 1, 177. ad Herod. 206. Kuster. V. M. 50. Diod. S. 2, 428. Profiteri, Sibi vindicare, Abresch. Lectt. Aristæn. 23. Simulare, Thom. M. 754. Ποιεῖσθαί *τι πρό τινος*, ad Xen. Mem. 2, 5, 3.: *ἐπὶ τῇ τύχῃ*, Lennep. ad Phal. 88.: *διὰ*, ad Herod. 440.: *ἐν*, Valck. Hipp. p. 195.: *λίθῳ*, Bast Lettre 48.: *παῖδας, θεοὺς ἐκ γυναικὸς*, T. H. ad Lucian. 1, 200.: *ἐνέδραν, κραυγὴν*, Fischer. ad Palæph. 19. 51.: *παῖδα*, Adoptare, ad Charit. 329. ad Herod. 360. Bibl. Crit. 3, 1.

"ΠΡΑΣΟΝ," [* πάρσον, * πάῤῥον, unde] "Porrum, Olus satis notum. Apud Athen. 13. (p. 572.) "τῶν πράσων Ἑκάστοτ' ἐπιδεικνεῖ μεθ' ἡμῶν: (571.) "τῶν πράσων ποιούμεναι Τολύπας, ἔσαττον τὰς γνάθους. Apud Eund. 14. πράσον θαλάσσιον, Porrum marinum: ap. Diosc. πράσον κεφαλωτὸν, Porrum capitatum, 4, 179. cui opp. τὸ καρτὸν πράσον, Porrum sectivum. || Πράσον dicitur etiam Algæ species quædam; nam, teste Theophr. H. Pl. 4, 7. τοῦ φύκους unum genus πλατύφυλλον est, herbido colore, quod πράσον vocant, nonnulli ζωστῆρα. Nominis ratio est, quod radicem habeat oblongam et crassam, qualem τὰ κρομμυογήτεια et τὸ καρτὸν πράσον, coloreque sit viridi ut porrum. Sic Plin. 13, 25. Phycos, quod folia lata colore viridi gignit, quidam πράσον vocant, alii Zostera. Meminit et Hes." [" Thom. M. Add. ad p. 535. ad Mœr. D 111. Casaub. Athen. 1, 75." Schæf. Mss.] "Πρασοειδής, Porro similis, Porri speciem gerens, Plin. 37, 8. de topazio, Duo ejus genera faciunt, Prasoïdem atque Chrysopteron similem * chrysoprasio." [Arrian. Hist. Ind. p. 330. Hippocr. 40, 19. 41, 7. 54, 13. 207. F. 1216. B. Schol. Theocr. 13, 42. Vide Πρασώδης.] "ET Πρασόκουρον, τὸ, Falx, qua porrum detondent, δρέπανον, ᾧ τὰ πράσα κείρουσιν, Epigr." [" Jacobs. Anth. 11, 338. Schneid. Scrr. R. R. 3, 2. p. 40." Schæf. Mss.] "AT Πρασοκουρίς, Hesychio ζῶον χλωρὸν κεῖρον τὰ ἐν τοῖς κήποις λάχανα, et in primis τὰ πράσα: unde et nomen. Sic Theophr. H. Pl. 7, 5. Καὶ ἐν τῇ θριδακίνῃ καὶ ἐν τοῖς πράσοις καὶ ἐν ἄλλοις πλείοσιν αἱ πρασοκουρίδες. Idem Philosophus ibid. docet quomodo capienda sint ista animalcula, itemque Diophanes Geop. 12, (9.) et Pallad. 1, 35. Meminit τῶν πρασοκουρίδων Aristot. quoque H. A. 5, 19. scribens eas ἐκ τῶν καράβων nasci, et habere πτερά. "Gaza hic Blattas vertit, ap. Theophr. Porricidas: quod magi probant, cum blattæ sint potius αἱ σίλφαι. Notandum vero, ap. Theophr. scriptum esse πρασικουρίδες, itemque ap. Hes.; sed perperam, ut vel alphabetica ap. hunc series ostendit." [Strattis Athenæi p. 69. "Jacobs. l. c. Schneid. l. c. Casaub. ad Athen. 143." Schæf. Mss. * Πρασοφάγος, poëtice Πρασσοφάγος, Hom. Batr. 229. not. * "Πρασόχροος, Tzetz. Ch. 8, 969. 972. 973." Elberling. Mss.] "Apud Hes. reperio et Πρασόργην, expositum δρέπανον, ᾧ τὰ πράσα κείρουσι, Falcem, qua porros detondent s. incidunt: alio nomine πρασόκουρον dictam. Præterea a πράσον DERIV. Πράσινος, ET Πράσιος, Porraceus, Porrum referens, Porro similis, Qualis porri est: ut πράσινον χρῶμα, Color porraceus, Color qualis porri est, h. e. viridis. Plato Tim. πράσιον χρῶμα dicit, scribens ipsum fieri πυῤῥοῦ κεραννυμένου μέλανι. Itidem dicitur πράσιος λίθος, Lapis porraceus, s. Prasius lapis, ut Plinius mavult, qui et ipse eum in viridantium genere ponit, vilioris esse ipsum turbæ dicens. A Theophr. DICITUR Πρασίτης [* Πρασῖτις] in libello περὶ Λίθων, (§. 37.) itidem ex eo, quod porrum colore referat. Item πράσιον vocatur Origani genus non dissimile byssopo; et Genus heraclii alterum, foliis exilioribus, mollius, sampsucho non dissimile. Auctor Plin. 20, 17. Sed est et alia Herba πρασίον nomine dicta, Latinis Marrubium, ut Idem ejusd. libri c. 22. docet, Marrubium plerique inter primas herbas commendavere, quod Græci Prasion vocant, alii * Linostrophon, nonnulli Philopæda. Hujus meminit Diosc. 3, 119.: superioris, c. 35. ejusd. libri, scribens τὸ λεπτόφυλλον τραγορίγανον a quibusdam vocari πράσιον. Idem eod. l. c. 117. τὴν βαλλωτὴν appellari tradit πράσιον μέλαν, quod folia habeat similia τῷ πρασίῳ, sed majora et subrotunda. Sic Plin. 27. initio cap. 8. Balloten alio nomine Melamprasion Græci vocant. Sed subjungit, Foliis majoribus quam porri: hallucinatus, ut quidem volunt nonnulli. At Nicol. Myrepsus πράσιον vocare Æruginem etiam perhibetur, ut quæ et ipsa porri colorem viridem imitetur." [Nicander Ἀ. 47. Καὶ χλοεροῦ πρασίοιο, τὸ δὴ μελίφυλλον ὑδεῦσι.] "Ad πράσινος vero ut redeam, utuntur eo Lat. quoque. Prasinus enim color ap. Plin. legitur, ap. Martial. Prasina synthesis, ap. Plaut. Prasina vestimenta." [" Ælian. H. A. 635." Wakef. Mss. Schleusn. Lex. V. T. Vide Ῥούσιος. * Πρασινοειδής, Olympiod. ad Aristot. Meteor. 397. in Schneideri Ecl. Phys. * Πρασινώδης, Schol. Theocr. 4, 28. * "Πρασιανὸς, Prasina, Factio aurigarum, M. Anton. 1, 5." Kall. Mss.] "DICITUR Πρασώδης etiam pro πράσινος s. πράσιος: ut πρασώδης χολή, Porracea bilis, Bilis quæ porri colorem viriditate imitatur. Gal. eam πρασοειδῆ vocat, ut Hippocr. πρασοειδὲς διαχώρημα: ap. quem itidem legimus, Εἴη τὸ ἐμεύμενον πρασοειδές." [" Πρασώδης, Algosus, Tatian. ad Gr. 76. * Πρασόεις, Opp. Ἀ. 1, 107." Wakef. Mss. * Πρασσαῖος, Porri colorem imitans, Ranæ nomen, a viridi colore, Batrach. 251.] "Denique a πράσον est VERB. Πρασίζω, Porrum imitor, refero, Porraceus s. Prasinus sum. Diosc. 3, 94. * Σμυρνίζων, μὴ πρασίζων, Myrrhæ æmulum, non porri. Sic 4, 155. de elaterio." [" Schol. Theocr. 10, 18." Wakef. Mss. " Const. Manass. Chron. p. 6. * Πρασιάζω, Niceph. Blemm. p. 83. Manz.; sed forsan πρασίζουσα leg.; nam hæc Ed. Manz. mendis scatet." Boiss. Mss. Sed vide Πρασιάω infra.] "Forsitan et πρασιὰ hinc derivatum dici queat: ut πρασιαὶ in hortis proprie sint Areolæ quadratæ, in quibus porros et alia hujusmodi olera serunt."

"Πρασιά, ἡ, Area s. Areola in horto, h. e. Quadrata in horto loci consiti figura: ut Schol. Hom. πρασιὰς esse dicit τὰς τῶν φυτειῶν τετραγώνους σχέσεις ὡς τὰ πλινθία: solent enim hortos in quadratas areas et veluti laterculos dividere hortulani, et singulas singulis seminibus conserere. Od. H. (127.) de horto Alcinoi, Ἔνθα δὲ κοσμηταὶ πρασιαὶ παρὰ νείατον ὄρχον Παντοῖαι πεφύασιν ἐπήτανον γανόωσαι.

A “ Et Diosc. 4, 17. de lagopode herba, Φύεται ἐν πρασιαῖς, Nascitur in hortorum areis. Plin. in Segetibus nasci scribit: segetes forsan appellans τὰς ἐν τοῖς ἀγροῖς πρασιάς: nam et ipsi in quædam veluti πλινθία distincti sunt. Marc. 6, (40.) multitudo illa Christum sequens ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαὶ, ἀνὰ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, Discubuerunt per areas, partim centeni, partim quinquageni. Πρασιαὶ, s. Πρασίαι, est etiam Laconiæ locus, cujus Incola Πρασιεὺς dicitur.” [Πρασιὰ, Schleusn. Lex. N. et V. T. “Jacobs. Anth. 10, 88. Villois. ad Long. 236. Casaub. ad Athen. 58. Koen. ad Greg. Cor. 243.” Schæf. Mss. Nicander 'Α. 532. Θ. 576. 879. Fr. 3, 5. * Πρασιάομαι, Schleusn. Lex. V. T.]

ΠΡΑΣΣΩ, ET Πράττω, Facio, Ago. Quidam certam quandam constituunt differentiam inter πράττειν et ποιεῖν, ex iis quæ ab Aristot. disseruntur Polit. 1, 3. ad quod te remitto. Apud Eund. certe de Poët. legimus, Καὶ τὸ ποιεῖν, αὐτοὶ μὲν δρᾷν, 'Αθηναίους δὲ πράττειν προσαγορεύειν. Xen. Κ. Π. 4, (6, 7.) B Οἱ μὲν ταῦτα ἔπραξάν τε καὶ ἔλεξαν, Dem. Μηδὲν δι' ἐμὲ τοιοῦτον πρᾶξαι. Et, Τὰ δίκαια πράττειν, Aristot. Eth. Sicut vicissim dicitur πράττειν τὰ ἄδικα. Itidemque πράττειν τὸ κακὸν ap. Greg. Naz. Aliquid mali facere, perpetrare. Dicitur etiam πράττω ταῦτα περὶ τούτου, et πράττω ταῦτα πρὸς τοῦτον, necnon ὑπὲρ τούτου, Thuc. 4. Περὶ τῶν ἐν τῇ νήσῳ ἀνδρῶν πράξοντας ὅ, τι ἂν ὑμῖν τε ὠφέλιμον κ. τ. λ.: 6. Καὶ περὶ τοῦ παντὸς πλοῦ τοὺς στρατηγοὺς πράσσειν ᾗ ἂν αὐτοῖς δοκῇ ἄριστα εἶναι 'Αθηναίοις. At secundum illud cum ap. alios legimus, tum ap. Isocr.: qui etiam dicit πράττειν ὑπέρ τινος, non addito accus., quemadmodum Gallice dicimus Faire pour quelqu'un, pro Facere ea quibus res ejus adjuvemus, Consulere rebus ejus, generalius Stare ab ejus partibus. Xen. autem dixit omisso itidem accus. πράττειν περὶ εἰρήνης, 'Ελλ. (6, 3, 3.) p. 345. de quo genere loquendi, simul et de πράττω juncto vel cum ὑπὲρ, vel cum πρὸς, dicam et infra, ubi agam de ea illius signif. qua ponitur pro Transigo s. Tracto. Apud eund. Thuc. πράσσειν ὅτῳ C τρόπῳ, possumus fortasse interpretari ad verbum, Faire en sorte que, 4, (128.) Ἔπρασσεν ὅτῳ τρόπῳ τάχιστα τοῖς μὲν ξυμβήσεται, τῶν δὲ ἀπαλλάξεται, Il faisoit en sorte qu'il se pût joindre avec les uns, et rompre l'alliance avec les autres. Latine autem fuerit reddendum hic πράσσειν, vel verbo uno, Agere, vel duobus, Dare operam: verùm sequente particula Ut. Quinetiam dicendum potius fuerit fortassis Hoc agebat, ut etc. quam, Agebat ut, non præfixo pronomine. Sed malim, Operam dabat. Sic autem et cum dicitur πράττειν ὅπως, etc. reddemus aptissime, Operam dare ut, Dem. c. Phil. 3. Ὅσγε μοι δοκεῖ οὐχ ὅπως σωθήσεται τὰ τῶν 'Ελλήνων σκοπῶν οὐδὲ πράττων. Eodem pertinet et iste Ejusd. locus in Or. de Perperam Obita Leg. 'Εμοῦ τῷ τῶν συμμάχων συνηγοροῦντος δόγματι, καὶ τὴν εἰρήνην ὅπως ἴση καὶ δικαία γενήσεται πράττοντος. Eodem inquam pertinet locus iste, cum Attice dictum sit πράττοντος τὴν εἰρήνην ὅπως ἴση γενήσεται, pro πράττοντος ὅπως ἡ εἰρήνη ἴση γενήσεται. Ideoque perperam in VV. LL. D postquam dictum est πράττω significare Contendo et laboro ut aliquid fiat, subjungitur pro exemplo, πράττειν γάμον: cum quo accus. aliisque hujusmodi quid valeat πράττειν, docebo mox.

Πράσσω, vel Πράττω, Ago: ut dicitur Agere res, negotium, negotia, Cic. ad Att. Tuam in agendis nostris rebus diligentiam mirifice diligo; Administro, Tracto. Thuc. 1, (129.) Πράσσε θαρσῶν καὶ τὰ ἐμὰ καὶ τὰ σὰ, ὅπῃ κάλλιστα καὶ ἄριστα ἕξει ἀμφοτέροις. At vero ap. Eund., itidemque ap. Xen., legimus aliquos reverti οὐδὲν πράξαντας pro eo quod Latine dicitur Re infecta. Quo in l. non dubium est, quin subaudiatur πράγματα: cum quo subst. duobus modis junctum reperitur. Dicitur enim non solum πράττειν τὰ πολιτικὰ πράγματα, sicut et τὰ πολιτικὰ, sine adjectione, vel τὰ τῆς πόλεως, itidemque πράττειν τὰ ἑαυτοῦ πράγματα, sicut πράττειν τὰ ἑαυτοῦ, sine adjectione, sed etiam simpliciter, πράττειν τὰ πράγματα. Est autem πράττειν τὰ πολιτικὰ πράγματα κ. τ. λ., item πράττειν τὰ δημόσια, vel τὰ κοινὰ, Agere res ad remp. pertinentes, s. res reip., Tractare negotia publica, Administrare remp., Esse in magistratu: cui πράττειν τὰ ἑαυτοῦ πράγματα, s. potius sine adjectione, πράττειν τὰ ἑαυτοῦ, interdum opponitur, significans Esse privatum, ut vertit Bud.: qui etiam hunc Lysiæ locum affert, in quo dicitur aliquis τὰ ἑαυτοῦ πράττειν, et τὰ ἀλλότρια, peculiari signif., 'Εγὼ μὲν οὖν οὔτ' ἐμαυτοῦ πώποτε, οὔτ' ἀλλότρια πράγματα πράξας, νῦν ἠνάγκασμαι τούτου κατηγορεῖν: quem ita vertit, Qui nunquam nec meam litem intendi, nec alienam; vel, Qui nunquam nec mea nec aliena actione expertus sum. Suspecta autem esse possit ea interpr., quam Idem huic ejusd. Lysiæ dat loco, Προσιόντες τῷ 'Αριστοφάνει οἱ πράττοντες τότε τὰ πράγματα: vertit enim, Qui negotia facessere tum solebant. Herodoto quidem certe πράσσειν τὰ πράγματα, sed ap. eum scribitur IONICE πρήσσειν τὰ πρήγματα, est Rebus ad remp. pertinentibus operam dare, Actui rerum vacare, atque adeo Jus dicere, ut B Idem testatur: ex eo afferens non solum Πρήσσειν τὰ πρήγματα, sed etiam Ἔπρησσε τὰ προσφερόμενα πρήγματα. || At vero Πράττειν κάθοδον τινὶ, Plut. in Cic. est Conficere alicui reditum ab exilio, et impetrare, Efficere ut quis redeat ab exilio. Cui non dissimile est ap. Soph. Aj. ὅπλα πράττειν τινὶ, Facere s. Efficere ut quis potiatur armis. Atque ut πράττειν illic reddo etiam Impetrare, sic in isto Isocr. loco redditur ad Nic. (s. 6. extr.) Πράττειν παρὰ τῶν θεῶν ἀγαθόν. Quod autem dicitur a Plut. Πράττουσα γάμον κόρης, Bud. vertit, Tractans connubium, et Interpres ejus; sed malim Moliens connubium, ut dixit Tac. Moliens nuptias. Scio tamen Latine dici etiam Facere nuptias; sed ambiguitate non careret hæc interpr., nam ut dem inveniri alicubi Facere nuptias pro Moliri, at multo frequentius esse dico hoc loquendi genus pro eo ipso quod dicimus Faire un mariage, quam in illa altera signif., i. e. Traiter un mariage, vel Pourchasser un mariage, aut etiam Poursuivre.

C Πράσσω vel Πράττω, vicinam proxime præcedenti signif. habet junctum etiam quibusdam præpp. Dicitur enim πράττειν τι πρός τινα, pro Agere cum aliquo de re quapiam, Transigere cum aliquo, Thuc. Καὶ πράξαντες πρὸς αὐτὸν τὴν λῆψιν τῆς πόλεως, Isocr. Trapez. 'Εγὼ δ' ἠξίουν πρὸς Μενέξενον πράττειν ὅ, τι βούλοιτο, πρὸς δ' ἐμὲ ποιεῖν αὐτὸν τὰ συγκείμενα: nisi quis hic simplicius etiam accipiendum existimet πράττειν. Interdum vero et cum sola præp. habente suum accus., ut rursus ap. Thuc. 2, (5.) Καὶ Εὐρύμαχος εἷς αὐτῶν ἦν, πρὸς ὃν ἔπραξαν οἱ προδιδόντες, Quocum transegerunt proditores. Itidem pass. Πράσσονται πρός σε τὰ πολλὰ, ex Æschine, pro Transiguntur tecum. Quinetiam cum præp. ἐς ap. eund. Thuc. 1, (131.) Πράσσων τε ἐσηγγέλλετο αὐτοῖς ἐς τοὺς βαρβάρους, καὶ οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τὴν μονὴν ποιούμενος. Ubi Interpres reddidit Tractare cum barbaris. Possumus autem aptius interpretari, meo judicio, Transigere aliquid cum barbaris; aut etiam, Rationis aliquid contrahere cum barbaris. At Schol. D subaudit, τὰ συμφέροντα ἑαυτῷ. Talis est certe usus verbi Gallici, Pratiquer, de quo dicam in Πραξικοπεῖν. At junctum præp. μετὰ affertur pro βουλεύεσθαι, Consultare, e Thuc. Οἱ δὲ μετ' 'Αθηναίων πράξαντες. Ut autem eadem opera dicam de hoc verbo cuipiam alii præpositioni juncto, sciendum est, πράττειν junctum cum περὶ, posse itidem reddi verbo Agere: ut in illo Xen. l. cujus antea mentionem feci, πράττειν περὶ εἰρήνης, Agere de pace: 'Ελλ. 6, (3, 3.) p. 345. 'Υποσχόμενος γὰρ 'Ιφικράτει, εἰ αὐτὸν ἀφήσει, ἢ χρήματα πέμψειν τῷ ναυτικῷ, ἢ εἰρήνην ποιήσειν, οὕτως 'Αθήνησί τε ἦν καὶ ἔπραττε περὶ εἰρήνης. Ubi observa, eum, qui pollicitus est se ποιήσειν εἰρήνην, Facturum esse pacem, dici πράττειν περὶ εἰρήνης. || Dicitur alioqui ET Πράττειν εἰρήνην, sic ποιεῖν εἰρήνην, Dem. Ἔπραξαν ἐκεῖνοι πρὸς ἡμᾶς εἰρήνην. Quod autem attinet ad πράττειν junctum præpositioni ὑπὲρ, dicitur a Dem. πράττειν ὑπὲρ Φιλίππου ea signif. qua dixit Isocr. Τῶν πραττόντων ὑπὲρ αὐτῆς, ubi quid valeat πράττειν, paulo ante docui. Apud Dem. certe πράτ-

τειν ὑπὲρ Φιλίππου, exp. uno etiam verbo Φιλιππίζειν. Possumus autem, ut opinor, dicere nihil aliud esse πράττειν ὑπὲρ Φιλίππου quam quod alibi dicit πράττειν Φιλίππῳ, atque adeo συμπράττειν Φιλίππῳ. Ubi observa obiter et hunc usum verbi πράττειν dativo juncti, (126.) Ἐν Ὠρεῷ Φιλιστείδης μὲν ἔπραττε Φιλίππῳ, καὶ Μένιππος κ. τ. λ. Pagina autem sequente, Οἳ δ' ἐν αὐτοῖς οἷς χαρίζονται, Φιλίππῳ συμπράττουσιν. Sic Plut. Alcibiade, Πραττόντων δὲ Βοιωτῶν μὲν Λεσβίοις, Φαρναβάζου δὲ Κυζικηνοῖς. Sed ante ipsum etiam Demosthenem ita usus est hoc verbo Thuc.; ap. eum enim legimus non solum πράσσειν τοῖς Λεσβίοις, sicut πραττόντων Λεσβίοις in l. Plut. quem modo protuli, sed etiam Λακεδαιμονίοις πράσσοντες, 5. At in VV. LL. affertur πράσσω σοι et pro Tecum transigo, e Thuc., et quidem peculiariter etiam pro συνεργῶ εἰς τὴν προδοσίαν, e Schol. Thuc., ut opinor.

Πράσσω, vel Πράττω cum adverbio, aut etiam cum adjectivo plurali neutro, interdum quidem reddi potest impersonali, Agitur: ut καλῶς πράττω, vel εὖ πράττω, Bene s. Præclare mecum agitur, interdum vero, et quidem sæpe, alio gen. loquendi eundem tamen sensum habente, aptius redditur. Πράττω, inquit Bud., etiam absolute positum signif. Vivo, Ago, i. e. Ætatem ago, Sorte aliqua utor: ut Dem. (311.) Ἦν γὰρ ὁ τὰ βέλτιστα πράττειν νομίζων, καὶ ἀρίστην ἔχειν οἰόμενος, οὐκ οἶδεν εἰ μενεῖ τοιαύτη μέχρι τῆς ἑσπέρας, πῶς χρὴ ὀνειδίζειν τὴν τύχην ἑτέρῳ; Qui se felicissimum existimat, secum a fortuna actum esse præclarissime censet. Affert vero ex alio Ejusdem loco, Πράττων οὐ κατ' ἀξίαν, pro Fortunæ iniquitate ad inopiam redactus, Qui ea fortuna non usus est, qua dignus erat. Item, Ταπεινῶς πράξας, dictum de homine afflicto et opibus fortunisque lapso, ab Isocr. ad Phil. Καί τοι τίς ἂν προσεδόκησεν ὑπ' ἀνδρὸς οὕτω ταπεινῶς πράξαντος ἀναστραφήσεσθαι τὰ τῆς Ἑλλάδος πράγματα; Inde βέλτιον πράττειν, et ἄμεινον πράττειν, et κακῶς πράττειν dicunt, et καλῶς πέπραγε, in præterito. Hæc ille. Sciendum est autem, hunc usum medii PRÆT. Πέπραγα frequentem esse Aristophani præsertim, et quidem cum utraque constr., sc. et cum adverbio, et cum neutro plurali. Dicit enim Πλ. (633.) Ὁ δεσπότης πέπραγεν εὐτυχέστατα, Præclarissime actum est, aut agitur, cum hero, Fortunatissimus est herus: (629.) ὡς μακαρίως πεπράγατε, pro Quam feliciter vobiscum actum est, aut etiam agitur, Quam felices estis! Atque ut πράττειν μακαρίως, sic etiam πράττειν εὐδαιμόνως (802.) legitur. Vicissim autem πεπράγαμεν ἀθλίως, pro Pessime nobiscum actum est, agitur. Sic et πεπραγὼς κακῶς (Ὄρν. 605.) de misero. At vero cum accus. ut (B. 303.) πεπράγαμεν πάντα τἀγαθά. Atque ut πράττειν ἀγαθὰ dicitur, ita vicissim πράττειν πονηρὰ, de afflicto, ap. Plut. Synes. autem et cum adverbio, Πονήρως πέπραγα. Item πράττειν χείρω, ap. Isocr. Legitur etiam in sing. πράττειν οὐδὲν χεῖρον τὰ ἄλλα, ubi subauditur κατά. Sciendum est porro hoc verbum eund. usum habere et cum nonnullis adjectivis alius generis: ut πράττω χρηστόν τι, Eur. Et πράττω κεδνὰ, μεγάλα, quod in VV. LL. exp. Splendidis honoribus sum donatus; afferturque ex eod. Eur. (Andr. 387.) Invenio autem et ap. Aristot. hanc ipsam loquendi formulam, raram certe alioqui. Ita enim ille Rhet. 2. Διὸ οἱ μεγάλα πράττοντες καὶ εὐτυχοῦντες, φθονεροί εἰσι. Ubi tamen dubium esse possit an ita intelligendum sit πράττοντες, ut intelligitur πράττειν cum ταπεινὰ, a Plut. Galba [cf. Plut. Theseo 6.] ubi plane phrasis illa huic opponitur: nam ταπεινὰ πράττειν non aliud est quam ταπεινῶς πράττειν in l. quem modo habuisti ex Isocr., an potius οἱ μεγάλα πράττοντες dicantur ii qui præclaras quasdam res gerunt, s. præclara quædam facinora edunt. Quam interpr. si sequamur, sequi itidem potius oportebit illa exempl. quæ repetunt articulum οἱ ante εὐτυχοῦντες: ut sc. non dicatur καὶ εὐτυχοῦντες tanquam ἐπεξηγητικῶς, sed tanquam de diversis, καὶ οἱ εὐτυχοῦντες: non enim εὐτυχοῦσι, quicunque præclara facinora edunt, Atque ita interpretando h. l., fuerit μεγάλα πράττοντες dictum simpliciter, i. e. participio illo πράττοντες vulgarem retinente signif.: sicut eam retinet πράττειν junctum nomini καλὰ ap. eund. Aristot.: sed præfixo articulo. Ita enim ille Polit. 7. Ἀδύνατον δὲ καλῶς πράττειν τοῖς μὴ τὰ καλὰ πράττουσιν. Proxime autem præcedentia verba erant, Ἐχόμενον δ' ἐστὶ καὶ τῶν αὐτῶν λόγων δεόμενον, καὶ πόλιν εὐδαίμονα τὴν ἀρίστην εἶναι καὶ πράττουσαν καλῶς. Insistit porro Aristot. significationi hujus loquendi generis καλῶς πράττειν, s. potius insistit ei quod proprie sonant illa verba, tanquam declarans unde signif. illam acceperint. Eod. certe pertinet, quod eod. libro scribit, Ἀδύνατον γὰρ, τὸν μηθὲν πράττοντα, πράττειν εὖ· τὴν δ' εὐπραγίαν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι ταυτόν. Quin tamen subtilius hæc disputentur, quam ut passim recepto usu comprobari queant, non dubium est. Sed de his hactenus. Considerandus est autem usus articuli cum adjectivis junctis huic verbo πράττειν, loca adverbiorum: sicut videmus ab Aristot. cum præfigi adjectivo καλὰ, cum illo etiam πράττειν, quod alteram signif. habet. Legimus enim in loco Dem. quem modo protuli, τὰ βέλτιστα πράττειν: sed Atticum esse articuli πλεονασμὸν existimo: ideoque non dubito quin Aristoph. dicturus fuerit etiam πεπράγαμεν τἀγαθὰ, sicut πεπράγαμεν πάντα τἀγαθά. Neque tamen horum exemplo puto dici posse τὰ ταπεινὰ πράττειν pro ταπεινὰ πράττειν, cum alibi, tum in Plut. Agide, p. 1460. meæ Ed., Τῶν πλείστων ἐξέπεσεν ἡ Σπάρτη καλῶν, καὶ ταπεινὰ πράττουσα παρ' ἀξίαν διετέλει. Præterea οἷα πέπραγας, pro Qualiter tecum actum est. Sed et cum alius generis adverbiis, ut ap. Thuc. 2. Οἱ μὲν δὴ ἐν τῇ Πλαταιᾷ οὕτως ἐπεπράγεσαν, pro Eorum hæc erat fortuna, Res eorum ita se habebant, erant hoc in statu. Et πράττω παραπλησίως σοι, Utor fortuna simili tuæ. At illud, Κρεῖττον ἐλπίδος πράττουσι, pro Melius cum illis agitur quam sperarant, annumerandum est iis loquendi generibus, in quibus πράττω jungitur comparativo, ut βέλτιον πράττω, vel ἄμεινον: sicut ap. Aristoph. Πλ. (344.) ἄμεινον ἢ χθὲς πράττομεν. Potest enim κρεῖττον ἐλπίδος resolvi in ἄμεινον ἢ ἤλπισαν. Interdum etiam πράττω κατὰ νοῦν, pro Agitur mecum ex animi sententia. Plato de Rep. 2. Καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρ' ἀνθρώποις πράξομεν κατὰ νοῦν. Venio ad εὖ πράττω, quod ideo in h. l. reservavi, quia peculiarem etiam usum habuit: quamvis enim εὖ πράττω idem sit cum καλῶς πράττω, unde τὸ πράττειν εὖ, Xen. Prosperitas. Et ἢ εὖ ἢ κακῶς πράττειν ap. Plat. opposita, Protag. Ὁ δὲ περὶ πλείονος τοῦ σώματος ἡγῇ τὴν ψυχὴν, καὶ ἐν ᾧ πάντ' ἐστὶ τὰ σὰ ἢ εὖ ἢ κακῶς πράττειν, χρηστοῦ ἢ πονηροῦ αὐτοῦ γενομένου, περὶ δὲ τούτου κ. τ. λ. quæ Bud. vertit, Quod vero tu antiquius ducis corpore animum, in quoque omnia tua possunt vel bene vel secus cedere, prout probum vel pravum esse evenit; de hoc vero etc. Est autem frequentior usus hujus εὖ πράττειν quam τοῦ καλῶς πράττειν, tamen salutationi epistolicæ εὖ πράττειν, non καλῶς πράττειν adhibebatur. Existimatque Plato longe aptiorem hanc salutationem esse quam quæ fit verbo χαίρειν: ut te docebit tertia ejus Epist., quam his verbis inchoat, Πλάτων Διονυσίῳ χαίρειν ἐπιστείλας, ἆρ' ὀρθῶς ἂν τυγχάνοιμι τῆς βελτίστης προσρήσεως; ἢ μᾶλλον κατὰ τὴν ἐμὴν συνήθειαν γράφων εὖ πράττειν, ὥσπερ εἴωθα ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς τοὺς φίλους προσαγορεύειν; Existimo autem Lucian. (1, 728.) ad hunc ipsum respexisse locum, cum dixit Plat. verbum χαίρειν rejicere tanquam μοχθηρὸν καὶ οὐδὲν σπουδαῖον ἐμφαῖνον, contra vero introducere εὖ πράττειν, tanquam κοινὸν σώματός τε καὶ ψυχῆς εὖ διακειμένων σύμβολον. Nisi forte ex alio Plat. loco hæc sumta sunt: cum hæc ibi de εὖ πράττειν non dicantur; et subjungat Lucian. Καὶ ἐπιστέλλων γε τῷ Διονυσίῳ, αἰτιᾶται αὐτὸν ὅτι ποιῶν ἐς τὸν Ἀπόλλω, χαίρειν τὸν θεὸν προσεῖπεν κ. τ. λ., ita ut videri possit ex alio hæc afferre loco. Videmus porro usurpari hanc salutationem a Plat. in suis Epistolis: ut Πλάτων Διονυσίῳ εὖ πράττειν, item Πλάτων Δίωνι Συρακουσίῳ εὖ πράττειν. Et Πλάτων Περδίκκᾳ εὖ πράττειν. Sic Alexander in sua illa ad Aristot. Epistola, Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὖ πράττειν. Vicissimque Aristot. ei respondens, Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν. Clauditur autem utraque verbo ἔρρωσο: sicut et quædam

alia Aristotelis clauditur his, *τὰ δ' ἄλλα ἔῤῥωσο.* Sed annotat Bud., Aristotelem Philippo scribentem, in fine epistolæ salutationem posuisse hujusmodi, *Τὰ δ' ἄλλα εὖ πράττε.* In alia, *Πράττε μὲν τὰ συμφέροντα, ἐπιτέλει δὲ τὰ δόξαντα.* Fuisse autem et *χαίρειν* receptum in salutatione quæ præfigebatur epistolæ, vel ipse Alexandri pater Philippus in suis ostendit Epistolis, qui in earum limine, vel potius salutatione limini earum præfixa, utitur verbo *χαίρειν*, sicut Alexander *εὖ πράττειν*, ut videre est in iis quæ a Dem. proferuntur. Libet autem et quæ Bud. huc pertinentia scripsit, addere. *Εὖ πράττειν*, inquit, Caput est vel Frons epistolarum: moris tamen fuit olim, *χαίρειν* loco ejus dicere, et ita extat in Epistola Philippi ap. Dem. pro Ctes. Et in Epist. ipsius Dem. ita legitur, *Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν.* In Platonis vero Epist. salutatio est *εὖ πράττειν.* Et paulo post, Tria igitur fuerunt usitata ap. priscos, *χαίρειν, εὖ πράττειν, ὑγιαίνειν.* Per quod ultimum, bene optabant corpori, quod primum est inter res humanas. Per secundum optabant ut actiones feliciter cederent et prono cursu. Per tertium, ut cum omnia ex animi sententia cessissent, animus lætitia frueretur. Hæc ille. Quibus addo, Flaccum utriusque salutationis vim exprimere volentem, ita orsum esse Epist. 1, 8. Celso gaudere et bene rem gerere Albinovano Musa rogata refer, comiti scribæque Neronis. Perinde sc. ac si dixisset *χαίρειν καὶ εὖ πράττειν*: at certe ita copulata reperiuntur etiam alicubi. Latini alioqui potius jubebant salvere, utentes itidem accusativo Salutem in fronte epistolarum: imitantes potius eos e Græcis, qui non *χαίρειν*, nec *εὖ πράττειν*, sed *ὑγιαίνειν* jubebant eos ad quos scribebant. De quo usu verbi hujus, sicut et de illorum duorum, lege Luciani libellum *περὶ τοῦ ἐν τῇ Πρ. Πτ.* Hoc addo, manifeste reliqui subaudiendum aliquod verbum cum his infinitivis: id autem esse posse, ni fallor, *εὔχεται.* Superest ut de verbi *πράττειν* juncto huic aliisve hujusmodi adverbiis, hoc quoque dicam: posse nos id interpretari Agitare, si quidem Gellium sequi libuerit. Quippe qui l. 16. cap. ult., in iis quæ de Arione ex Herod. affert, hæc illius verba, *Φαμένων δὲ ἐκείνων ὡς εἴη τε σῶς περὶ τὴν Ἰταλίην, καί μιν εὖ πρήσσοντα λίποιεν ἐν Τάραντι,* interpr. Eos dixisse hominem, cum inde irent, in terra Itala fuisse, eumque illic bene agitare. Sed addit, Et studiis delectationibusque urbium florere, atque in gratia pecuniaque magna fortunatum esse. Quæ certe videri possint ab eo adjecta ad declarandam latius quam ibi habent ista verba *εὖ πρήσσοντα* signif. Hoc enim sciendum est, interdum *εὖ πρήσσοντας* dici significando peculiariter Divites: cujus usus exempla cum ap. alios extant, tum vero ap. Aristoph., qui etiam dicit Πλ. (29.) *Κακῶς ἔπραττον καὶ πένης ἦν.* Tunc autem talis quædam est signif. illorum verborum restrictio, ut ita dicam, qualis CUM *εὐδαίμονες*, itidemque Latine Beati vocantur, qui sunt divites. Ceterum *εὖ πράττειν* si recte interpretabimur Bene agitare, itidem *ἄμεινον πράττειν* s. *βέλτιον*, reddere poterimus, ut opinor, Melius agitare. Sed alicubi existimo posse nos aliquod loquendi genus non solum ab hoc, sed a superioribus quoque diversum, interpretationi horum verborum *ἄμεινον πράττειν* s. *βέλτιον*, adhibere, sc. Meliore esse conditione: ut vicissim *χεῖρον πράττειν* s. *χείρω*, Deteriore esse conditione.

Πράσσω, s. *Πράττω* interdum etiam pro *πάσχω* ponitur, ut *πάσχω* pro *πράττω*. Inde illud ambigue et lepide dictum ap. Eur. *ὡς πάντα πράξας ὧν σε δεῖ κ. τ. λ.* Vide Bud. 306.

Πράσσω, s. *πράττω*, Exigo, Cogo: cum duobus accus., sicut et *πράττομαι*, inquit Bud., qui tamen passivæ vocis duntaxat affert exemplum, e Dem. (467.) *Ἐκεῖνος πράττεται τοὺς παρ' αὐτοῦ σῖτον ἐξάγοντας, τριακοστὴν,* Exigit tricesimam ab iis. Sic et in VV. LL. e Xen. (Ἀπ. 1, 2, 5.) *Τοὺς δ' ἑαυτοῦ ἐπιθυμοῦντας οὐκ ἐπράττετο χρήματα.* Idem, *Οὐδένα γοῦν τῆς συνουσίας ἀργύριον πράττῃ.* Et e Thuc. *Πεπραγμένος φόρους*, Qui exigit tributa. Ex Eod. tamen *πράττομαί σε χρήματα*, etiam pro Mulcto te pecunia. Sed et cum alius generis accus., sc. *δίκας*, e Philostr. Her. *Ἐπραξάμην τούτων αὐτὸν δίκας*, ubi possumus uti itidem verbo Exigere: hoc modo, Horum pœnas exegi de eo. Addunt enim Lat. interdum hanc etiam præpositionem verbo Exigo cum isto accus. Ideoque minime necesse fuit, mutata orationis forma, reddere, Ob hæc mihi pœnas dedit. Sed et vox activa usum hunc habet, sc. pro Exigo, multo tamen rarius. Lucian. (1, 557.) *Τοιγαροῦν ὠνητέος, σοφὸς καὶ ὀξυδερκὴς ὤν· φέρ' ἴδω τί καὶ πράξεις με ὑπὲρ αὐτοῦ σύ*, Quid exiges a me pro eo. I. e. Quod pretium exiges. Hoc autem perinde est ac si diceretur, Quanti eum indicas?

Pass. *Πράσσομαι*, s. *Πράττομαι*, Fio, Conficior, Thuc. 2. *Καὶ ἐπειδὴ αὐτῷ οὐδὲν ἐπράσσετο, ὧν ἕνεκα ἐσέβαλε.* Et, *Δικαίως ἢ σωφρόνως πράττεσθαι*, ap. Aristot. Æsch. Pr. (75.) *Καὶ δὴ πέπρακται τοὔργον οὐ μακρῷ πόνῳ.* Ex Eur. (Hipp. 680. 778.) affertur *πέπρακται* sine adjectione etiam pro Actum est, Peracta res est. Item *τὸ πεπραγμένον* et *τὸ πραχθὲν*, Quod factum est s. confectum. Ex Apophth. *πραχθὲν πρᾶγμα*, Res gesta. Bud. Platonem *πεπραγμένον* sæpe dixisse de Cæde perpetrata testatur. ‖ Et *πράττεσθαι* pro Transigi, vide supra cum *πράττω* significante Transigo.

Interdum autem passiva vox pro activa ponitur: ut videmus *πεπραγμένοι* pro *πεπραχότες* in isto Dem. loco, (931.) *Οὐδὲν ἀκήκοα πρᾶγμα μιαρώτερον, ἢ ὃ οὗτοι πεπραγμένοι εἰσὶ περὶ ἡμᾶς.* Sed et pro activa voce *πράττειν* significante Exigere, usurpatur passiva *πράττεσθαι*, ut paulo ante ostendi.

AT *Πέπραγα* med. præt. non solum iis adhibetur locis cujusmodi sunt ii quos paulo ante protuli, sed et simpliciter pro Feci ponitur, sicut *πέπραχα*: unde *πεπραγέναι* ap. Aristot., sicut *πεπραχέναι*, Fecisse. Apud Xen. autem partic. *πεπραγὼς* eam videtur sequi verbi *πράττω* signif., qua ponitur pro Impetro, Ἑλλ. 1, (4, 1.) *Ὅτι πάντων ὧν δέοιται πεπραγότες εἶεν παρὰ τοῦ βασιλέως.*

[" *Πράσσω*, Thom. M. 703. 732. Markl. Suppl. 324. ad Charit. 719. Dawes. M. Cr. 473. Jacobs. Anim. 30. Valck. Phœn. p. 127. Zeun. ad Xen. K. Π. 98. Steinbr. Mus. Tur. 1, 319. Toup. Opusc. 1, 375. 466. Fischer. Ind. Palæph. v. *Εἰσπρ.*, Wyttenb. Select. 342. ad Od. Γ. 60. 72. Musgr. Or. 1318. Heyn. Hom. 7, 488. 8, 702. Exigo, Cycl. 613. Phalar. 330. Thom. M. 617. 733. Tull. Laur. 1. ad Diod. S. 1, 573. 2, 525. Heind. ad Plat. Gorg. 223.: de act. et med. hoc sensu, Schneid. Anab. 446. Sorte aliqua utor, cum adj. neutr., Markl. Suppl. 324. Musgr. Tro. 447. 678. Heracl. 439. Herc. F. 509. 1117. Alc. 227. Brunck. Aristoph. 1, 162. Kuster. p. 7. 66. 210. Schol. Apoll. Rh. p. 23. Sensu obscœno, Act. Traj. 2, 306. Wessel. Obss. 151. Villois. ad Long. 105. Pro *πάσχω*, Musgr. Ion. 343. Wakef. Alc. 1044. Kuster. Aristoph. 9. 55. Pro *καταχαρίζεσθαι*, Lobeck. Aj. p. 289. Plut. Alcib. 24. Pro *τιμωρεῖσθαι*, Wakef. Eum. 772. Abresch. Æsch. 2, 108. *Πράττειν* et *εἰπεῖν* juncta, Boiss. Philostr. 476. *Πρ.* et *ποιεῖν*, Heind. ad Plat. Charm. 83. *Πράττειν* et *προστάττειν* conf., ad Diod. S. 1, 5. *Πρ.* et *παρατάττειν*, 414. *Πράξειν* et *παρέξειν* conf., ad Herod. 418. *Εὖ πράττειν*, ad Lucian. 1, 730. Boiss. Philostr. 369. Heind. ad Plat. Charm. 105. Reland. Præf. ad Epictet. Valck. Hipp. p. 272. Initio epistolæ, Thom. M. 909. Bene facere, Wakef. Trach. 93. *Εὖ, κακῶς πρ.*, Thom. M. 390. 732. Markl. Suppl. 252. Musgr. Iph. T. 353. Luzac. Exerc. 143. 145. Jacobs. Anth. 9, 142. Heind. ad Plat. Charm. 105. Gorg. 208. *Εὖ πράσσε*, i. q. *μηδαμῶς*, Nequaquam, Valck. Phœn. p. 149. cf. Brunck. ad Eur. Med. 59. Phœn. 414. Porson. ibid. *Πρ. κακῶς*, Bergler. ad Alciphr. 137. Brunck. Œd. T. 1006. ad Alc. 606. Plut. Mor. 1, 250. Wakef. S. Cr. 3, 182.: *καλῶς*, ibid.: *ἄμεινον*, ad Herod. 574.: *τὰ μέγιστα*, Kuster. Aristoph. 210.: *πολλὰ*, Markl. Suppl. 576. Brunck. Aristoph. 1, 185. 274. Bergler. ad Alciphr. 36.: *ὀλίγα, πολλὰ*, 340. Valck. Hipp. p. 247. Diatr. 82.: *τὰ ἄριστα*, ad Lucian. 1, 423.: *κακόν τι*, Wakef. Herc. F. 92. 730. Luzac. Exerc. 143. Valck. Diatr. 243.: *τι πλέον*, 118. Hipp. p. 177. 248.: *τὰ αὑτοῦ*, Lennep. ad Phal. 89. Heind. ad Plat. Charm. 78.: *χάριτας*,

Jacobs. Anth. 8, 16.: *γάμον*, Philostr. 224. Boiss.: *οὐδὲν*, Wyttenb. Select. 415. *Οὕτω πρ.*, Valck. ad Herod. 207. 680.: *ὁμοίως*, p. 187, 41. *Πρ.* cum infin. fut., Plut. Pelop. 9. De fut., ad Mœr. 184. *Πράξομαι, πράξω*, 293. *Τί πράξω;* Abresch. Æsch. 2, 110. *Πράξας*, ad Diod. S. 1, 302. Med., ad Charit. 646. Med. et act., ad Mœr. 276. *Πέπραγα*, Musgr. Herc. F. 1375.: transitive, Censor Jenensis Idearum Heerenii p. 80. *Πέπραγα μακαρίως*, Bergler. ad Alciphr. 374. *Πέπραγα, πέπραχα*, Brunck. Aristoph. 3, 27. *Κακῶς πεπραγέναι*, Valck. Diatr. 248. *Πεπραχέναι*, Diod. S. 2, 571. Herod. 5, 106. *Πεπραγὼς*, Musgr. Tro. 604. Jacobs. Anim. 249. *Πεπραγὼς, πεπραχὼς*, ad Mœr. 293. Valck. ad Ammon. 26. ad Eran. Phil. 159. *Πράττομαί τινα χρήματα*, Xen. Mem. 1, 2, 5. vid. Ind. et Ernest. ad 1, 2, 6. Athen. p. 21. Eur. Phœn. 1645. Toup. Opusc. 1, 374. 476. Xen. Eph. 45. Ernest. ad Batrach. p. 421. *Πράσσεσθαι ἀργύριον*, Valck. ad Herod. 48. ad Od. Θ. 162. Wessel. ad Diod. S. 1, 22. *Ὁ πεπραγμένος*, ad Charit. 255. *Τὰ νῦν πεπραγμένα*, Markl. Iph. p. 185. *Τὰ πραχθέντα τινὸς*, ad Diod. S. 2, 368." Schæf. Mss. Vide Schn. Lex.]

Πρᾶγμα, vide post ea quæ a *πέπρακται* formata sunt: huic enim a *πέπραγμαι* prima persona formato, præposui, certo consilio, quæ a secunda et tertia formata sunt.

Πρᾶξις, ἡ, Actio, Aristot. Eth. 1. *Πᾶσα πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ*: 10, 8. *Ζητεῖται δὲ πότερον κυριώτερον τῆς ἀρετῆς, ἡ προαίρεσις, ἢ αἱ πράξεις.* Quo pertinet illud, Laus omnis virtutis in actione consistit. A Cic. *Ἡ κατ' ἀρετὴν πρᾶξις* redditur Actio honesta. Et *πρᾶξις πολεμικὴ* e Plat. affertur pro Bellica actio. At *μετὰ τὴν πρᾶξιν*, Re peracta. Interdum vero et aliam interpretationis formam admittit *πρᾶξις*: ac reddi potest Res agenda, vel gerenda: ut ap. Plut. Rom. (9.) *Ἐπὶ πράξει φανέντος γυπὸς*, In re gerenda. Et in plur. ap. Xen. (Απ. 2, 1, 6.) *Εἶναι μὲν τὰς ἀναγκαιοτάτας πλείστας πράξεις τοῖς ἀνθρώποις ἐν ὑπαίθρῳ*, Hominibus res plurimas, easque maxime necessarias sub dio agendas esse. Bud. *τὴν πρᾶξιν* vertit Rem audendam, in hoc Plut. loco in Pelopida, *Ὑφίσταται δὲ τὴν πρᾶξιν Πελοπίδας πρῶτος*, Aggreditur rem audendam. Sed vertit etiam, Facinus sibi deposcit. Atque ut *πρᾶξις* alicubi est Res gerenda, sic nonnullis in ll. est Res gesta, præsertim vero plur. *πράξεις*, Res gestæ, aut etiam uno verbo Gesta: qua voce uti possumus interpretantes *Πράξεις τῶν Ἀποστόλων*. Ubi tamen etiam Acta vel Actus interpretari licet, ut tradit Bud. 226. ‖ Ut autem paulo ante, sic et in aliis plerisque ll. *πρᾶξις* redditur Facinus, et *πράξεις*, Facinora, Polyb. *Οὐδ' ἐν ἀδικήματι κατηριθμεῖτο τὴν πρᾶξιν*, Ne facinus quidem illud suum injuriæ loco numerabat. Et *πρᾶξιν πράττειν*, Facinus edere, Æschin. Itidem plur. *πράξεις*, Facinora, aut etiam Facta: *Ἔργῳ καὶ πράξεσι*, Dem. Re et factis. Est vero et ubi *πρᾶξις* reddi queat Opus, et *πράξεις* Opera, i. e. *ἔργον* et *ἔργα*. Quinetiam ut in illo Dem. loco *ἔργῳ* redditur Re, sic ap. Plat. de LL. *πράξεις*, Res: itidemque ap. Herodian. a Polit. ‖ Negotium, ut, *Ἐν πράξεσι μεγίσταις ἐξετασθεὶς*, Herodian. (7, 5, 3.) In maximis spectatus negotiis, ut idem ille vertit. Sic *αἱ κοιναὶ πράξεις*, ex Aristot., Publica negotia; et *ἔνδημοι πράξεις* ex Eod., Civiles administrationes. Sed et sine adjectione, *πράξεις* de Publicis negotiis dictum fuit peculiariter. Unde Bud., *Τοὺς ἐν ταῖς πράξεσι*, dictos annotat Magistratus: afferens tamen locum Herodiani, in quo non sine adjectione ponitur hoc vocabulum: (5, 3, 20.) *Οἵ τ' ἔπαρχοι, καὶ οἱ ἐν ταῖς μεγίσταις πράξεσιν ἀνεζωσμένοι*, Qui rerum summæ præfecti erant. Qua signif. Rerum actum dixisse Plinium juniorem, necnon Suet. existimat; summum autem rerum actum Tac. appellasse Curam rerum. Sic certe lingua nostra peculiari signif. dicit, Les affaires, cum alioqui vocabulum istud Affaires generaliter Quævis negotia significet. Annotat ibid. Budæus hæc verba, *Τὴν δὲ πρᾶξιν εἶναι ἐξ ἑνὸς καὶ ἀμφοῖν*, esse in contractibus apponi solita, significantia utrumque in solidum obligari, et reos esse promittendi, ut JCti loquuntur.

Πρᾶξις, Sors, ut dictum est *πράττειν* poni interdum pro Sorte aliqua uti, Status rerum alicujus, Conditio: *εὐπραγία*, vel *δυσπραγία*: e Soph. Aj. (792.) *Οὐκ οἶδα τὴν σὴν πρᾶξιν.* Et (790.) *Αἴαντος πρᾶξιν, ἣν ἤλγησ' ἐγὼ*, ubi tamen fortasse possumus accusativo *πρᾶξιν* vulgarem etiam signif. dare. Et ex Herod. *Πρᾶξιν ἑαυτοῦ πᾶσαν ἀποκλαίει*, Conditionem suam deflet. Nisi potius scr. *πρῆξιν* Ionice. [Cf. Soph. Trach. 151. Æsch. Pr. 701.]

Πρᾶξις, Proditio: sequendo quidem Suidam, qui exp. *προδοσία*: vide *Πραξικοπέω*.

Πρᾶξις, Exactio: ut *πράττειν* ac *πράττεσθαι* pro Exigo poni dictum est. Bud. 226. ex Aristot.

[*Πρᾶξις*, " Markl. Suppl. 642. Musgr. ib. ad Charit. 719. 729. Heyn. Hom. 8, 702. Wakef. S. Cr. 5, 137. Phryn. Ecl. 68. Burm. ad Petron. 233. ad Od. Γ. 60. 72. Θ. 162. Κ. 202. Exactio, Musgr. Iph. A. 272. Rhes. 468. Fortuna, Matth. Gr. Gr. 555. Conf. c. *τάξις*, T. H. ad Plutum p. 9. ad Lucian. 2, 237. Wessel. Ind. Diod. S. item ad 1, 448.: cum *παράταξις*, ad 1, 77. *Τόλμα καὶ πρ.*, 2, 417. sed v. var. lectt. *Πρᾶξιν πρός τινα πράττειν*, ad Herod. 479." Schæf. Mss. " Historia, Philo J. 1, 586." Wakef. Mss. Lex. Polyb. *Πράξεις κακὰς ἐφυμνεῖν τινὶ*, Dira imprecari, Soph. Antig. 1305.]

Πραξιδίκη, q. d. Actionum ultio, vel ultrix, Dea quæ actionibus s. factis nostris finem imponit, et eum, quem merentur, exitum, Hes. Suid. [Orph. H. 28, 5. Arg. 31. Gl. Laverna. " Toup. Opusc. 1, 371. ad Paus. 266. et Fac. 1, 428." Schæf. Mss. * *Πραξικόπος*, unde] *Πραξικοπέω*, Facto quopiam astuto et callido circumvenio, Astutia et prudentia tractandi alicujus incepti hominem circumvenio, præsidium arcemque ad deditionem perlicio, s. proditionem. Unde *πραξικοπεῖσθαι* dicitur Qui hujusmodi arte vincitur ac circumscribitur, et *πρᾶξις*, Ipsa proditio. Ita Bud., addens exempla e Polyb., e quibus est hoc (2, 46, 2.) *Κλεομένους πεπραξικοπηκότος αὐτούς.* Habes vero et ap. Suid.: qui etiam dicit *πρᾶξιν* esse *προδοσίαν*: quem sequens Bud. interpr. Proditionem. At ego dixerim potius esse Actionem quampiam callidam, qua proditionem molimur: generalius autem Actionem aut Tractationem alicujus negotii callidam, s. Artem qua negotium aliquod callide tractamus. Videtur enim ita posse accipi *πρᾶξις* in iis ll. quos Suid. affert. Gall. dicimus itidem Pratique: cui synonymum est Menée. Unde Faire des pratiques et menées, pro *πραξικοπεῖν*. Et Pratiquer avec quelqu'un, ut dicitur *πράττειν πρός τινα*: vel *μετά τινος*. [" Schweigh. Emendd. in Suid. p. 26." Schæf. Mss.]

Ἀπραξία, ἡ, Cessatio a rebus agendis, ea signif. qua dixit Ovid. Res agere, opponens Otio; vel Cessatio, sine adjectione, Otium: ut in hoc senario, qui Proverbialis censetur, *Ἀνάπαυσίς ἐστι τῶν κακῶν, ἀπραξία.* Synes. *ἀπραξίαν* opp. *τῷ μετέχειν πραγμάτων*, Ep. 50. fin. *Πενίαν ἐξ ἀπραξίας ὡς κέρδος ἑλόμενος.* Sic autem Tibull. (1, 1, 5.) Paupertatem cum Vita inerte copulavit, ut hic *πενίας μετ' ἀπραξίας*, in hoc versu, Me mea paupertas vitæ traducat inerti. Perinde ac si quis dicat, *Ἡ ἐμὴ πενία πρὸς ἀπραξίαν μεταγάγοι με.* Sed fuerit hic *ἡ ἀπραξία τὸ τῆς πενίας κέρδος*: quoniam otiosa vita contingit iis potius, qui divitiis non inhiant, sed contra paupertatem amplectuntur. Hoc enim voluisse existimo Tibull. Hoc commodi e mea paupertate percipiam, quod liceat mihi, soluto iis omnibus negotiis, quibus districti solent esse qui divitiarum amore tenentur, vitam otiosam agere. Quare non possum eorum sententiam probare, qui inversam esse verborum structuram censent, et dixisse Tibull. Paupertas mea traducat me vitæ inerti, pro Vita mea iners traducat me ad paupertatem. Et hæc quidem obiter dicta sint. Ceterum Bud. ap. Philon. *ἀπραξία* vertit etiam Inertia; affertque ex eod. Synesio *ἀπραξία* dictum Cum nec quicquam negotii agere, nec experiri licet actione, et appellare nomina sua. Unde, inquit, Plut. Sulla (8.) pro Justitio posuit. Vide Bud. 110. 305. 306. [" Casaub. ad Athen. 100. Bergler. ad Alciphr. 339." Schæf. Mss.]

Δυσπραξία, ET *Δυσπραγία*, Infelicitas in rebus agen-

dis, gerendis. Et generaliter etiam Infelicitas, Sors A dura, aspera, Res adversæ. Plurali utitur Soph. Aj. (759.) Πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις, ubi exp. Calamitates: (Œd. C. 1399.) Idem valet δυσπραγία, quod est a perf. med. πέπραγα. [" Δυσπραξία, Lobeck. Aj. p. 336. Valck. Diatr. 148. Δυσπραγία, Lobeck. l. c. Thom. M. 390." Schæf. Mss.] Δυσπραγέω, Infeliciter res gero, Infelix sum in rebus gerendis; generaliter, Infelix sum, Adversa fortuna utor, Res mihi sunt adversæ. Plut. (Anton. 63.) Τὸ δὲ ναυτικὸν ἐν παντὶ δυσπραγοῦν, αὖθις ἠνάγκαζε τὸν Ἀντώνιον τῷ πεζῷ προσέχειν. [" Thom. M. 390. T. H. ad Plutum p. 358." Schæf. Mss. * Δυσπράγημα, Nicet. Annal. 13, 7. " Nicet. Eugen. 4, 261." Boiss. Mss.] Pro iisd. DICUNTUR [* " Κακοπραξία, Clem. Ep. ad Jacob. §. 9. 11." Kall. Mss.] Κακοπραγία, ET Κακοπραγέω, quæ nomini εὐπραγία et verbo εὐπραγέω opp. Aristot.: Gal. dixit etiam, Ἐπὶ σπληνὶ κακοπραγοῦντι, pro Male affecto. [" Κακοπραγία, Phalar. 368. Thom. M. 390. Wakef. S. Cr. 3, 65. Κακοπραγέω, Thom. M. l. c." Schæf. Mss. B * " Κακοπράγημα, Scelus, Facinus, Pseudo-Chrys. Serm. 100. T. 7. p. 599, 44." Seager. Mss. Nicet. Ann. 4, 4. " Nicet. Eugen. 4, 265. (* Συγκακοπραγέω, unde) * Συγκακοπράγημα, 7, 47." Boiss. Mss.] CONTR. Εὐπραξία ET Εὐπραγία, Felicitas in rebus gerendis, Sors prospera, Res secundæ, Prosper successus. Extat autem hoc εὐπραγία ap. Thuc. aliquot ll., (1, 84. 5, 46. 7, 46.) item ap. Plat.: et pluralis quoque εὐπραγίαι ap. Herodian. (6, 2, 15.) At εὐπραξία non semel usurpat Aristot. Eth., usurpavit autem ante eum Herod. (8, 54.) Sed affertur et εὐπραγία γῆς pro Fœcunditate terræ. [" Εὐπραξία, Thom. M. 390. ad Charit. 713. Jacobs. Anth. 9, 136. ad Diod. S. 2, 236. 504. ad Lucian. 1, 360. Εὐπραγία, Thom. M. l. c. Musgr. Iph. T. 353." Schæf. Mss. Jambl. Protr. 68. 330. * " Εὔπραξις, Secundus rerum exitus. Compositum anomalum. Dicebant Græci εὐπραγία vel εὐπραξία. Phot. Εὐπραξία· οἱ παλαιοὶ Κωμικοὶ διὰ τὸ ξ, Θουκυδίδης δὲ διὰ τὸ γ. Eum. 767. ἀμηχάνοισι — δυσπραξίαις." Blomf. Gloss. C ad Æsch. Ag. 246. In Schn. Lex. Suppl. conjicitur, εὖ πράξει δ' ὡς θέλει. Vide Εὐπράσσω.] Εὐπραγέω, Feliciter res gero, etc. sequendo signiff. datas verbo δυσπραγέω, Thuc. (2, 60.) πόλιν εὐπραγοῦσαν opp. τῇ σφαλλομένῃ. [" Thom. M. 390. T. H. ad Plutum p. 358. ad Corn. Nep. p. 52. Stav." Schæf. Mss. * " Εὐπράγημα, Appian. 1, 309. 2, 72. Schol. Pind. I. 3, 1." Wakef. Mss. * Διευπραγέω, Joseph. Ant. J. 6, 10, 2.] QUINETIAM Εὐπραγὴς affertur pro Felix, UT Δυσπραγὴς pro Infelix. Et compar. Εὐπραγέστερος, Δυσπραγέστερος, Felicior, Infelicior. [Item * Εὐπραγότερος, quasi ab * Εὔπραγος, Suid. 1, 904. * Εὐπραγῶς, Greg. Naz. 2, 286. " Δυσπραγὴς, ad Od. E. 493." Schæf. Mss.] " Κακοπραγὴς, Malefactus. Hes. " enim κακοπραγοῦς affert pro * κακοεργοῦς. Nisi forte " sit Maleficus." [* Ἰσοπραξία, Lobeck. Phryn. 531.] " Ἰδιοπραξία, Privata commoditas, e Plat. de LL." [" Phryn. Ecl. 193." Schæf. Mss.] " Πρωτοπραξία, " Prima exactio, s. Quod primum exigitur, τὸ πρῶτον " εἰσπραττόμενον s. ἀπαιτούμενον, Suid." [et Phot. D Gl. Privilegium. Cf. Plin. Ep. 10, 109. et Schn. Lex.]

[* Πράξιμος, Quod exigi potest s. debet, Polyb. 22, 26, 17.]

[* Πραξείδιον, Etym. M. 133.]

" Πρακτέος, Agendus, Faciendus," [Clem. Alex. 102. " Πρακτέον, 443. Orig. c. Cels. 7. Andr. Cr. 268. Euseb. Hist. Eccl. 282. Πρακτέα, Res gerendæ, Suid. v. Ἀνεδήσατο. Τοῦ πρακτέου τυχεῖν, Voti compotem fieri, Amphiloch. 189." Kall. Mss. " Isocr. p. 236. 327. Ed. Battie Cant. 1729. Soph. Œd. T. 1439. Plato Critone p. 18, 33. Bas. 1." Seager. Mss. " Artemid. 4, 2." Elberling. Mss.]

Πρακτὸς, q. d. Agibilis, pro Qui agi potest, i. e. fieri, Sub actionem cadens, vel In actionem, In actione versans, Aristot. Eth. 1, 2. init. Εἰδή τι τέλος ἐστὶ τῶν πρακτῶν. Utitur et aliis plerisque illius operis locis. Idem 6, 4. τὸ πρακτὸν distinguit ἀπὸ τοῦ ποιητοῦ. [* Πρακτοψηφιστὴς, Actorum censor, judex, Cyrill. Alex. de Exitu Animæ 405.]

Ἄπρακτος, ὁ, (ἡ,) Infectus, Non factus, Xen. (Απ. 2, 1, 2.) Ὅπως μὴ τὰ τῆς πόλεως ἄπρακτα γένηται, Dem. (430.) Εἴ τι τούτων ἄπρακτόν ἐστι τούτοις ἐφ' οἷς ἐκείνων θάνατος κατέγνωσται. || Ἄπρακτος, magis usitate activam signif. habet; diciturque sæpe aliquis reverti ἄπρακτος, Qui revertitur cum non confecerit negotium propter quod venerat, i. e. Qui revertitur infecto negotio, re infecta, rebus infectis, Thuc. 1. Ἀλλ' ἀπεχώρησαν πάλιν ἄπρακτοι: itidem, Ἄπρακτος ἀναχωρήσας ap. Plut. et Ἀπῆλθεν ἄπρακτος, rursus ap. Thuc. (4, 99.) Et Ἄπρακτος ἐπανῆλθεν, Herodian. (3, 9, 14.) Ἄπρακτος ἄπῄει, Lucian. (1, 528.) Quinetiam dicunt ἀποπέμπειν ἀπράκτους: quod ap. Thuc. (1, 24.) legitur, et sæpe ap. Herodian., περὶ πρέσβεων, i. e. de legatis: 6, (4, 7.) Ὁ δὲ βάρβαρος τοὺς μὲν πρέσβεις τῶν Ῥωμαίων ἀπέπεμψεν ἀπράκτους. A quibusdam autem ἄπρακτος in hujusmodi ll. redditum fuit Irritus et Irritus spei. Possumus certe, si Taciti auctoritate niti velimus, cum de aliquo dicitur qui legatus missus fuit, interpretari B ἄπρακτος ἐπανῆλθεν, Legationis irritus rediit. Sciendum est porro Thuc. dixisse etiam ἄπρακτον γίνεσθαι. Apud Diosc. redditur Inefficax, ubi dicit rutam ἄπρακτα efficere τὰ θανάσιμα. Activam signif. habet ἄπρακτος et cum dicuntur ἄπρακτοι ἡμέραι a Plut., qui Lat. Dies festi. Quo pertinet ea interpr. quæ a Bud. tribuitur huic nomini, paulo alioqui liberior, sc. Iners, Otiosus, Inactuosus, ex Augustino. Annotat præterea ἄπρακτον ἡμέραν Luciano eand. esse, quam et ἀποφράδα. Nec tamen ἄπρακτον ἡμέραν existimo sonare Infaustum diem, sicut et ἀποφράδα, sequendo exp. quam habent VV. LL., sed Infaustum diem dici ἄπρακτον, quod ejusmodi die sua negotia agere non auderent. In iisd. ὁ ἀπρακτότατος, Ineptissimus rebus agendis. [" Ruhnk. Ep. Cr. 194. Bergler. ad Alciphr. p. 11. D. R. ad Longin. 251. Abresch. Lectt. Aristæn. 306. Toup. Opusc. 1, 456. ad Charit. 293. 296. Lennep. ad Phal. 163. Thom. M. 347. 877. Jacobs. Anth. 6, 210. 8, 215. Wakef. S. Cr. 4, 43. ad Diod. S. 1, 697. 2, 324. Heyn. Hom. 6, 572. ad Mœr. 32. Bibl. Crit. 2, 2. p. 8. Apoll. Dysc. 103. De tempore, ad Thom. M. 136." Schæf. Mss. Ἀπρακτότατος, Diosc. 3, 106.] ADV. Ἀπράκτως, Re infecta, s. Rebus infectis, Infecto negotio; Irrite, Sine profectu, Nihil proficiendo: ut ἀπρακτεῖν ponitur pro Nihil proficere. [Plut. Aristide 18. Cat. Maj. 1.] Ἀπρακτέω, i. q. ἄπρακτος εἰμί. Bud. vertit Nihil proficere " s. efficio," afferens e Xen. K. Π. 1, (6, 6.) Τοὺς δὲ ἀθέμιστα εὐχομένους, ὁμοίως ἔφησθα εἰκὸς εἶναι παρὰ θεῶν ἀτυχεῖν, ὥσπερ καὶ παρὰ ἀνθρώπων ἀπρακτεῖν τοὺς παράνομα δεομένους: " ubi nota affinis " signif. verb. ἀτυχεῖν, Non obtinere s. assequi." Sed tamen hic ἀπρακτεῖν, haud positum absolute, verum cum præp. παρὰ, non possumus reddere Nihil proficere; sed debemus potius ἀπρακτεῖν παρὰ ἀνθρώπων interpretari Pati repulsam ab hominibus, vel, minus libere, Ab hominibus non impetrare quæ petunt: sicut πράττειν pro Impetrare poni interdum, docui suo loco. Apud Aristot. vero Eth. 1, 5. Δοκεῖ γὰρ ἐνδέχεσθαι καὶ καθεύδειν ἔχοντα τὴν ἀρετὴν, ἢ ἀπρακτεῖν διὰ βίου, non aliud est ἀπρακτεῖν διὰ βίου, quam D Nihil agere per totam vitam, Otiosum esse per totam vitam: " ut ἄπρακτος quoque signif. Eum qui nihil " agit." [" Const. Manass. Chron. p. 27." Boiss. Mss.] RURSUS Ἄπρακτος pass. signif. habet, cum ponitur pro ἀνεκδίκητος et ἀτιμώρητος, ut quidem Suid. ἄπρακτα exp. ἀνεκδίκητα et ἀτιμώρητα, afferens h. l., non nominato Auctore, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐχ οἷά τε εἶναι ἄπρακτα γενέσθαι, ἐπείπερ οἱ θεοὶ ἀτιμώρητα αὐτὰ περιεῖδον ἐκ σφῶν γενόμενα, Inultus, Impunitus. Videtur autem esse a πράττειν, Exigere pœnas, cujus tamen usus exemplum nullum invenio; at cum accus. δίκας e Philostr. attuli.

Δύσπρακτος, Factu difficilis, [Phav. Lex. 113.] CONTR. Εὔπρακτος, Factu facilis, [" i. q. εὐπραγὴς, Manetho 1, 352. 3, 310." Schæf. Mss.]

Ἔμπρακτος, Efficax. Et compar. ἐμπρακτότερος, Efficacior: ἐμπρακτότερον ἔμπλαστρον, Diosc. Efficacius, quod et δραστικώτερον. Ἔμπρακτος redditur etiam Actuosus a Bud., afferente e Greg. Naz. Καὶ

πρᾶξιν ἡσύχιον, καὶ ἡσυχίαν ἔμπρακτον. Et e Basil. de Vit. Solitaria, *Οὕτω δεῖ καὶ τὸν ἐσπουδακότα ἑαυτὸν πᾶσι τοῖς μέρεσι τῆς ἀρετῆς ἀπεργάσασθαι τέλειον, οἱονεὶ πρὸς ἀγάλματά τινα κινούμενα καὶ ἔμπρακτα, τοὺς βίους τῶν ἁγίων ἀποβλέπειν.* Et *ἔμπρακτοι ὑπατικοὶ* in Pand., inquit Idem, nisi sit menda, vocantur Ordinarii, h. e. Non honorarii tantum, sed administrantes, munifices. [" Diod. S. 1, 596. ad 2, 577." Schæf. Mss. Memnon 49. *πρεσβεία*, Pind. Π. 3, 110.] *Ἐμπράκτως*, Efficaciter, Actuose, [" Diod. S. 2, 577." Schæf. Mss. Schol. Thuc. 1. p. 56.] *Ἐμπρακτικὸς*, itidem pro Efficax, Actuosus. Et compar. *ἐμπρακτικώτερος*, Efficacior, in VV. LL. sed absque Auctore. [Diosc. 2, 96.]

[* *Φιλόπρακτος*, Laborum cupidus, Procl. Paraphr. Ptol. 225.]

Πρακτικὸς, activa signif. ut *πρακτὸς* passiva, Agendi vi præditus, Aptus ad agendum, Qui talis est ut agere possit. Vel, In agendo positus, ut Fab. 2, 19. (Cum artium) aliæ in agendo (positæ sint), quarum in hoc finis est, et ipso actu perficitur, nihilque post actum operis relinquit: quæ *Πρακτικὴ* dicitur, qualis est saltatio: aliæ in effectu, quæ operis quod oculis subjicitur, consummatione finem accipiunt, QUAM *Ποιητικὴν* appellamus, qualis est pictura. At primum genus artium esse dixerat, positarum in inspectione, quæ *θεωρητικὴ* vocabatur. Sic autem Aristot. Eth. 6, 2. *διάνοιαν* unam constituit *πρακτικὴν*, alteram *θεωρητικὴν*, non autem *πρακτικὴν, μηδὲ ποιητικὴν*, ubi *πρ.* redditur Ad agendum valens, res agendas. Paulo post autem dicit *τὸ πρακτικὸν* substantive, sicut et *διανοητικὸν*, ubi redduntur Facultas agendi, cogitandi. Apud Eund. in Polit. *βίος πρακτικὸς*, quæ vulgo Activa vita. Et *πρακτικαὶ ἀρχαί*, Agendarum rerum principia, VV. LL. Ibid. *Πρακτικὴν ὁρμὴν ἐντίθησι*, pro Ad agendum impellit. Ubi vero Aristot. *χαρίεντες* et *πρακτικοὶ* copulat, sc. 1, 5., redditur *πρακτικοί*, Nati rebus agendis, ex Horat. Sed is ita dixit jambum esse natum rebus agendis, ut idem Aristot. *ἰαμβεῖον* appellavit *πρακτικόν*. Bud. autem e Xen. affert *πρακτικὸς καὶ λεκτικὸς* pro Opere et oratione pollens. A Polyb. accipi Idem testatur pro Efficax: alicubi vero et pro Strenuus: ut in hoc ejus loco, 1, (30, 9.) *Συννοήσαντες ὅτι τὸ πρακτικώτερον μέρος καὶ φοβερώτατον τῆς τῶν ὑπεναντίων δυνάμεως ἠχρείωται διὰ τοὺς τόπους.* Addit autem, *πρακτικὸν* differre *τοῦ μεθοδικοῦ* ap. eund. Polyb. 1, (84, 6.) *Τότε γὰρ ἦν, ὡς ἔοικε, συνιδεῖν, πηλίκην ἔχει διαφορὰν ἐμπειρία μεθοδικὴ καὶ πρακτικὴ* [*στρατηγική*, Schw.] *δύναμις, ἀπειρίας καὶ τριβῆς ἀλόγου στρατιωτικῆς.* Ceterum ap. Aristot. jungitur etiam gen. *πρακτικός*: ut l. 5 Ethic. init. *Ὁρῶμεν δὴ πάντας τὴν τοιαύτην ἕξιν βουλομένους λέγειν δικαιοσύνην, ἀφ' ἧς πρακτικοὶ τῶν δικαίων εἰσὶ, καὶ ἀφ' ἧς δικαιοπραγοῦσι, καὶ βούλονται τὰ δίκαια.* Ubi *πρακτικοὶ τῶν δικαίων* redditur Ad res justas gerendas idonei. [" Diod. S. 2, 325. Heyn. Hom. 5, 247. ad Xen. Mem. 4, 3, 1. Zeun. ad Xen. K. Π. 98. 780. Valck. Anim. ad Ammon. 214. ad Charit. 296. ad Thom. M. 147." Schæf. Mss.] *Πρακτικῶς*, Cum agendi facultate. Præterea ut *πρακτικὸς* affertur pro Efficax, sic *πρακτικῶς* pro Efficaciter: e Plut. Pericle (2.) *Τὸ καλὸν ἐπ' αὑτὸ πρ. κινεῖ.* [" Toup. Emendd. 2, 246." Schæf. Mss. * " *Πρακτικεύομαι*, Ago, Dionys. Areop. 196." Kall. Mss.]

Πρακτὴρ, ῆρος, ὁ, Exactor, Coactor tributorum, Bud., qui affert et hanc Gr. exp., *ὑπηρεσίας ὄνομα, φορολόγος.* Addit et versum Gregorii, in quo habetur scriptum per *η* in prima, *κρατερὴν τε φέρειν πρηκτῆρος ὁμοκλήν.* Est autem IONICUM *Πρηκτὴρ* pro *πρακτὴρ*, et quo utuntur Poëtæ, ut docebo infra. Animadvertendum est porro, sequi hoc nomen *πρακτὴρ* eam verbi *πράττω* signif., qua ponitur pro Exigo: sicut eam sequitur *ἄπρακτος*, pro *ἀνεκδίκητος* et *ἀτιμώρητος.* [" *Πρακτὴρ*, ad Od. Γ. 72. Θ. 162. ad Charit. 783." Schæf. Mss. * *Πρακτήριος*, Æsch. Suppl. 532.]

ΠΩΣ, Interrog. adv. Quomodo? Quo pacto? Qui? Qua via? Qua ratione? Od. A. 65. Πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην; Γ. 22. Μέντορ, πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἄρ προσπτύξομαι αὐτόν; Il. Λ. (837.) Πῶς τ' ἄρ' ἔοι τάδε ἔργα; τί ῥέξομεν, Εὐρύπυλ' ἥρως; Apud Lucian. (1, 137.) interrogatur Plutus, Ὁπόταν δ' οὖν αὐτόπους βαδίζῃς, πῶς, οὕτω τυφλὸς ὢν, εὑρίσκεις τὴν ὁδόν; ἢ πῶς διαγινώσκεις ἐφ' οὓς ἄν σε ὁ Ζεὺς ἀποστείλῃ, κρίνας εἶναι τοῦ πλουτεῖν ἀξίους; Aliquanto post, Εἶτα πῶς, ἐπειδὰν καταλίπῃς αὐτοὺς, ῥᾳδίως φεύγεις, οὐκ εἰδὼς τὴν ὁδόν; Non multo post, cum dixisset ipse Plutus, Οἴει γὰρ τοιοῦτον οἷός εἰμι ὁρᾶσθαι αὐτοῖς, χωλὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ ὅσα ἄλλα μοι πρόσεστι; interrogatur, Ἀλλὰ πῶς, ὦ Πλοῦτε, εἰ μὴ τυφλοὶ καὶ αὐτοὶ πάντες εἰσί; Apud Eund. frequens est πῶς τοῦτο φής; et πῶς τοῦτο λέγεις; Sic autem πῶς λέγομεν, ex Aristot. infra, ubi de πῶς posito in interrogatione non directa. Interdum vero sententiam claudit, Greg. Naz. Ἔσται δὲ τοῦτο πῶς; et, Γενήσεται δὲ πῶς; Sed præfigitur aliquando huic adverbio particula καὶ, non vacans, (ut Bud. tradit, qui etiam VERTIT Καὶ πῶς, Quonam modo?) sed potius affectum quendam indicans, meo quidem judicio: Dem. Ἀλλ' ὁρᾷς, ταυτὰ γὰρ συμφέροντα εἱλόμην τουτοισὶ, καὶ οὐδὲν ἴδιον πεποίημαι· ἆρ' οὖν οὐδὲ σύ; καὶ πῶς; Sed frequentius particulam quampiam sibi subjunctam habet. Ac primum quidem particula potentialis ἂν huic adverbio πῶς subjungitur; nam DICITUR Πῶς ἂν, ut in Xen. Ἱερ. (1, 9.) Εἰ γὰρ οὕτω ταῦτ' ἔχει, πῶς ἂν πολλοὶ μὲν ἐπεθύμουν τυραννεῖν, πῶς δὲ πάντες ἐζήλουν ἂν τοὺς τυράννους; Cum tamen jungo PARTIC. ἂν cum πῶς, id magis e Budæi quam mea sententia facio. Is enim ostendere volens πῶς jungi cum ἂν, exemplum illud affert. At ego particulam hanc nequaquam vel huic vel alii particulæ, sed suo semper verbo jungi dixerim. Legitur ETIAM Πῶς ποτε; Quonam tandem modo? Curnam? cum alibi, tum ap. Plut. in Plat. Quæst. non semel. PRÆTERRA Πῶς δή; ITEM Πῶς δὴ τοῦτο; Plato cum aliis plerisque locis, tum de Rep. 2. Πῶς δή; ἔφη· οὐ γὰρ ἐννοῶ. Et, Πῶς δὴ τοῦτο; Qui fieri istud potest? Gallice ad verbum, Comment cela? pro Comment cela se peut-il faire?

Non raro occurrit ET Πῶς γάρ; Dem. (329.) Οὐκ ἀπορῶν· πῶς γάρ; ὅσγε κεκληρονόμηκας τῶν Φίλωνος χρημάτων; Qui fieri potest? quippe qui, etc. Synes. Πῶς γάρ; ὃν οὔτ' εἶδον, οὔτε περὶ αὐτοῦ τι σαφὲς ἀπηγγέλλετο. Interdum ETIAM Πῶς γὰρ ἄν; ubi observandum, post PARTIC. Ἂν relinqui subaudiendum commodum aliquod verbum. Lysias 88(=29.) Οὐκ εἰσαρπασθεὶς ἐκ τῆς ὁδοῦ, οὐδ' ἐπὶ τὴν ἑστίαν καταφυγὼν, ὥσπερ οὗτοι λέγουσι πληγεὶς, πῶς γὰρ ἄν; ὅστις ἐν τῷ δωματίῳ· κατέπεσεν εὐθὺς, κ. τ. λ. Quomodo enim id fieri posset? Aut etiam omissa particula Enim. At de Πῶς γὰρ οὐ dicam paulo post. Item sequente verbo δοκεῖς, aut verbo οἴει: ut videbis supra, T. 2. col. 1259. et ap. Bud. 1100. At vero sequente οὐ, s. οὐκ: ut Marc. 4, (40.) Τί δειλοί ἐστε οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν; Ad verbum, Quomodo non habetis fidem? Qui fit ut non habeatis fidem? Quid causæ est cur fidem non habeatis? Quidam vero, e quibus fuit Valla, ut opinor, interpretandum censuerunt, Siccine fidem non habetis? Alium certe passim usum habet πῶς οὐ, de quo ita scribit Bud. Comm. 1099. Πῶς οὐ in responsionibus assensionem significat, ut τί μήν. Verum Græci per hanc particulam quibusdam interrogationibus utuntur, quæ non perinde Latinis usitatæ sunt, Dem. pro Cor. Πῶς οὐκ ἀδικεῖς, καὶ δεινὰ ποιεῖς, τούτοις νῦν ἐγκαλῶν ὧν τότε οὐκ εἶχες εἰπεῖν βελτίω; Nonne tu improbus es? Idem, Πῶς οὐκ αἰσχρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. At cum interjecta particula γὰρ dicitur πῶς γὰρ οὐ, s. οὐκ, tunc redditur Quidni? In h. autem Dem. l. (p. 325.) Τὸν δὲ τειχισμὸν τοῦτον ὅν σύ μου διέσυρες, καὶ τὴν ταφρείαν, ἄξια μὲν χάριτος καὶ ἐπαίνου κρίνω· πῶς γὰρ οὔ; πόῤῥω μέν τοί που τῶν ἐμαυτῷ πεπολιτευμένων τίθεμαι, exp. πῶς γὰρ οὔ; Quis enim inficias ire potest? Hujusmodi autem in locis parenthesi lubenter incluserim hæc verba, πῶς γὰρ οὔ; ac certe id me in quibusdam Edd. mearum locis factitare memini.

Πῶς præcedente verbo ἐρωτῶ, aut alio hujusmodi, in interrogatione non directa, ut Xen. Ἐρωτῶσι πῶς δεῖ ποιεῖν κ. τ. λ. Greg. Naz. Ἔπειτα πῶς ἡ νὺξ, καὶ ὅτου δέοιτο, τὰ συνήθη ταῦτα ἐπυνθανόμην. Aristot. Eth. 2, 4. initio, Ἀπορήσειε δ' ἄν τις πῶς λέγομεν ὅτι δεῖ κ. τ. λ., ubi etiam observa, Quomodo dicamus, pro Quamobrem dicamus, Quorsum dicamus. Aut etiam, Quid sibi velit quod dicimus. Et præcedente verbo λέγω, aliove hujus generis, aut λέγεται, Plut. de Pyth. Orac. Ὅπου δὲ οὐ μόνον λέγεται τὸ γενησόμενον, ἀλλὰ καὶ πῶς, καὶ πότε κ. τ. λ.

Πῶς in admiratione pro Quam, ut πῶς δυσχερῶς, Quam graviter: quod affertur e Dem. Sic πῶς δυσκόλως, Marc. 10, (23.) Quam difficile. Itidem vero Matth. (21, 20.) Πῶς παραχρῆμα ἐξηράνθη ἡ συκῆ, verto πῶς, Quam, potius quam Quomodo, ut alii; nec enim negare quisquam potest quin sit admirative posita hæc particula, cum præcedat, Καὶ ἰδόντες οἱ μαθηταὶ ἐθαύμασαν. Verto igitur, Quam repente exaruit ficus!

AT VERO Πως extra omnem interrogationis significationem, encliticum, Quodammodo, Aliquo modo, Aliquantum, Il. M. (211.) Ἕκτορ, ἀεὶ μέν πώς μοι ἐπιπλήσσεις ἀγορῇσιν Ἐσθλὰ φραζομένῳ, Thuc. 3, (20.) Ἔπειτα οἱ μὲν ἡμίσεις ἀπώκνησάν πως, τὸν κίνδυνον μέγαν ἡγησάμενοι, Xen. K. Π. 4, (5, 10.) Ἀλλὰ μὴν μέμψεώς γέ πως ἔσμεν ἄξιοι, εὖ τε ποιοῦντες κ. τ. λ. Bud. πως ἐγκλινόμενον accipi tradit pro Quodammodo, item pro Aliquantulum, et hoc exemplum affert ex Aristot. Eth. 7, (8.) Ἔστι δὲ ὁ ἀκόλαστος οὐ μεταμελητικός· ἐμμένει γὰρ τῇ προαιρέσει· ὁ δ' ἀκρατὴς, μεταμελητικός πως. In VV. LL. affertur et pro Propemodum: Ἀντίπαλα γάρ πως ἦν. Item pro Utcunque. Quibusdam vero particulis subjuncta redditur Forte: UT εἴ πως, Si forte. Alicubi tamen et pro Si quo pacto, Si qua ratione. SIC Ἤν πως, Aristoph. Σφ. (399.) καὶ παῖσιν φυλλάσι παῖε, Ἤν πως πρύμναν ἀνακρούσηται. ITIDEM Μή πως, Ne forte. Frequens est autem cum subj., 2 ad Cor. 2, (7.) Μή πως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. Apud Eund. aliquoties præcedente verbo φοβοῦμαι, ubi redditur etiam simpliciter Ne: a quibusdam et Nequo modo: sicut in l. quem modo protuli. (Interdum vero μή πως cum subjunctivo ponitur ἐλλειπτικῶς, relinquiturque subaudiendum ante ipsum, δέδοικα, vel aliud hujusmodi verbum: nonnunquam et ὅρα aut tale quodpiam.) Sed invenitur junctum μή πως optativo quoque. Quinetiam indicativo, et quidem ap. Hom. etiam: Il. Υ. (301.) Ἀλλ' ἄγεθ', ἡμεῖς πέρ μιν ὑπ' ἐκ θανάτου ἀγάγωμεν, Μή πως καὶ Κρονίδης κεχολώσεται, αἴκεν κ. τ. λ. Hujus certe exemplo Apollonius junxit et ipse indicativo. Verum sciendum est inveniri etiam conjunctim SCRIPTUM Μήπως: SIC Εἴπως. Sæpe autem vacat, ut etiam videri potest vacare in illo Hom. l. quem modo protuli. Post adverbia certe plerumque otiosa esse censetur hæc particula, ut ἀκριβῶς πως, Dem. Sic οὕτω πως. "Εἴπως, s. Εἴ πως, Si quo modo, Si forte, Od. Ξ. "(460.) Εἴπως οἱ ἐκδὺς χλαῖναν πόροι, Plato, Εἴ πως "εἰς ἐπιθυμίαν ἔλθοι τῆς φιλοσόφου ζωῆς, Si forte." "Οὔπως, s. Οὔ πως, Nequaquam."

Interdum tamen SCRIBITUR Πῶς cum circumflexo, etiam ubi nullam interrogationis signif. habet. Veluti cum ponitur pro Certo modo, Certo quodam modo. Aristot. Eth. 2, 5. Οὐ γὰρ ἐπαινεῖται ὁ φοβούμενος, οὐδὲ ὁ ὀργιζόμενος· οὐδὲ ψέγεται ὁ ἁπλῶς ὀργιζόμενος, ἀλλ' ὁ πῶς: 5, (9.) Ἀλλ' οὐ ταῦτ' ἐστὶ τὰ δίκαια, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός· ἀλλὰ πῶς πραττόμενα καὶ πῶς νεμόμενα, δίκαια. Paulo post autem eund. omnino usum habet ADV. ὡδί: ubi dicit, Ἀλλὰ τὸ δειλαίνειν καὶ τὸ ἀδικεῖν, οὐ τὸ ταῦτα ποιεῖν ἐστὶ, πλὴν κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλὰ τὸ ὡδὶ ἔχοντα ταῦτα ποιεῖν ἐστίν: quinetiam in proxime sequente membro sic utitur hoc eodem adverbio, exemplo confirmans quod dixit: Ὥσπερ τὸ ἰατρεύειν καὶ τὸ ὑγιάζειν, οὐ τὸ τέμνειν ἢ μὴ τέμνειν, ἢ φαρμακεύειν ἢ μὴ φαρμακεύειν ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ ὡδί. Apud Eund. 2, 4. dicitur aliqua res ἔχειν πως, et aliquis etiam ἔχειν πως: ita enim scribit, Τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν τεχνῶν γιγνόμενα, τὸ εὖ ἔχει ἐν ἑαυτοῖς· ἀρκεῖ οὖν ταῦτά πως ἔχοντα γενέσθαι· τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρετὰς γιγνόμενα, οὐκ ἐὰν αὐτά πως ἔχῃ, δικαίως ἢ σωφρόνως πράττεται, ἀλλὰ καὶ ἐὰν ὁ πράττων, πῶς ἔχων πράττῃ. Ubi πῶς ἔχοντα quidam interpr. Certo quodam modo conformata: et ἐὰν αὐτά πως ἔχῃ, Si ea cujusdam modi sint: at πῶς ἔχων, Certo quodam modo conformatus. Sed et in aliis hujus Philosophi ll., et quidem in hoc ipso etiam opere, hunc particulæ istius usum habemus: 6. Οὕτως, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ πῶς ἔχοντα πράττειν ἕκαστα, ὥστ' εἶναι ἀγαθόν· λέγω δ' οἷον κατὰ προαίρεσιν, καὶ αὐτῶν ἕνεκα τῶν πραττομένων. Sic a Bud. hoc adverbium exp. Certo quodam modo, in isto Aristidis loco in Panathenaico, ubi enclitice scribitur, Δοκῶν γε δή πως εἰς Ἕλληνας τελεῖν. Addit vero opponi τῷ ἁπλῶς et ἀπεριορίστως a Dionys. Areop., p. 182. Sic certe in sophismate quodam, quod commemoratur a Plut. Antonio, et quidem tanquam ab ipso Antonio propositum cuidam medico: Τῷ πῶς πυρέττοντι δοτέον ψυχρόν· πᾶς δὲ ὁ πυρέττων, πῶς πυρέττει· παντὶ ἄρα πυρέττοντι δοτέον ψυχρόν: Ei, qui certo quodam modo febricitat, danda est frigida; omnis autem qui febricitat, certo quodam modo febricitat: omni igitur febricitanti danda est frigida. Scio tamen πῶς hic reddi Quodammodo; sed malo Certo quodammodo. Ceterum ut revertar ad illud Aristotelis πῶς ἔχειν, observanda est distinctio inter πῶς ἔχοντα et ὅπως ἔχοντα, (7, 744.) Ἔστι τοίνυν τῶν πραγμάτων τὰ μὲν ὅπως ἔχοντα, τὰ δὲ πῶς ἔχοντα πρὸς ἡμᾶς. Quibus subjungit, ὅπως ἔχοντα esse terram, cœlum, astra, mare: at πῶς ἔχοντα πρὸς ἡμᾶς, esse bonum, malum: optandum, fugiendum: jucundum, molestum. Quibus addit, Ἀμφοῖν δὲ τοῦ λόγου θεωρητικοῦ ὄντος, τὸ μὲν περὶ τὰ ὅπως ἔχοντα μόνον, ἐπιστημονικὸν καὶ θεωρητικόν ἐστι· τὸ δ' ἐν τοῖς πῶς ἔχουσι πρὸς ἡμᾶς, βουλευτικὸν καὶ πρακτικόν· ἀρετὴ δὲ τούτου μὲν, ἡ φρόνησις· ἐκείνου δὲ, ἡ σοφία. Sed Interpres pro ὅπως legisse videtur ἁπλῶς: quippe qui ita reddat superiora illa verba, Rerum omnium alia absolute quodammodo se habent, ut terra etc. alia erga nos modo quodam affecta sunt, ut bonum etc. Opponi autem ἁπλῶς interdum huic πῶς, dictum antea fuit.

At vero πῶς μὲν et πῶς δὲ pro πῇ μὲν et πῇ δὲ, inquit Bud., quod Latine Partim quidem et Partim

autem dicitur, Themist. de Anima, 3. Πῶς μὲν οὖν διῃρημένη αὕτη ἡ δύναμις τῶν διῃρημένων αἰσθάνεται; πῶς δὲ ἀδιαίρετος, τῶν διῃρημένων; Alia præterea exempla ex Eod. petita ap. illum vide, 1100. Quibus subjungit, sic dici πῶς μὲν et πῶς δὲ, ut ποτὲ μὲν, ποτὲ δέ: item ὀτὲ μὲν, ὀτὲ δὲ, pro Nunc et nunc, Tum et tum. ‖ Dixerat porro antea Idem, interdum hanc vocem πῶς poni ἐμφατικῶς, et signif. habere τοῦ κατὰ πολὺ, et quasi admirabunde proferri, Aristoph. Πλ. (245.) Μετρίου γὰρ ἀνδρὸς οὐκ ἐπέτυχες πώποτε. Ἐγὼ δὲ τούτου τοῦ τρόπου πῶς εἰμ' ἀεὶ, At ego mire hoc ingenio præditus sum. Cui l. subjungit hunc ejusd. Aristoph. in quo habetur πῶς δοκεῖς; et huic quendam Synesii, dicentis itidem, πῶς οἴει; Sed nihil commune videntur habere duo isti posteriores loci cum illo: utpote in quo particula πῶς non sit itidem interrogativa, sed potius admirativa, i. e. admirationem indicans: si quidem Scholiastæ credimus, scribenti, Τὸ πῶς θαυμαστικόν ἐστι· θαυμάζει γὰρ αὐτὸν ὡς ἀεί ποτε σύμμετρον ὄντα. Sic autem antea ostendi admirationi servire πῶς junctum adverbio ap. Marc. Mihi tamen quædam suboritur suspicio, esse potius πῶς illo in l. id quod Latini dicunt, Nescio quomodo: ut cum ita loquuntur, Hi mores mihi nescio quomodo placent summopere, Hac vita nescio quomodo mire delector.

Quod autem ad scripturam attinet hujus adverbii, in ll. illis Aristotelis potissimum, non video certe cur circumflexum in omnibus habere debeat, ac non potius enclitice scribi, ubi subjungitur: ut, Ἀλλά πως πραττόμενα, et, Καί πως νεμόμενα, non, Ἀλλὰ πῶς πραττόμενα, et, Καὶ πῶς νεμόμενα, quam tamen scripturam supra mutare nolui: cum alioqui et Bud. de altera illa mihi assentiatur; et eam comprobet illa etiam, quam eadem exemplaria habent in l. qui non multo post allatus fuit ex Eth. 2.; ibi enim habent ταῦτά πως et αὐτά πως, non ταῦτα πῶς et αὐτὰ πῶς: nisi quis πως ita scribendo enclitice, timeat ne a suo verbo disjungi videatur. Utut sit, videat lector ne appositus in hujusmodi ll. accentus illum in errorem inducat.

[" Πῶς, Thom. M. 732. Valck. Hipp. p. 237. Quare? Markl. Suppl. 147. Wakef. Ion. 1362. Herc. F. 619. El. 225. 1088. et Musgr., Alc. 572. Trach. 192. Phil. 797. Christod. Ecphr. 199. Agathias 88. Xen. K. 'A. 123. (Sic πῇ, Il. K. 385.) Cur? Xen. Hier. 7, 11. K. Π. 8, 4, 8. Crusius ad Suet. 143. Pro ὅπως, ad Xen. Mem. 1, 2, 36. De sede, Eur. Phœn. 583. Dionys. H. 5, 289. 324. De constr., Brunck. Aristoph. 1, 59. ad Diod. S. 1, 609. Cum ἔχειν et gen., Eur. Hel. 320. Heind. ad Plat. Charm. 90. Cum optat., Xen. K. Π. p. 51., ubi vehementer errat Zeun., supplens ἄν. Πῶς cum optat. sine ἂν Græce non adhibetur, Brunck. Œd. C. 1418. An Homericum? Heyn. Hom. 4, 195. Πῶς et ὅπως quomodo differant, Valck. Hipp. p. 301. Diatr. 74. cf. Xen. K. Π. 374. Aliud καὶ πῶς, aliud πῶς καί, Porson. Phœn. 1373. Πῶς ἄν; Abresch. Æsch. 2, 90. Brunck. Aristoph. 1, 83. 137. 3, 53. Markl. Iph. p. 101. Eur. Iph. A. 977. et Markl., Iph. T. 627. (740.) Rhes. 868. Tro. 961. Herc. F. 487. Alc. 877. Phil. 531. 794. 1214. Aristoph. Σφ. 166. Lucian. 3, 303. Utinam, Valck. Hipp. p. 185. 200. Diatr. 173. Brunck. Ind. Aristoph., Soph. Œd. T. 765. C. 1457. Brunck. Aj. 388. Eur. Suppl. 618. Markl. 796. Med. 96. 174. Or. 1056. et n., Alc. 867. Καὶ πῶς ἄν; Koen. ad Greg. Cor. 61. Πῶς ἂν οὖν —, Valck. Hipp. p. 235. Πῶς δή; Abresch. Æsch. 2, 64. Πῶς δὴ καὶ ποῦ; Plato Charm. 94. Πῶς γάρ; Wakef. Alc. 96. Eum. 610. Ion. 1565. Bergler. ad Alciphr. 92. Koen. ad Greg. Cor. 61. ad Lucian. 1, 330. Πῶς γὰρ οὔ; ibid. Eur. Rhes. 759. Herc. F. 279. Wakef. Alc. 772. Matth. Anecd. 1, 24. Toup. Opusc. 1, 134. Πῶς γε, Wakef. Ion. 623. Πῶς δὲ, πῶς γὰρ, Heyn. Hom. 7, 455. Πῶς οὐχ, Musgr. Ion. 611. Jacobs. Anth. 9, 183. Πῶς οὖν; Valck. Hipp. p. 229. 300. Καὶ πῶς; πῶς δή; Phœn. p. 457. Πῶς δοκεῖς; Jacobs. Anth. 10, 59. Brunck. Aristoph. 2, 102. (Πλ. 742. N. 881.) Πῶς εἰμί; Porson. Or. 73. Il. K. 408. Πῶς φής; Steinbr. Mus. Tur. 1, 335. Πῶς ἢ τίνος ἕνεκα; Lucian. 3, 329. Πῶς ἢ τίνα τρόπον, Dionys. H. 2, 989. Πως, Thom. M. 732. Jacobs. Anim. 39. T. H. ad Plutum p. 73. ad Diod. S. 2, 372. Dionys. H. 1, 458. Toup. ad Longin. 358. ad Charit. 324. Heyn. Hom. 8, 282. Circiter, Strabo 6, 580. De sede, Dawes. M. Cr. 466. Ἅμα πως, Crusius ad Suet. 166. Καί πως, Dionys. H. 1, 457. 5, 124. Eur. Med. 119. Phœn. 1422. Ἀεί πως, Valck. Hipp. p. 237. Ἐάν πως, Brunck. Trach. 584. Πως οὕτως, Polyb. 3, 437." Schæf. Mss.]

ὍΠΩΣ, Quomodo. Apud Aristoph. N. (677.) voci πῶς subjungitur, ista ὅπως: cum enim Strepsiades Socratem interrogasset, Ἀτὰρ τολοιπὸν πῶς με χρὴ καλεῖν; respondit Socrates, Ὅπως; Itidemque paulo post, cum ipse Socrates Strepsiadem interrogasset, Πῶς ἂν καλέσειας ἐντυχὼν Ἀμυνίᾳ, respondit Strepsiades, Ὅπως ἄν; ὡδὶ, δεῦρο, δεῦρ' Ἀμυνία. Et Πλ. (140.) ad πῶς respondet Chremylus per ὅπως; subjungens, οὐκ ἔσθ' ὅπως Ὠνήσεται δήπουθεν. Quibus in ll. animadvertendum est, cum ὅπως subaudiri verbum: ut sit ἐρωτᾷς ὅπως; itidemque ἐρωτᾷς ὅπως ἂν καλέσεια; licet alioqui et directæ interrogationi adhibitum reperiatur, ut docebo infra. Interdum vero potius respondet subaudito οὕτως, Il. Δ. (37.) Ἔρξον ὅπως ἐθέλεις: pro οὕτως ὡς ἐθέλεις, Fac quomodo vis, Fac eo modo quo vis, Fac ita ut vis, Fac ut libet. Alicubi autem legitur ap. Eund. Ἔρξον ὅπως ἐθέλεις, καί τοι φίλον ἔπλετο θυμῷ. Sæpe autem pro πῶς extra interrogationem, aut certe in interrogatione non directa, Quomodo, Quo pacto, Qua via, ratione, Quemadmodum, Od. A. (76.) Ἀλλ' ἄγεθ', ἡμεῖς οἵδε περιφραζώμεθα πάντες Νόστον, ὅπως ἔλθῃσι: scio tamen reddi etiam Ut. Atque ut hic περιφραζώμεθα sequente ὅπως, interjecto tamen accusativo, sic φράζου ὅπως κρύψεις ap. Soph. (Aj. 1040.) Itidem vero præcedente σκοπεῖ, ap. Plut. Camillo, Ὅπως ἀμυνεῖται τοὺς πολεμίους σκοπεῖ. Sed et cum aliis verbis: ut εὕρετο ὅπως ap. Xen. (Ἑλλ. 6, 2, 20.) sed infinitivo sequente, si mendo caret locus. Et σαφηνίζει ὅπως, rursum ap. Plut. Solone, Ὅπως ἕκαστον ἔχει, καὶ πρὸς ἣν κεῖται διάνοιαν, σαφηνίζει: Pericle, Τὴν ἀρχὴν ὅπως ἔσχεν οὐ ῥᾴδιον γνῶναι. Item, Λέξον ὅπως διανοῇ, Xen. (Ἀπ. 3, 3, 3.) Huc pertinet οὐκ ἔχω ὅπως, Plato de Rep. 2. Οὔτε γὰρ ὅπως βοηθῶ, ἔχω, Non habeo quomodo succurram, Nullo pacto possum succurrere, Nulla est mihi succurrendi facultas. Sic Greg. Naz. Οἱ πένητες οὐκ ἔχουσιν ὅπως τοῖς πλουσίοις ἁμιλληθῶσιν. Idem, Οὐκ ἔχω δ' ὅπως ἐμαυτὸν ἐπίσχω τοῦ διηγήματος. Fortasse autem huc referri potest etiam Οὐκ ἔσθ' ὅπως: de quo dicam paulo post, ubi agam de locis in quibus ὅπως redditur particula Ut. Sciendum est porro, et ubi VOCULÆ ἂν jungitur ὅπως, sic tamen ut intelligenda sit ferri ad verbum, interdum quidem posse reddi Quomodo, sæpe vero reddendum esse Ut. Aristoph. N. (759.) Ὅπως ἂν αὐτὴν ἀφανίσειας εἰπέ μοι, Xen. Œc. Ἐκεῖνο δέ μοι δοκῶ πρῶτον ἂν ἡδέως μανθάνειν, ὅπως ἂν λαμβάνοιμι, Greg. Naz. Καὶ πρὸς ἓν τοῦτο μόνον ἰδὼν, ὅπως ἂν μόνον χαρίσαιτο τοῖς κ. τ. λ. Quonam pacto gratificaretur. Et quemadmodum habuisti supra, Σκοπεῖ ὅπως ἀμυνεῖται, sic cum optativo habente ἂν ap. Liban. Ὅπως ἂν γένοιο σκοπεῖν: at de ll. in quibus vertitur Ut, dicam infra. Nunc autem addens usus hujus particulæ ὅπως ad hanc signif. pertinentes, dico ὅπως ἂν e Dem. afferri etiam pro Quomodocunque, Ὅπως ἂν δύνωνται, Quomodocunque possint. Sed animadvertendum est hanc ipsam signif. habere interdum ὅπως connexum aliis particulis; nam ETIAM Ὁπωσδὴ, ET Ὁπωσδήποτε, ET Ὁπωσδηποτοῦν, ET Ὁπωσοῦν, ET Ὁπωστιοῦν, passim ponuntur pro Quomodocunque, Quocunque modo, Quovis modo, Quoquo modo, Utcunque. Herodian. 4, (6, 2.) Τὰ δὲ πτώματα φερόμενα μεθ' ὕβρεως πάσης, ἁμάξαις ἐπιτεθέντα, ἔξω τῆς πόλεως κομισθέντα, σωρηδὸν κατεπίμπρατο, ἢ ὅπως δὴ ἐῤῥίπτετο, ubi tamen Polit. ὁπωσδὴ vertit Temere, locum hunc ita interpretans, Porro ipsa cadavera plaustris omnibus per contumeliam imposita, atque extra urbem exportata, acervatim aut temere injecta rogis comburebantur. (Ubi de hoc quoque admoneo obiter,

illum ita vertere quasi legerit *πάσαις ἁμάξαις*.) Sed ibi *ὅπως δὴ* disjunctim habetur in vulg. Edd. At vero *ὅπως δήποτε*, pro Quomodocunque, Quovis modo, extat in Dem. 130(=314.) *Ἐπειδὴ δ' εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφης ὁπωσδήποτε, ἐῶ γὰρ τοῦτο, ἐπειδή γ' ἐνεγράφης, εὐθὺς τὸ κάλλιστον ἐξελέξω τῶν ἔργων.* Item *ὁπώσποτε* vel potius *ὅπως ποτὲ* ap. Eund., ut docebo infra. *Ὁπωσοῦν* autem legimus ap. Thuc. tum alibi, tum 8. *Ἄνευ τειχῶν καὶ νεῶν ξυμβῆναι, καὶ ὁπωσοῦν τὰ τῆς πόλεως ἔχειν.* Sic Isocr. ad Nic. *Πάλιν ὁπωσοῦν ζῆν ἡγοῦνται λυσιτελεῖν μᾶλλον, ἢ μετὰ τοιούτων συμφορῶν ἁπάσης τῆς Ἀσίας βασιλεύειν*, Malunt vivere quomodocunque, Quovis modo, Qualecunque vitæ genus malunt, Quodlibet. Sic ex Aristot. Probl. *ὁπωσοῦν* pro Quovis modo, Utcunque. Affertur ITEM *Οὐδ' ὁπωσοῦν*, pro Nullo modo, Neutiquam, Ne tantulum quidem. Qua signif. dicitur ETIAM *Οὐδ' ὁπωστιοῦν*, Thuc. 8, (71.) *Καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τὰ μὲν ἔνδοθεν οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐκίνησαν*, Plato de Rep. 1. *Καὶ εὐδαίμονα ἐκεῖνον ποιοῦσιν, ὑπηρετοῦντες αὐτῷ, ἑαυτοὺς δὲ οὐδ' ὁπωστιοῦν*, 2. *Οὐδ' ὁπωστιοῦν παρήσομεν.* Xen. quoque ita usus est præfixa particula *οὐδέ*: (Απ. 1, 6, 11.) *Ἐγώ τοι σὲ μὲν δίκαιον νομίζων, σοφὸν δὲ οὐδ' ὁπωστιοῦν.* Sic denique et Dem. (924.) *Οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐγνώριζον τοὺς ἀνθρώπους τούτους.* Nec tamen existimandum est non usurpari ADVERB. *Ὁπωστιοῦν* nisi præfixa negativa particula: cum ap. hunc ipsum Scriptorem legamus, *Εἴπερ καὶ ὁπωστιοῦν ἀληθὴς ἦν ἡ μαρτυρία*, Si ullo modo verum esset testimonium. Sed separatim etiam scribitur *ὅπως* interdum, et non cum particula sequente colligatum: ut *ὅπως ποτὲ* ap. Dem. *Ἀλλ' ὅπως ποθ' ὑπείλημμαι περὶ τούτων, ἀρκεῖ μοι*, ubi tamen et *ὁπώσποθ'* a Bud. scribitur. In VV. LL. itidem *ὅπως δήποτε* disjunctim e Diosc. affertur pro Utcunque. AT *Ὅπως οὖν* in Iisd. pro Quonam modo: e Xen. *Σκοπεῖν ὅπως οὖν κόσμος ἔφυ.* SUPEREST *Ὅπως ἔτυχε*, quod Bud. vertit Temere et sine judicio, p. 898. Sed dicendum de hoc erit et alibi. || Nunc autem veniendum est ad *ὅπως* positum pro *πῶς* in interrogatione: cujus exemplum est hoc e Luciano (1, 322.) *Ὅπως δὲ εἰδῶ μάλιστα ὁποῖός τίς ἐστιν τὴν ὄψιν*; ubi tamen Bud. positum ait *διαπορηματικῶς*: qui et interpr. Quomodo autem scire potero potissimum qualinam sit ille facie? At cum *ὅπως* subjungitur, ut cum dicitur *οὐκ ἔχω ὅπως*, ait poni *ἀνθυποτάκτως*.

Ὅπως, Ut; sed cum Ut non tantum accipiatur pro *ἵνα*, sed usum habeat etiam affinem ei quem habet *ὅπως* in præcedentium ll. nonnullis, ubi redditum fuit Quomodo: de hoc prius agam. Sciendum est igitur in illo Hom. l. quem protuli supra, *Ἔρξον ὅπως ἐθέλεις*, *ὅπως* commode reddi posse Ut: hoc modo, Fac ut vis, Fac ut libet: non minus quam, Fac quomodo s. quemadmodum libet. Et ut Latine dicitur Operam dabo ut hæc fiant, Curabo ut hæc fiant, Mihi curæ erit ut hæc fiant, sic ap. Plut. legimus in Lycurgo, *Αὐτῷ μελήσειν ἔφη ὅπως εὐθὺς ἐκποδὼν ἔσται τὸ γεννηθέν.* Sic (15.) *Νύμφης ἐπιτεχνωμένης ὅπως ἂν ἐν καιρῷ συμπορεύοιντο.* Affertur vero et, *Δέδοικα ὅπως γενήσομαι*, ex Aristoph. pro Vereor ut fiam. || Est certe apta hæc particula reddendo adverbio *ὅπως* in hoc etiam loquendi genere, *οὐκ ἔσθ' ὅπως*, si quidem ad verbum reddere velimus, et quidem sequendo Horat. Epist. 1, 12. Fructibus Agrippæ Siculis quos colligis, Icci, Si recte frueris, non est ut copia major Ab Jove donari possit tibi. Pro, Nullo pacto, Nulla ratione donari possit, Nulla ratione fieri potest ut donetur. Sic autem Lucr. ante eum locutus fuerat, 2. quare non est ut credere possis Esse infinitis distantia semina formis: 3. quod si linquuntur et insunt, Haud erit ut merito immortalis possit haberi. Sed hoc addendum est, apud eosd. Poëtas hanc particulam Ut habere istum usum absque negativa etiam particula. Canit enim idem Horat. Od. 3, 1. Est ut viro vir latius ordinet Arbusta sulcis; hic generosior Descendat in campum petitor: pro Fieri potest ut etc. Sic autem et Lucret. ante illum locutus erat, cum caneret l. 2. Quinetiam quanto in partes res quæque minutas Distrahitur magis, hoc magis est ut cernere possis Evanescere paulatim, stinguique colorem: 4. Hic odor ipse igitur nares quicunque lacessit, Est alio ut possit permitti longius alter. Verum et hoc animadvertendum, Lucr. huic loquendi generi adhibere verbum Posse in omnibus hisce locis; at Horatium in altero id omisisse: sicut et Ovid. Possumus enim, ut opinor, his locis addere quendam illius in Epistola Didus ad Æneam, ubi Quando erit ut condas, non aliud est quam Quando fieri poterit ut condas? vel Quando condere poteris? Ita enim ibi canit, Quando erit ut condas instar Carthaginis urbem, Et videas populos altus ab arce tuos? Sed male in plerisque exemplaribus post Quando erit, ponitur interrogationis nota. Ex his autem ll. satis patet *ὅπως* in illo genere loquendi respondere Latino Ut. Sed quemadmodum dicunt hi Poëtæ Non est ut, item Est ut, haud scio an itidem dixerint Græci non solum *οὐκ ἔσθ' ὅπως*, sed etiam *ἔσθ' ὅπως*: nam hujus exempla nulla mihi succurrunt; at illius passim sunt obvia. Ac certe jam unum in præcedentibus habuimus: in quodam sc. Aristoph. l., quem protuli cum de hoc adverbio agere cœpi: Πλ. (140.) *οὐκ ἔσθ' ὅπως Ὠνήσεται δήπουθεν*, Non est ut emet, ad verbum, Fieri non poterit ut emat. Circa ejusdem Comœdiæ principium legitur, *Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομαι*, Fieri non poterit ut taceam, Nullo modo s. Nequaquam tacebo: ut sit pro *οὐδαμῶς σιγήσομαι*, quemadmodum ipse etiam Schol. exp., cui non itidem assentior in iis quæ de *ὅπως* dicit, sc. *ὅπως* esse pro *ὅτι* per metalepsin: quod *ὅπως* sit pro *ὡς*, at *ὡς* pro *ὅτι*. Verum præsenti indicativi sciendum est: ut in eadem Comœdia (51.) *Οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τοῦτο ῥέπει, Ἀλλ' εἰς ἕτερόν τι μεῖζον.* Ubi hoc etiam animadverte obiter, non esse cum *ἀλλὰ* repetendum *ἔσθ' ὅπως*: ut sit *οὐκ ἔσθ' ὅπως ῥέπει εἰς τουτί, ἀλλ' ἔσθ' ὅπως ῥέπει εἰς ἕτερόν τι μεῖζον*: sed simpliciter *ἀλλὰ ῥέπει εἰς ἕτερον* etc. perinde sc. ac si præcederet, *οὐδαμῶς ὁ χρησμὸς ῥέπει* etc. Sic Plato Apol. (31.) *Καὶ οὐκ ἔσθ' ὅπως ὀρθῶς ἡμεῖς ὑπολαμβάνομεν.* Sic *Οὐκ ἔσθ' ὅπως σύ γ' αὐτὸς ὑγιαίνεις*, Fieri non potest ut sanus sis, Nullo modo sanus es. Et cum aoristo, ap. Dem. 123(=297.) *Ἀλλ' οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἡμάρτετε, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι.* Sed interdum additur altera negatio, juncta verbo quod sequitur post *οὐκ ἔσθ' ὅπως*: ut, *Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐχ ὁμονοήσομεν*, Isocr. Fieri non potest quin concordes simus, Omnino fiet ut concordes simus, concordes erimus; nam et Bud. *οὐκ ἔσθ' ὅπως* hic vertit Omnino. Et cum præsenti, *Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἔχετέ μου τὰ χρήματα.* Item cum aoristo adjunctam habente particulam *ἄν*, ut ap. Plat. in Apol., statim post illa quæ modo protuli verba, *Οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἠναντιώθη ἄν μοι τὸ εἰωθὸς σημεῖον, εἰ μή τι ἔμελλον ἐγὼ ἀγαθὸν πράξειν.* Et de hoc quidem loquendi genere *οὐκ ἔσθ' ὅπως* hactenus: at de *οὐχ ὅπως*, longe diversam signif. habente, dicam infra. Sciendum est autem Soph. aliquantulum diversa forma dixisse in Aj. (378.) *Οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν ταῦθ' ὅπως οὐχ ὧδ' ἔχειν*, pro Fieri nequeat quin hæc ita se habeant.

Ὅπως quoque cum ellipsi positum videmur posse in earum signiff. numerum referre, in quibus aliquam cum usu particulæ Ut, convenientiam habet. Quemadmodum enim cum dicitur *αὐτῷ μελήσειν ὅπως*, etc. item *ἐπιτεχνωμένης ὅπως*, etc. item ap. Plut. *Ἐν μὲν φυλάττοντες μόνον, ὅπως ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἡμερῶν ὁ ἐνιαυτὸς ἔσται*, talem usum habere videtur Ut, qualem cum dicitur, Cura s. Da operam ut hoc fiat, Vide ut hoc fiat: sic cum dicitur *ὅπως τοῦτο ποιῇς*, vel *ὅπως τοῦτο μὴ ποιῇς*, videtur *ὅπως* exprimendum potius per Ut, quam per aliam ullam particulam. Sicut enim absque ellipsi diceretur *ὅρα ὅπως*, vel *σκόπει* vel *μελέτω σοι*, ita Latine dicitur Vide ut hoc facias, Da operam ut hoc facias. Sed particula Ut usum hunc cum subjunctivo duntaxat habet: at *ὅπως* plerumque et cum futuro indicativi: ut ap. Aristoph. N. (882.) *Ὅπως δ' ἐκείνω τὼ λόγω μαθήσεται.* Sic Xen. K. Π. 5, (2, 9.) *Ἄγ', ἔφη, ὦ Γωβρύα, ὅπως πρωῒ παρέσῃ ἔχων τοὺς ἱππέας ἐξωπλισμένους.* Sic vero et cum adjicitur negativa particula, utramlibet constr. habet. Legimus enim in eadem ejusdem

Poëtæ Comœdia (822.) Ὅπως δὲ τοῦτο μὴ διδάξῃς μηδένα... Et in eadem (257.) alterius constr. hoc exemplum habemus, Ὥσπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε... Sic ap. Plat. de Rep. 1. Καὶ ὅπως μοι μὴ ἐρεῖς κ. τ. λ. Quibus in ll. non solum Vide ne, sed et Cave ne, reddere possumus. Ceterum huc pertinet Æsch. Pr. (68.) p. 9. meæ Ed. Σὺ δ' αὖ κατοκνεῖς, τῶν Διός τ' ἐχθρῶν ὕπερ Στένεις; ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτὲ, ubi Schol. deesse ait σκόπει vel ὅρα. Eust. autem δέδιθι, exponens δέδιθι μὴ πάθῃς οἴκτου ἄξια. Scribi autem potest et ὑπὲρ sine accentu, ut intelligatur jungi cum στένεις. In eadem Tragœdia (559.) p. 35. Φέρ' ὅπως ἄχαρις χάρις, ὦ φίλος, Schol. exp. φέρε σκόπησον. ὅτι ἡ χάρις κ. τ. λ. Quæ autem Bud. hujus ἐλλείψεως exempla profert, cum sua interpr., videnda tibi relinquo Comm. 952. In ea autem quæ hanc proxime præcedit annotat, ὅπως esse præcipientis, aut denuntiantis, aut exhortantis, in isto Synesii loco, Ὅπως οὖν μὴ μόνον τὰς ὄψεις ἐπιβάλῃς, ἀλλὰ καὶ τὸν νοῦν πάνυ σφόδρα προσέξεις τοῖς γράμμασιν, ubi ideo indicativum conjunctivo subdidisse ait, nisi sit menda, quod utrique tempori modoque congruat ὅπως.

Ὅπως sequente ἂν interdum Prout, potius quam Ut. Aristides, Ὅπως ἂν συμπίπτοι τῷ λόγῳ.

Ὅπως ap. Poëtas pro Ut, Velut, Sicut, Tanquam; et quidem postpositum plerumque. Æsch. (Ch. 504.) φελλοὶ δ' ὅπως: [sic. Eust., sed leg. ὥς.] Eur. λέων ὅπως, Ut leo. Apoll. Rh. (1, 285.) Δμωὶς ὅπως. Scribunt autem Poëtæ præsertim heroici ETIAM Ὅππως pro ὅπως. Affertur et Ὅπως τε ex Eur. pro Tanquam; at Ὅπως περ e Soph. pro Quomodo.

Ὅπως pro Ut posito pro Quam, ut videri possit poni cum dicitur a Virg. Æn. 8. ut te fortissime Teucrum Accipio, agnoscoque libens. Videtur enim commode exponi posse Quam libens. Sic certe utitur et alibi: necnon alii quidam, e quibus Horat., ut juvat pastas oves Videre properantes domum. Neque enim dubito quin hic Ut juvat, idem valeat quod Quam juvat, ap. Tibull. Quam juvat immites ventos audire cubantem. Lucian. (2, 656.) Οἶσθα ὅπως ἦν θαῤῥαλέος, Scin' tu quam audax essem? Sed an Ut hujusmodi quoque locis adhiberi possit, pro Quam, alii viderint. || Præstat vero ὅπως et alium usum particulæ Quam, de quo dicam in ὅπως pro ὅτι.

Ὅπως, Ut, ἵνα. Et ὅπως μὴ, Ut ne, ἵνα μὴ, Xen. (K. Π. 3, 1, 4.) Ὅπως ἀκούσῃς ἥκεις, Venis ut audias: K. (6, 7.) Ἵνα δ' αὐτῶν μηδὲν ἀντέχηται, πηγνύειν δεῖ τὰς σχαλίδας, ὑπτίας, ὅπως ἂν ἐπαιρόμεναι ἔχωσι τὸ σύντονον: (8.) Στοιχιζέτω δὲ ὑψηλὰ, ὅπως ἂν μὴ ὑπερπηδᾷ. Apud Eund. cum optativo, Ὅπως μὴ δοκοίη. Sic Aristoph. ὅπως ἀποδοίμην. Et Dem. Ὅπως ἐπεξέλθοιτε ὑμεῖς, Ut exiretis obviam. Affertur vero et ὅπως ἐφαίνου ex eod. Aristoph. (Εἰρ. 136.) pro Ut videreris; et ὅπως ἔκεισο e Soph. (El. 1134.) pro Ut jaceres. Et quemadmodum Ut vacat interdum ante Ne, sic ὅπως ante μή: ut ap. Xen. (Ἀπ. 2, 9, 2.) Εἰ μὴ φοβοίμην ὅπως μὴ ἐπ' αὐτόν με τράποιτο. || Ὅπως Bud. exp. etiam ἐφ' ᾧ et ἐπὶ τῷ, afferens e Dem. 185(=443.) Ἐμισθώσατο μὲν τοῦτον εὐθέως, ὅπως συνερεῖ καὶ συναγωνιεῖται τῷ μιαρῷ Φιλοκράτει, καὶ τῶν τὰ δίκαια βουλομένων ἡμῶν πράττειν περιέσται.

Ὅπως autem pro ὅτι, ut etiam a Schol. Æsch. videmus exponi in quodam quem modo protuli loco, usurpatur a primariis etiam Scriptoribus, Thuc. Xen. Nam ex illo affertur ἴσμεν ὅπως, cum Enarratoris expositione, ἴσμεν ὅτι. Apud hunc autem legitur K. Π. 3, (3, 10.) Ἀλλ' ὅπως μὲν, ὦ Κῦρε, καὶ οἱ ἄλλοι Πέρσαι, ἐγὼ ἄχθομαι τρέφων ὑμᾶς, μηδ' ὑπονοεῖτε. Quendam etiam Aristoph. locum protuli, in quo a Schol. exponi ὅτι docui, (nam ὅπως pro ὡς, hoc autem pro ὅτι poni ait,) sed me, uti dixi, nequaquam ei assentiente. || Quinetiam cum dicitur ὅπως τάχιστα, possumus ei hic quoque tribuere illum usum, quem ὅτι cum hoc adverbio aliisque nonnullis habet, itidemque particula ὡς: eundem sc. quem habet particula Quam cum adverbiis itidem superlativi gradus: reddendo ὅπως τάχιστα Quam celerrime, Quam citissime: Eust. autem ὅπως τάχιστα e Soph. affertur λίαν ταχέως. Sed pro Quam celerrime s. Quam celerrime fieri potest, dicunt etiam ὅπως ἐνὶ τάχους: item ὅπως ἔχουσι τάχους, pro Quam celerrime possunt, Quam citissime possunt. Quorum utroque Basilius usus est.

AT VERO in Οὐχ ὅπως longe a præcedentibus diversam signif. habet ὅπως: accipitur enim οὐχ ὅπως pro Non solum non: sequente ἀλλὰ, et quidem adjunctam sæpe habente particulam καί. Isocr. Areop. Οὐχ ὅπως ὑπερεώρων τοὺς καταδεέστερον πράττοντας, ἀλλ' ὑπολαμβάνοντες αἰσχύνην αὐτοῖς εἶναι τὴν τῶν πολιτῶν ἀπορίαν, ἐπήμυνον ταῖς ἐνδείαις, Dem. pro Cor. Οὐχ ὅπως χάριν αὐτοῖς ἔχεις, ἀλλὰ μισθώσας σαυτὸν κατὰ τουτωνὶ, πολιτεύῃ. Quibus in ll. ei respondet particula ἀλλὰ, non adjuncta particula καί: at sequentes loci adjectam illam habent. Xen. Ἑλλ. 5, (4, 34.) Οὐχ ὅπως τιμωρήσαιντο ἀλλὰ, καὶ ἐπαινέσαιεν τὸν Σφοδρίαν. Et ap. Dem. (licet in ejus etiam loco, quem paulo ante protuli, habeas ἀλλὰ, sine καί,) Phil. 2. Οὐχ ὅπως ἀντιπράξειν καὶ διακωλύσειν, ἀλλὰ καὶ συστρατεύσειν, ἂν αὐτοὺς κελεύῃ. Sic denique et Lucian. (3, 198.) Φημὶ γὰρ καὶ γυναιξὶ καλαῖς οὐχ ὅπως συλλαμβάνειν ἐς τὸ εὐμορφότερον, ἀλλὰ καὶ ἐναντιοῦσθαι τὸν κόσμον τὸν πολύν. Dem. interjecit etiam particulam γὰρ inter οὐχ et ὅπως in hoc loco (ubi Bud. vertit, Non enim hoc modo, Neque enim tantummodo,) Orat. c. Mid. (p. 518.) Οὐ γὰρ ὅπως μὴ τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί τινος ἐν ταύταις ἡμέραις ᾤεσθε χρῆναι, ἀλλὰ καὶ τὰ δίκῃ καὶ ψήφῳ τῶν ἑλόντων γιγνόμενα, τῶν ἑαλωκότων καὶ κεκτημένων ἐξ ἀρχῆς τῇ γοῦν ἑορτῇ ἀπεδώκατε εἶναι. Ceterum in hujusmodi ll. possumus οὐχ ὅπως interpretari etiam Tantum abest: quinetiam Nedum, sed mutata orationis structura. At nonnunquam οὐχ ὅπως in posteriore membro ponitur; et tunc apte redditur, Nedum, vel Tantum abest ut, minime mutata orationis structura. Lucian. Καίτοι ἐγὼ μὲν ἀποφράδα μὴ εἰδὼς, ᾐσχυνόμην ἂν μᾶλλον, οὐχ ὅπως εἰπὼν ἀρνηθείην ἄν: (1, 192.) Οὐδὲ μνημονεύσειν εἰς τὴν ὑστεραίαν ἔτι ᾤμην τὸν Δία, οὐχ ὅπως καὶ τηλικαῦτα ἐπ' αὐτοῖς ἀγανακτήσειν, Neque Jovem postridie memorem futurum existimabam, nedum tam graviter hæc laturum. Vel, Tantum abest ut eum tam graviter hæc laturum putarem. Animadvertendum est autem in hoc etiam loquendi genere, ac præsertim quale est in superioribus exemplis, in quibus οὐχ ὅπως in priore membro ponitur, ὅπως præstare usum VOCULÆ ὅτι, (dico autem, in hoc quoque genere loquendi, quod paulo ante alium etiam usum particulæ ὅτι præstare particulam ὅπως docuerim,) cum itidem dicatur οὐχ ὅτι pro Non solum non: ut in hoc Athen. loco, Οὐχ ὅτι ἡμῶν τινὰ προσβλέποντες, ἀλλ' οὐδὲ ἀλλήλους. Sed ne fallatur lector, admonitus esto, in οὐχ ὅπως aliquando etiam pro Ut usurpari ὅπως: ut, Οὐχ ὅπως εὐορκήσῃ πρόνοιαν ποιήσεται. Quem l. Budæus afferens ait, οὐχ ὅπως esse pro οὐχ ἵνα. Verum ego suspicor ὅπως hic esse pro Ut, non tam significante ἵνα, quam eum usum habente quem habere diximus cum Curare, Dare operam: cum dicitur, Curabo ut hoc fiat, Dabo operam ut hoc fiat. Cujus signif. exemplis ante a me productis addo et hoc e Xen. (Œc. 7, 5.) Τὸν δ' ἔμπροσθεν χρόνον ἔζη ὑπὸ πολλῆς ἐπιμελείας, ὅπως ὡς ἐλάχιστα μὲν ὄψοιτο, ἐλάχιστα δὲ ἀκούσοιτο, ἐλάχιστα δ' ἔροιτο. Quod si eund. usum ibi habeat, illa verba, Οὐχ ὅπως εὐορκήσῃ πρόνοιαν ποιήσεται, in ista poterunt resolvi, mutata orationis structura, οὐ τοῦ εὐορκῆσαι πρόνοιαν ποιήσεται.

" Ὄκως, Ionice pro ὅπως dicitur, Herod."

[" Ὅπως, Thom. M. 654. 732. ad Charit. 652. Toup. Emendd. 1, 183. Valck. Hipp. p. 242. 299. Ὅπως, πῶς, Porson. Med. p. 80. ad Lucian. 2, 6. 93. 3, 378. Weisk. ad Xen. T. 5. p. 60. Postquam, Soph. Œd. T. 1241. 1244. Trach. 795. 917. Phil. 614. Aristoph. N. 60. ad Herod. 9. 51. 77. 164. 167. 272. 494. 502. 557. 613. 641. Quoties, 8. 34. 152. 164. 167. 170. 260. 317. 472. 474. 560. 604. 661. 679. 685. Toup. Opusc. 1, 262. (addito τε, Herod. 2, 108.) Cum, Soph. Trach. 765. ad Callim. 1. p. 79. Quemadmodum, Eur. Cycl. 406. Quomodo, de constr., Brunck. ad Poët. Gnom. 314. Aristoph. 1, 77. 82. 167. Phil. 55. Eur. Med. 670.

Porson. p. 79. Ut, de constr., Brunck. Aristoph. 1, 167. 2, 10. 16. 95. Porson. Or. 646. Musgr. 653. Brunck. p. 219. Œd. T. init. 921. 1518. Antig. 776. Trach. 602. Aj. 567. 569. El. 57. 760. Hermann. Obss. Crit. 20. Boeckh. in Plat. Min. 62. ad Herod. 519. Ὅπως etiam Ut finale significans, interdum cum fut. indic. construitur, Brunck. Aristoph. 3, 210. Ὅπως, Ut, cum indic., 1, 193. Εἰρ. 136. Soph. Œd. T. 1392. El. 1134. et Brunck., Musgr. Phœn. p. 188. Segaar. in Daniel. p. 17.: cum infin., ad Diod. S. 1, 415. 597. 655. 2, 408. 467.: cum conj., Herod. 692.: cum optat., Hom. Batrach. 248. Ed. Wolf., Xen. K. Π. 65. Dawes. M. Cr. 267. Brunck. ad Orest. p. 219. De particulæ ὅπως usu Homerico, Heyn. Hom. 5, 700. 6, 44. Ὅπως pro πῶς, Heind. ad Plat. Lys. 25. Charm. 101. Ὅπως et πῶς quomodo differant, Valck. Hipp. p. 301. Ὅπως et πῶς conf., p. 242. ad Lucian. 1, 308. ad Diod. S. 1, 298. Zeun. ad Xen. Mem. 1, 1, 20. ad K. Π. 61. Ὅπως i. q. ὅτι, Herod. 1, 37. extr. Aristoph. Εἰρ. 132. Soph. Œd. T. 548. Pro ὡς, ad Xen. Mem. 2, 4, 2. ad Lucian. 1, 194. Herod. 417. 431. 616. 676. Conf. c. ἐπεὶ, Heyn. Hom. 6, 201. 312.: cum οὕτως, 7, 372. Post verba jubendi, ad Diod. S. 1, 597. Dionys. H. 1, 102.: metuendi, Eur. Heracl. 249. Plato Euthyphr. p. 20. Fisch., Soph. Œd. T. 1074. Post ἐλπίζω, El. 963. Eur. Heracl. 1051. Post οἰκτείρω, Soph. Phil. 169. Post δέομαι, Bast Lettre 192. Post φημὶ, Herod. 128. 254. 255. 579. 616. 676. An interrog., Dawes. M. Cr. 477. Brunck. Aristoph. 1, 254. Collocatio particulæ ὅπως exquisitior, Bibl. Crit. 3, 1. p. 35. De quant., Græfe ad Meleagr. p. 101. De constr., Thom. M. 268. et Add., 613. ad Charit. 460. Dawes. M. Cr. 228. 321. 471. Eur. Heracl. 421. Wakef. Ion. 1146. Musgr. Herc. F. 504. 1281. El. 835. ad Diod. S. 2, 542. Lucian. 2, 99. Wolf. ad Dem. c. Lept. 266. 375. Zeun. ad Xen. K. Π. 16. 21. 62. 63. 94. 149. 498. Abresch. Lectt. Aristæn. p. 12. Xen. Eph. 84. ad Herod. 160. ad Callim. 1. p. 259. Cum fut. indic., Brunck. Aristoph. 2, 19. 125. 3, 221. ad Diod. S. 1, 691. Duker. Præf. Thuc. 1. Porson. Hec. p. 80. Ed. 2. Heyn. Hom. 7, 313. 390. ad Herod. 578. hinc corrig. 579. ad 665. Musgr. Cycl. 626. Cum fut. indic., omisso aut addito ὅρα, Valck. ad Theocr. x. Id. p. 30. 31. Zeun. ad Xen. K. Π. 47. Hutch. 17. Toup. Opusc. 1, 31. Mos. du Soul ad Plut. Ages. 639. Reisk., Bergler. ad Alciphr. 194. Koen. ad Greg. Cor. 89. ad Lucian. 1, 189. 419. ad Herod. 477. Cum conj., Heyn. Hom. 7, 313. 381. 390. Herod. 623. sed malim λάμψεται: cf. 626. ad 631. 735. 738. Xen. Ἑλλ. 2. Schn. Cum optat., Herod. 635. 651. ad 655. 738. Cum gen., ad 722. Abresch. Lectt. Aristæn. 338. Valck. Diatr. 253. Ὅπως ἔχω, cum gen., Thom. M. 635. Boiss. Philostr. 432. Ὅπως cum superl., Soph. Phil. 627. Ὅπως μὴ, de constr., Brunck. Aristoph. 1, 24. 51. 197. 2, 185. 3, 190. Ἀ. 343. Dawes. M. Cr. 227. 321. 459. Muller. ad Plat. Ion. p. 6. Wakef. Trach. 602. Phil. 1069. Heind. ad Plat. Lys. 1122. Charm. 67. Gorg. 109. 112. 113. 218. 228. Schneid. Anab. 38. Lobeck. Aj. p. 304. 385. Brunck. Œd. T. 1075. El. 956. 1403. Eur. Bacch. 363. Valck. Hipp. p. 224. ad Herod. 160. Post ὅπως, it. ὅπως μὴ, fut. indic., Valck. Phœn. p. 35. Brunck. ad Eur. Med. 325. Bacch. 1371. ad Xen. Eph. 270. ad Herod. 160. 216. 500.: Xen. Mem. 1, 2, 37. Φυλάττου, ὅπως μὴ — ποιήσῃς: leg. ποιήσεις. Ἐπιμέλονται, ὅπως μὴ ἔσονται, Xen. K. Π. p. 13. Ante ὅπως, subaud. σκόπει, Markl. Iph. p. 266. Musgr. Iph. T. 321. Wakef. Herc. F. 504. Jacobs. Anth. 7, 357.: Porson. Hec. p. 27. Ed. 2.: (De ὅπως subaudito ὅρα.) 'Plerumque quidem ὅπως vel ὅπως μὴ cum secunda persona, aliquando cum tertia construitur, rarius cum prima.' Φράζεσθαι, ὅπως — de constr., Heyn. Hom. 5, 585. 686. 700. 701. Ὅπως, Ὅπως ἂν, Brunck. Aristoph. 1, 31. 77. 214. 256. 2, 192. ad Diod. S. 1, 643. Ὅπως ἂν, Eur. Iph. A. 539. Hel. 748. 899. Aristoph. Λ. 267. Brunck. 2, 10. 3, 9. Plato Lys. p. 15. Brunck. Œd. C. 188. Aj. 1222. Hermann. Obss. 22. Eur. Med. 938. Alc. 782. De sede, Brunck. ad Aristoph. N. 776. Cum optat., Herod. 625. Ὅπως ἂν μὴ, seq. conj., Eur. Phœn. 760. Ὅκως ἂν post δεῖσθαι, Herod. 165. Πῶς ὅπως; Heind. ad Plat. Hipp. 153. Ναῦς ὅπως, Veluti navis, Wakef. Herc. F. 1099. 1405. Wakef. Phil. 845. Jacobs. Anth. 6, 405. Ὅπως πρῶτα, Simul ac, Hesiod. Θ. 156. Ὅπως δὴ, Heind. ad Plat. Phædr. 320. Eur. Or. 79. Ὅ. δή ποτε, Dionys. H. 2, 824. Ὅ. ποτὲ, Casaub. Athen. 1, 70. ad Mœr. 51. Dionys. H. 2, 829. Οὐχ ὅ., seq. ἀλλὰ, ad Phalar. 298. Thom. M. 471. Μὴ ὅ., ἀλλ' οὐδὲ, Xen. K. Π. 41. Οὐχ ὅ., ἀλλ' οὐδὲ, Wyttenb. Select. 410. ad Diod. S. 1, 45. 68. 186. Phalar. 166. Lucian. 1, 192. 440. 501. Zeun. ad Xen. K. Π. 731. Οὐκ ἔσθ' ὅ., Valck. Hipp. p. 230. Dawes. M. Cr. 276. Ἔσθ' ὅπως —, interrogantis, Lucian. 1, 87. Ὅπως τί δράσῃ; Brunck. Œd. C. 1725. cf. El. 390.: Eur. Med. 1059. Οὔ τοί ποτ' ἔσται τοῦθ', ὅπως — παρήσω —. Ἔπλευσ', ὅπως ἔπλευσα, Porson. Or. 79. Soph. Œd. T. 1376. (1458.) C. 273. 336. Both. ad Soph. Fr. p. 87. Ὅκωσπερ, Lucian. 3, 475. 481. Ὁπωσοῦν, ad 2, 8. Thom. M. 655. Duker. Præf. Thuc. 9. Ὁπωστιοῦν, Thom. M. 655. Plato Phædr. 291. Heind. ad Apol. p. xxi. Xen. K. Π. 64." Schæf. Mss. "Ὅπως οὖν pro ὁπωσοῦν scorsim scribitur ap. Chrys. de Sacerd. 4, 5. p. 182. bis." Routh. Mss.]

P.

"P, ap. Eretrienses frequenti erat in usu; eam "enim non paucis vocibus contra morem aliorum "inserebant:" [Plato Cratylo p. 434.] "Poëtæ autem "nonnullis vocabulis eam inseruisse comperiuntur, "ut sonum asperiorem efficerent. Quinetiam in "vocibus nonnullis, quas cum Poëtis communes alii "Scriptt. habent, ascititium esse existimatur: ut in "*οἶστρος* et *ἀλάβαστρον*. Vide Eust." ["P et Γ conf., Jacobs. Anim. 258. P et N, Anth. 10, 251. P et I, vide I." Schæf. Mss. Strabo 10. p. 688. Inscr. ap. Mus. Cr. Cantabr. 1, 536. * "'Αντιῤῥῶ, Rho inversum, nota librariorum, Montf. Palæogr. 132." Kall. Mss.] "'Ρωβικώτερος, Qui vix potest pronuntiare *ρ* "literam, VV. LL." ["'Ρωβικὸς, Qui literam *ρ* bene et plane proferre potest, Kuhnius. Diog. L. (2, 108.) Euclide p. 87. HSt. (=143.) 'Ο *ὑβριστικὸς δ' Εὐβουλίδης κερατίνας ἐρωτῶν, Καὶ ψευδέσ' ἀλάζοσι λόγοις τοὺς ῥήτορας κυλίων, Ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένους τὴν * ῥωβοστωμυλήθραν· ἐῴκει γὰρ αὐτοῦ καὶ Δημοσθένης ἀκηκοέναι, καὶ ῥωβικώτερος ὢν παύσασθαι.*" Seager. Mss. Ceteræ autem Edd. habent * 'Ρωποστωμυλήθρα, Suidas male * 'Ρομβοστωμυλήθρα. Cf. 'Ρωποπερπερήθρας, et not. ad Plut. Dem. 9.]

"'PA, particula *παραπληρωματική*, i. e. Expletiva, "quæ ex ἂρ facta videtur, per metathesin. Quidam "*σύνδεσμον παραπληρωματικὸν* appellarunt. Est au"tem ex encliticis: et redditur Certe, Utique: vel "tanquam omnino vacans, ideoque interpretationem "non postulans, prætermittitur. Od. Z. (329.) *αἴδετο* "*γάρ ῥα Πατροκασίγνητον*. Atque ut hic particulæ "*γὰρ* subjungitur, sic alibi cuipiam alii: ut in prin"cipio Il. B. voculæ *μέν*: et utrique redditur *δέ*. "Dicitur etiam *ὅς ῥα*, ut *ὅς γε*, pro *ὅς*. Interdum "accentum retinet, in nonnullis quidem certe ex"empl.: veluti post *ἦ*: cum dicitur *ἦ ῥά*." ["Heyn. Hom. 4, 261. 6, 142. 571. 593. 610. 614. 617. 7, 28. 66. 68. 73. 77. 93. 96. 107. 161. 195. 239. 242. 7, 254. 370. 375. 379. 464. 479. 489. 502. 602. 8, 29. 38. 71. Clark. ad Il. A. 56. B. 1. 742. ad Il. Δ. 459. 501. 524. E. 543. 858. N. 793. ad Herod. 327. An *ἤ ῥα*? Lobeck. Aj. p. 442. De *ὅῤῥα*, Heyn. Hom. 7, 181. Brunck. Apoll. Rh. 124. 159. De * *τόῤῥα*, ad Il. Π. 228. *Καί ῥα*, Ernest. ad Batrach. p. 416. Valck. Callim. 294. *Ὅτι ῥα*, Heyn. Hom. 4, 30. *Ὅς ῥά τε*, 7, 71. 104. Il. Γ. 61. *Γάρ ῥ'*, Heyn. Hom. 6, 241. 524. *Ἐπεί ῥά γε*, 7, 72. *Εἰ δή ῥα*, 125." Schæf. Mss. "*'Ρά γε*, Hom. H. in Apoll. 3. *'Ρά τε*, Orph. Arg. 168. Il. M. 304." Wakef. Mss. *Τίς ποκα ῥᾶ*, Alcman ap. Apollon. de Adv. 566.]

'ΡΑΒΔΟΣ, ἡ, (invenitur autem scriptum ETIAM 'Ρᾶβδος, de qua scriptura dicam infra, ubi sc. singulas signiff. recensuero,) Virga: ut Virg. quoque et Ovid. interpr. ap. Hom., Virgam appellantes, quam ille vocavit *ῥάβδον*, de Circe loquens, Od. K. (389.) *Κίρκη δὲ δι' ἐκ μεγάροιο βεβήκει 'Ράβδον ἔχουσ' ἐν χειρί*: (238.) *αὐτίκ' ἔπειτα 'Ράβδῳ πεπληγυῖα, κατὰ συφεοῖσιν ἐέργνυ*: (319.) *οὐδέ μ' ἔθελξεν, 'Ράβδῳ πεπληγυῖα*: (293.) *Ὁππότε κεν Κίρκη σ' ἐλάσῃ περιμήκεϊ ῥάβδῳ*. Itidem enim Virg. cecinit, Aurea percussum virga, sparsumque venenis Fecit avem Circe. Ovid. autem de eadem loquens, et quidem illos ipsos Ulyssis socios mutante in porcos, Metam. 14. Et tetigit summos virga dea dira capillos: paulo post, conantem virga mulcere capillos. Ubi, nam et hoc observatione non indignum est, Mulcere virga dicitur, quæ ex Hom. diceretur non simpliciter *θέλγειν ῥάβδῳ*, sed *θέλγειν ῥάβδῳ πεπληγυῖα*. At quod dicit hic *πλῆξαι ῥάβδῳ*, et *ἐλάσαι*, magis ad verbum interpretabimur e Virg., Percutere virga, (ut in versu quem modo protuli, Aurea percussum virga,) quam Tangere, ex Ovidio, Et tetigit etc. Quinetiam ut Mercurio tribuitur *ῥάβδος* ab Hom., sic Virga a Lat. Poëtis: et nominatim a Virg., qui de ipso Mercurio cecinit, Tum virgam capit; hac animas ille evocat Orco Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit; Dat somnos, adimitque, et lumina morte resignat: ad istos Homeri versus respiciens, quibus ultimum Odysseæ librum exorsus est, *'Ερμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο Ἀνδρῶν μνηστήρων· ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσὶν, Καλὴν, χρυσείην· τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει Ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει*. Et in versu proxime sequenti, *Τῇ ῥ' ἄγε κινήσας· αἱ δὲ τρίζουσαι ἕποντο*. Sed et Horat. hoc Mercurii munus describens, Virgam vocavit itidem, quam Homerus *ῥάβδον*: Od. 1, 10. Tu pias lætis animas reponis Sedibus, virgaque levem coërces Aurea turbam. Idem hanc *ῥάβδον* non simpliciter Virgam, sed Horridam virgam appellat, 1, 24. Non vanæ redeat sanguis imagini, Quam virga semel horrida—Nigro compulerit Mercurius gregi. At vero ad illud *ῥάβδον χρυσείην* pertinet epithetum *χρυσόῤῥαπις*, quod Mercurio non semel ab Hom. tribuitur. An autem *χρυσόῤῥαπις* reddi etiam possit Caducifer, quod epithetum Lat. Poëtis est usitatum de Mercurio, atque itidem *ῥάβδος*, Caduceum, (ut sc. hæc virga esse dicatur i. q. *κηρυκεῖον*,) aliis expendendum relinquo.

'Ράβδος in soluta etiam oratione frequens est, et quidem multiplicem usum habens: adeo ut Bacillum etiam reddere possimus alicubi. Interdum enim de Virga dicitur qua equum percutimus; Xen. 'Ιππ. (8, 4.) *Ἢν δὲ μὴ ἐθέλῃ, ἔχων τις μάστιγα ἢ ῥάβδον, ἐμβαλέτω ὡς ἰσχυρότατα*. In alio ejusdem libri loco (11, 4.) dicit *ῥάβδῳ κρούειν*, et *βακτηρίᾳ παίειν*, de equo itidem loquens. Herodian. dixit etiam, equites quosdam moderari cursum equorum *ῥάβδῳ μόνῃ*, absque frænis: 7, (9, 13.) *Καὶ ἱππεῖς ἄριστοι, ὡς καὶ χαλινῶν ἄνευ ῥάβδῳ μόνῃ τὸν δρόμον τῶν ἵππων κυβερνᾷν*. Apud Lucillium autem, Epigr. p. 187. meæ Ed. *ῥάβδος* etiam vocatur Cujus usus est ad abigendos canes; ita enim minatur cuidam Cynico philosopho, *Ἂν δὲ * παραρπάζῃς ἄρτους καὶ κλάσματ' ἀναιδῶς, Κἀγὼ ῥάβδον ἔχω, καί σε λέγουσι κύνα*, ubi certe Baculum vel Scipionem videmur debere potius interpretari quam Virgam. Plurali autem numero *ῥάβδοι* sæpe de Virgis quibus cædebantur pueri, aut servi, aliive: unde *ξαίνειν ῥάβδοις* et *ξαίνεσθαι*, item *τύπτειν* et *τύπτεσθαι*. Plut. Alex. *Πρὶν ἐπιδεῖν Μηδικαῖς ῥάβδοις ξαινομένους Μακεδόνας, καὶ Περσῶν δεομένους*, Plut. Symp. 6. *Τῶν οἰκετῶν ἕνα τύπτοντες ἀγνίαις ῥάβδοις*. Ubi * *ἀγνίαις* scribendo, intelligemus *ῥάβδοις ἄγνου*: ut dicuntur *ῥάβδοι μυρσίνης* ab Eod. in Quæst. Rom. *'Ράβδοις ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐκολάσθη μυρσίνης*. Quinetiam *ῥάβδους* cum *μάστιγας* copulavit Idem in Camillo. Sæpe vero ap. eos qui de rebus Romanis scripserunt, *ῥάβδοι* e Romani sermonis consuetudine interpretari debemus Fasces. Plut. Popl. *Ὑπὸ ῥάβδοις ὁμοῦ πάσαις καὶ πελέκεσι*: Quæst. Rom. *Διὰ τί τῶν στρατηγῶν αἱ ῥάβδοι συνδεδεμέναι προσηρτημένων τῶν πελέκεων φέρονται*. Herodian. 7, (6, 4.) *Αἵ τε ῥάβδοι ἐδαφνηφόρουν*, ubi eas facit duplices, sc. *βασιλικὰς* et *ἰδιωτικάς*: addit enim, *Ὅπερ ἐστι σύμβολον εἰς τὸ διαγνῶναι τὰς βασιλικὰς ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν*. Polit. tamen et hic interpr. Virgas. Et *τὰς ῥάβδους ὑφεῖναι*, quod Lat. dicebant Fasces summittere, Plut. Popl. p. 32.

'Ῥάβδος, Virga viscata, qua falluntur aves, ut dixit Ovid., Metam. 15. nec volucres viscata fallite virga. Apud Aristoph. Ὄρν. (527.) ὀρνιθευτὴς dicitur ἱστάναι βρόχους, et παγίδας, et ῥάβδους, item ἕρκη, et νεφέλας, et δίκτυα, ac πηκτάς. Schol. autem in hanc vocem ῥάβδους, annotat, γράφεται σταυρούς: et addit, ἔστι δὲ εἶδος δικτύου, ὃ χρίουσιν ἰξῷ: quæ verba non dubium est quin referantur ad illud ῥάβδους potius quam ad hoc σταυρούς. Sed videndum an εἶδος δικτύου appellare ῥάβδους illas debuerit, i. e. Genus retis.

'Ῥάβδος, Ramus: ut ῥάβδοι λεπταὶ, Diosc. Rami tenues. Sic autem et Plin. interpr. ap. Eund., cum hunc ejus locum, Τράγιον φύεται μὲν ἐν Κρήτῃ μόνῃ, ἔχει δὲ τὰ φύλλα σχίνῳ ὅμοια, καὶ τὰς ῥάβδους, καὶ τὸν καρπὸν, ita reddit, Tragion nascitur in Cretæ tantum insulæ maritimis, junipero similis et semine et folio et ramis. Sed palmæ rami peculiariter vocati fuisse ῥάβδοι existimantur. || 'Ῥάβδοι, Sarmentum, eod. Plinio interprete, cum casiæ crassius sarmentum vocat quod Theophr. τὰς ῥάβδους πλατυτέρας.

'Ῥάβδος, Bacillus, aut etiam Baculus, vide supra in 'Ῥάβδος pro Virga. Sed et ap. Serv. Grammaticum habemus vocem ῥάβδον expositam Pedum, h. e. Baculum recurvum.

'Ῥάβδος, Hastile, Bud., afferens Xen. K. (10, 3.) Τὰ δὲ ἀκόντια ἔχοντα τὰς λόγχας εὐπλατεῖς, ῥάβδους δὲ στιφράς· τὰ δὲ προβόλια πρῶτον μὲν λόγχας ἔχοντα ἀποκεχαλκευμένας κατὰ τὸ μέσον, καὶ τὰς ῥάβδους κρανείας. Existimo autem pro hac Bud. interpr. facere, quod legimus ap. Virg. G. 2. et rasæ hastilia virgæ. Licet hic de hastilibus ad alium usum comparatis agatur.

'Ῥάβδοι, clypeis etiam tribuuntur ab Hom., ubi dupliciter posse exponi docet Eust. 905. fin.

'Ῥάβδος in aëre vocatur Arcus cœlestis exhibitio in directum conformata, ut quidem vertit Bud. definitionem Aristotelis in l. de Mundo: ῥάβδος ibi reddens Virga. Illius autem verba, loquentis de iis quæ in aëre apparent, sed speciem tantum exhibentia, 'Ῥάβδος δέ ἐστιν ἴριδος ἔμφασις εὐθεῖα.

'Ῥάβδοι, Venæ terræ in metallis, Bud. e Theophr. C. Pl. 4, 13. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς μετάλλοις ῥάβδους, οὕτω κἀν τοῖς ἐργασίμοις ὑπολαβεῖν χρὴ διατετάσθαι τὴν μὲν, τοιάνδε, τὴν δὲ, τοιάνδε, παραλλήλας: quæ Gaza ita vertit, Ut enim in metallis, sic et in arvis putandum venas spatiari vicinas, diversas inter sese.

'Ῥάβδοις διαποίκιλος idem Gaza ap. Aristot. vertisse traditur Lineis intervenientibus varius. Sed crediderim posse nos et hic ῥάβδοις interpretari Virgis, respicientes ad Ovid., cui similes alii alibi reperiuntur de Arte Am. 1. de tauro quodam, Signatus tenui media inter cornua virga: Una fuit labes, cetera lactis erant. Quo pertinet Virgatæ tigres.

'Ῥάβδους in vestimentis quoque quidam interpr. Lineas: ut cum scribit J. Poll. 7, (53.) purpureas ῥάβδους intertextas tunicis vocari παρύφους. Quo pertinent quæ Serv. in Æn. 8. annotat, Virgatis lucent sagulis. Quæ, inquit, habebant in virgarum modum deductas vias. Et bene allusit ad Gallicam linguam, per quam virga purpura dicitur. Virgatis ergo, ac si diceret Purpuratis. Hæc ille; sed Virgatis aliter quoque ibi exp.

'Ῥάβδοι, Virgulæ et obeli qui versibus Homeri ascribebantur, VV. LL. Possint autem fortasse vocari hujusmodi ῥάβδοι, Virgæ censoriæ: e Fabio, ita scribente, 1, 5. Quo (judicio) ita severe sunt usi veteres Grammatici, ut non versus modo censoria quadam virga notare, et libros qui falso viderentur inscripti, tanquam subdititios, summovere familia permiserint sibi, etc. Verum hic alia exempl. habent, Virgula, non Virga. [Schol. Pind. N. 2. init.]

Partim autem ab ἔῤῥαφα, partim ab ἐῤῥάφην esse puto COMP. Ἱστιοῤῥάφος, ET Δολοῤῥάφος, ET Κακοῤῥάφος, ET Μηχανοῤῥάφος, ET Πολύῤῥαφος: et quidem ex his solum hoc postremum, cui etiam diversa sedes est accentus, esse ab illo aor. 2 pass. utpote passivam habens signif., (ut habet ET Δολοῤῥαφὴς) cetera, et quæ illis similia sunt, esse ab ἔῤῥαφα. Præterea in Ἱστιοῤῥάφος quidem, de quo alibi, et in Πολύῤῥαφος propriam signif. retinet hoc verbum: at in ceteris illis habet metaphoricam. Et de Δολοῤῥάφος quidem dixi paulo ante, in Ῥάπτω: de δολοῤῥαφὴς, in Δόλος, T. 1. col. 1039. de Μηχανοῤῥάφος autem, T. 2. col. 924. At de Κακοῤῥάφος dicendum erit in Κακός. [At minime dictum est.] Ut igitur nunc ad Πολύῤῥαφος veniam, passivam, uti dixi, signif. habere sciendum est, et exponi Multum sutus, ap. Soph. Aj. (575.) πολυῤῥάφου Πόρπακος. Fortasse autem non minus commode reddetur Multipliciter sutus, consutus. Affertur ET Πολυῤῥαφὴς, ejusd. formæ cum illo δολοῤῥαφὴς, e Nonno (Jo. 127.) pro πολύῤῥαφος positum. " Ἄῤῥαφος, Non sutus, sutilis, Sutura " carens, Joann. Evang. 19, (23.) de tunica Christi, " Ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄῤῥαφος." [Schleusn. Lex. N. T. Theoph. Protosp. 858. Κεφαλὰς ἀῤῥάφους εὑρεθῆναι. * Ἀῤῥαφὴς, Arat. ap. J. Poll. 2, 38.] " Εὐραφὴς, " Bene s. Pulcre sutus," [" Jacobs. Anth. 9, 217." Schæf. Mss. Κακοῤῥάφος, vide supra. * Κακοῤῥαφέω, Synes. 286.] " Κακοῤῥαφία, ἡ, Malorum con- " sutura, i. e. Malorum machinatio, κακομηχανία, " Od. (B. 236.) Ἔρδειν ἔργα βίαια κακοῤῥαφίῃσι νόοιο, " M. (26.) ἵνα μή τι κακοῤῥαφίῃ ἀλεγεινῇ Ἢ ἁλὸς ἢ " ἐπὶ γῆς ἀλγήσετε πῆμα παθόντες, Il. O. (16.) Οὐ " μὰν οἶδ' εἰ αὖτε κακοῤῥαφίης ἀλεγεινῆς Πρώτη ἐπαύ- " ρηαι, καί σε πληγῇσιν ἱμάσσω. Metaph. autem est " a sutoribus, qui coria consuunt: ut etiam cum Od. " Π. (423.) dicit κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισι. Plautus " itidem dicit Consutos dolos, Huc advenisti consutis " dolis. Hes. affert ET Κακοῤῥαφέας pro κακοποιοὺς, κα- " κοπράγμονας, Malorum machinatores, Dolorum con- " sutores." [* Παλαιοράφος, Gl. Veteramentarius, Veterivallus, Veterarius: * Παλαιοράφιον· Subtriballum.] Eand. originem habent, sc. ab ἔῤῥαφα, etiam SUBSTANTIVA Ῥαφὴ ET Ῥαφίς. Est autem ῥαφὴ Sutura. Cujus vocis ῥαφὴ frequens ap. Medicos usus de capite: qua et reliqui alii utuntur, cum alia ei συνώνυμος desit, ut opinor. Plut. (8, 332.) Πλὴν δόξαι γε, τῆς κεφαλῆς ἅμα ψόφῳ προσπεσόντι πληγείσης, τὰς ῥαφὰς διαστάσας, μεθιέναι τὴν ψυχήν. Caput, inquit Cam., concinnatum est de pluribus ossibus, quæ, ut serra dentata, inter se aptantur atque conseruntur. Hæ ῥαφαὶ sunt, suisque nominibus a Medicis distinguuntur, ut στεφανίτιδες et ῥαβδοειδεῖς et λεπιδοειδεῖς, et aliis quoque appellationibus notentur. Eas autem, quas dixi ῥαφὰς, quidam Commissuras, Plin. Compages, Celsus, Græcam interpretans appellationem, Suturas vocavit. Et harum exposita nomina sic interpretari liceat, ut dicamus Coronarias, et Virgatas, et Squamatas. Hæc Cam. Quoniam autem frequenter occurrit hoc vocab. ap. Medicos, interdum vero et ap. ceteros Scriptores, uti dixi, afferam de eo quædam et e Gorr.: Ῥαφὴ, inquit, Sutura: est species συναρθρώσεως. Est autem ossium compositio quædam consutis rebus similis, ut in capitis ossibus habetur. Eam nonnulli volentes explicare, definiunt esse σύνταξιν serratam, i. e. similem conjun-

ctioni serrarum sese mutuo contrario occursu ingredientium: cum sc. dentatæ unius partes in crenas alterius inseruntur. Alii vero definiunt esse Compagem ossium ad unguem factam: ut hic similem ossium compositionem intelligamus, quæ et aliarum rerum est quæ in unguem committi dicuntur: cum sc. gibbæ partes ad unguium figuram structæ sinus sibi idoneos subeunt. Talis quidem juncturæ ratio in unguibus et digitis et pectinum dentibus invicem implexis apparet. Talem etiam fabri lignarii omnium firmissimam ac tutissimam quotidie nobis repræsentant, et in caudam hirundinum factam lignorum commissuram appellant: quod ligni turberculum paulatim latescens, hirundinis volantis caudæ modo, in idoneam et æqualem sibi cavitatem etiam paulatim latescentem arctissime et firmissime inseritur. Non est tamen compago hæc ad suturæ rationem semper necessaria, sed per harmoniam facta σύνθεσις, ῥαφὴ dicta est a recentioribus Anatomicis. Plura autem ap. eum videnda tibi relinquo. [" Wolf. Prol. Hom. 96. ad Herodian. Philet. 448. ad Herod. 730." Schæf. Mss.] Ceterum non dubito quin illa compp. quæ paulo ante protuli, Ἱστιοῤῥάφος, Δολοῤῥάφος, etc., aliquis ab hoc nomine potius deducturus sit; sed non video quid obstet quin eandem et illis et huic derivationem tribuamus. Quod autem de hujus substantivi et illorum compp. derivatione dico, idem de aliorum quoque multorum, quæ hujus generis sunt, dictum intelligi volo. In VV. LL. habetur ETIAM Ῥαφία pro Sutura; sed hoc vocab., sicut alia infinita, ignorantiæ eorum qui vulgarium Lexicorum consarcinatores fuerunt, ascribendum censeo. Ita enim in illis legitur, Ῥαφία, Sutura. Interdum et pro Consilio capitur: unde κακοῤῥαφία, κακοβουλία. Atqui debuerant boni illi viri considerare, in compp. nominibus adjectivis mutari solere terminationem substantivorum, et quæ in compositione locum habent, non itidem seorsum et per se recepta esse. Venio ad alterum SUBSTANTIVUM, Ῥαφὶς, ίδος, ἡ, quo significatur Suendi s. Suturæ instrumentum, i. e. Acus. Vide Ῥαφιδεύς. Habet autem et alias signiff. hoc nomen ῥαφίς. Ita enim dictum fuit Quoddam calceamenti genus: necnon Olus quoddam sylvestre lapsanæ simile, si Hesychio credimus: qui addit significare et ῥάβδον. Est vero et Nomen piscis, qui etiam βελόνη appellatur, quo nomine vocatur et Acus instrumentum. [Lobeck. Phryn. 90. Opp. Ἁ. 1, 172. 3, 577. 605. K. 2, 592. " Ad Thom. M. 28. 150. Phryn. Ecl. 32. De quant., 70. 72. ubi omnino de h. v. Conf. c. γραφὶς, Jacobs. Anth. 12, 114." Schæf. Mss. * Ῥαφιδοθήκη, Gl. Acicarium, Acuclarium.] Ab hoc autem Ῥαφὶς EST Ῥαφιδεὺς, de Eo dictum qui utitur instrumento quod ῥαφὶς vocatur, i. e. de Sutore: in hoc disticho incerti Auctoris, Epigr. Κουρεὺς καὶ ῥαφιδεὺς κατεναντίον ἦλθον ἀγῶνος, Καὶ τάχα νικῶσιν τὸν ξυρὸν αἱ ῥαφίδες. [Anal. 2, 418.] Ab hoc autem nomine Ῥαφιδεὺς est VERBUM Ῥαφιδεύω, Suo, Consuo. Cujus verbale EST Ῥαφιδευτὸς, Sutus, Consutus; Acu textus, VV. LL. ubi additur, Τὰ ὑφαντὰ καὶ ῥαφιδευτὰ ex Exodo (37, 21.) Ibid. 27, (16.) Τῇ ποικιλίᾳ τοῦ ῥαφιδευτοῦ. Sed hic gen. est potius a NOMIN. Ῥαφιδευτὴς quam a ῥαφιδευτός. [Salmas. ad Vopisc. p. 11. * Ῥαφιδευτικὸς, Schleusner. Lex. in V. T. "Ῥαφιδευτικὴ, sc. τέχνη, Ars suendi, Chrys. Serm. 72. T. 6. p. 733, 41. Ἔδωκεν ὁ Θεὸς χάρισμα δωρεᾶς— * χρυσοποιΐκῆς, λιθουργικῆς, ῥαφιδευτικῆς." Seager. Mss.] Invenitur etiam DIMIN. Ῥαφίον, Parva acus, Subula: ῥαφίῳ τῷ κεντηρίῳ, Subula, qua artifices quippiam perforant. Gorr. e Gal. [* Ῥαφεὺς, Sutor, Æsch. Ag. 1612. * Ῥαφεῖον, Gl. Sutrina.]

Bacchi etiam EPITH. Εἰραφιώτης huc pertinet, secundum quosdam: qui tradunt ita cognominatum διὰ τὸ ἐῤῥάφθαι ἐν τῷ μηρῷ τοῦ Διὸς, Quod insutus fuerit femori Jovis. In VV. LL. Assutitius; sed malim, si fingendum vocabulum est, Insutitius. Dionys. P. p. 93. Ed. patris mei, Οὐχ, οὕτω Θρήϊκος ἐπ' ἠϊόσιν Ἀψύνθοιο Βιστονίδες καλέουσιν ἐρίβρομον εἰραφιώτην, κ. τ. λ. In quem l. Eust. annotat et aliud hujus epitheti etymum; dicit enim ita vocatum vel

A παρὰ τὸ ἐῤῥάφθαι ἐν τῷ μηρῷ τοῦ Διὸς, vel παρὰ τὸ ἔριν φαίνειν: quod οἶνος ὑπὲρ μέτρον πινόμενος sit πατὴρ ἔριδος. Sed legimus ap. eund. Poëtam, p. 134. ἐπεὶ γὰρ ἀνὰ χθόνα λύσατο κείνην Ζεὺς αὐτὸν Διόνυσον εὐῤῥαφέος παρὰ μηροῦ: quod certe prius illud etymum confirmat. Pro quo facit ETIAM Μηροῤῥαφὴς ejusd. Bacchi epithetum, i. e. Femori insutus: qui μηρὸς propterea vocatur εὐῤῥαφὴς in proxime præcedente loco Dionysii. Observa autem obiter et hæc duo compp. Μηροῤῥαφὴς atque Εὐῤῥαφὴς, addenda quibusdam superioribus quæ ejusd. formæ sunt. Sed videtur εὐῤῥαφὴς μηρὸς dici potius Pulcram s. Elegantem suturam habens (quod eleganti quodam suturæ genere Bacchus ei esset insutus) quam Pulcre s. Bene consutus. Atque ita fuerit potius a nomine ῥαφή. [" Ruhnk. ad H. in Cer. p. 1. 2. Wassenb. ad Hom. 146. Jacobs. Anth. 10, 408." Schæf. Mss. Nonn. D. 9, 250.]

Ἀναῤῥάπτω, Consuo, Consarcino: unde præt. pass. ἀνεῤῥαμμένος, Consutus, Consarcinatus. Exp. B vero et Resarcio, Reconcinno, VV. LL. [Plut. Numæ Compar. 4. * Ἀναῤῥαφὴ, Paul. Ægin. 6, 8. Aët. p. 136. ubi perperam ἀῤῥαφὴς extat. * Ἀναῤῥαφικὸς, Paul. Ægin. p. 178, 42. σμιλίον, at p. 181, 33. vitiose legitur ἀναραφίσκον σμ.]

Ἀποῤῥάπτω, Consuo, Consuendo obstruo, Plut. περὶ Φιλοπλουτίας, de patribus loquens filios ad avaritiam hortantibus, Τοῦτο δέ ἐστιν οὐ παιδεύειν, ἀλλὰ συστέλλειν καὶ ἀποῤῥάπτειν τὸ βαλάντιον, ἵνα στέγειν καὶ φυλάττειν τὸ εἰσβληθὲν δύνηται. Sic dicitur et ἀποῤῥάπτειν στόμα, Obstruere os, quasi consuendo, ut Æschin. utitur, (31.) Τοιαῦτα ἐρεῖν ἔφη ὥστε ἀποῤῥάψειν τὸ Φιλίππου στόμα, Se obturaturum os Philippo, Se facturum ut Philippus ne hiscere quidem posset. Chrys. hoc loquendi genus imitatus est in 1 ad Cor. Ὥστε ἀποῤῥάψαι τῶν αἱρετικῶν τὰ στόματα. Utitur et in Epist. ad Romanos. Uno verbo hoc dicitur ἐπιστομίζειν. [" Toup. Opusc. 2, 176." Schæf. Mss. Philo 2. p. 226. P.]

[* Διαῤῥάπτω, Gl. Persuo, " Acu s. radio interC sero, Intertexo, Chrys. in Matth. Hom. 49. T. 2. p. 317, 22. Ὅταν γὰρ τὰ νήματα, τὰ σηρικὰ, ἃ μηδὲ ἐν ἱματίοις ὑφαίνεσθαι καλὸν, ταῦτα ἐν ὑποδήμασι διαῤῥάπτητε, πόσης ὕβρεως, πόσου γέλωτος ταῦτα ἄξια;" Seager. Mss. Plut. 10, 70. Cat. Min. 70. * Διαῤῥαπτέον, Oribas. Cocchii p. 157, 13. * Διάῤῥαμμα, Plut. 10, 70.]

Ἐνράπτω, Insuo, Plut. (7, 50.) Τὸν δὲ Λέανδρον ἐνράψαντες εἰς βύρσαν, κατεπόντισαν. Aor. 1 med. legitur ap. Herod. Ἐνεῤῥάψατο ἐς τὸν μηρόν. [" Wessel. ad Herod. 175. 197. ad Diod. S. 1, 233. Ἐῤῥάπτω, Jacobs. Anth. 9, 393. ad Dionys. H. 5, 339." Schæf. Mss. * "Ἔῤῥαμμα, Insumentum, Clem. Alex. 213." Kall. Mss. * Παρενράπτω, Anal. 3, 303. παρενεῤῥάψαντο πεδίλῳ.]

Ἐπιῤῥάπτω, Assuo. Plut. Apophth. (p. 721.) commemorat Lysandrum iis, qui illum vituperabant, quod pleraque dolo ageret, respondisse, Ὅπου μὴ ἐφικνεῖται ἡ λεοντῆ, προσραπτέον εἶναι ἐκεῖ καὶ τὴν ἀλωπεκῆν, Cum leonina pellis aliquo non perveniret, D tunc assuendam ei esse vulpinam. Sed in quadam Ed. horum Apophth., in qua seorsum excusa sunt, προσραπτέον mutatum perperam fuit in προσγραπτέον: ab aliquo, ut credibile est, cui προσγράφω quidem notum erat, at προσράπτω, non item. Sed et ap. Erasm. Chil. legitur πρόσαψον, fortasse e Zenodoto: Ἂν ἡ λεοντῆ μὴ ἐξίκηται, τὴν ἀλωπεκῆν πρόσαψον: quæ ita vertit, Si leonina pellis non satis est, vulpina addenda. Nec tamen dubito, quin hic sit πρόσαψον itidem pro πρόσραψον mendose positum. Fateor alioqui, secus etiam efferri hoc Prov. Legitur enim ap. Greg. Τῇ λεοντῇ τὴν κερδαλῆν ἐγκρύπτων. || Ceterum in hoc quoque l., qui in VV. LL. affertur e Dionys. 3. Ἐπιῤῥάψας αὐτοῖς τὴν ἵππον, mendose scriptum esse existimo illud ἐπιῤῥάψας pro ἐπιῤῥάξας. [" Wakef. S. Cr. 5, 154." Schæf. Mss. Nonn. D. 9, 3. ἐπέῤῥαφεν ἄρσενι μηρῷ.] Ἐπίῤῥαμμα, q. d. Assumentum, [Gl.] Quod assutum est, [J. Poll. 4, 119. * " Ἐπίῤῥαψις, Hes. v. Λώπιστος." Wakef. Mss.]

" Καταῤῥάπτω, Insuo. Aliis Consuo, Persuo."

[" Wakef. Eum. 26." Schæf. Mss. Plut. M. Anton. 82. * Καταῤῥαφὴ, Paul. Ægin. 6, 8.] " Καταῤῥαφος, Consutus, Pannosus, Bud. e Luciano (3, 409.) pro E commissuris constans, Non integer." " Ἐγκαταῤῥάπτω, Insuo, Desuo in, Xen. (K. 6, 1.) Ἐγκατεῤῥαμμέναι δὲ ἐγκεντρίδες, ἵνα τὰ γένη φυλάττωσι, Insuti aculei."

[* " Μεταῤῥάπτω, Phryn. Προπαρ. 39, 23." Boiss. Mss.]

Παραῤῥάπτω, q. d. Juxta suo. Exp. et Assuo, sicut προσράπτω, VV. LL. Item Consuo, in h. l., cujus Auctor non nominatur, Παραῤῥάπτουσι δέρματα περὶ τὰς σισύρας, [ex Herod. 4, 109. * Παράραμμα, Hes. 729.]

[* Περιῤῥάπτω, Gl. Suo, Cusio, leg. Consuo. " Ad Diod. S. 2, 472." Schæf. Mss.]

[* " Προσράπτω, Jacobs. Anth. 7, 313. 8, 281." Schæf. Mss. Schol. Aristoph. Ὀρν. 1377. Hippocr. 704. 828. " Const. Manass. Chron. p. 112. Phryn. Προπαρ. 39, 21." Boiss. Mss. * " Ποτιῤῥαπτέσκω, Toup. Opusc. 1, 539. * Προσραπτέον, ad Timæi Lex. 257." Schæf. Mss. Plut. 6, 721: Lysandro 7. Προσράπτω, * Πρόσραμμα, Barker. ad Etym. M. v. Λῶμα p. 952—3.]

Συῤῥάπτω, Consuo, Simul suo, Consarcino: Δέρματα συῤῥάπτειν, Hesiod. Invenitur autem alicubi συῤῥίπτειν perperam positum pro συῤῥάπτειν, sicut et de ἐπιῤῥάψας pro ἐπιῤῥάξας, modo dictum fuit. [" Wakef. Phil. 226. Jacobs. Anth. 8, 119. ad Xen. Eph. 159." Schæf. Mss. " Quint. Sm. 9, 358." Wakef. Mss. Plato Euthyd. p. 72. Συνεῤῥάφηκα, Append. ad Bast. Ep. Cr. 55. * Συῤῥαφὴ, Machinatio fraudulenta, Schleusn. Lex. V. T. v. Συῤῥάπτω. * Συῤῥαφεὺς, Sartor, Schol. Aristoph. Θ. 942. * Σύῤῥαπτος, Schneidero dubiæ fidei videtur. * Ἀσύῤῥαπτος, Schæf. Greg. Cor. 788. * Παλισύῤῥαπτος, Hes. v. Παλιναίρετον, ex emend. Ruhnkenii ad Timæi Lex. 204. * " Ἐπισυῤῥάπτω, Insuper consuo, Athan. 2, 547." Kall. Mss.]

[* Ὑποῤῥάπτω, Gl. Subsarcio: Ὑποῤῥάπτω οἰκοδομήν· Substruo, Resarcio. Eur. Alc. 537. λόγον, Joseph. A. J. 17, 5, 7. " Const. Manass. Chron. p. 108." Boiss. Mss. " Wakef. Alc. 548. Porson. Phœn. 1521. Heyn. Hom. 8, 797." Schæf. Mss. Salmas. ad Vopisc. 2. p. 509. Schleusn. Lex. V. T. * Ὑποῤῥαφὴ, Gl. Plicatura, Resarcinatio, Subsutio: Ὑποῤῥάφθαι· Sarta tecta. Ubi Vulc. corrigit, * Ὑποῤῥαφίαι.]

" ῬΑΠΙΣ, ίδος, ἡ, Virga: unde ab Hom. Mercurius dicitur χρυσόῤῥαπις, Auream virgam habens. Sed ap. Eust. (ad Od. X. 277.) scriptum est ῥάπις, accentu in priore. Suntque ῥάπιδες ὑποδήματα quoque, Eidem. Hes. habet ῥαπίδες, secundum quem sunt ὑποδήματα, et περόναι." [" Phryn. Ecl. 73." Schæf. Mss. Epicharmus ap. Bekk. Anecd. * Ῥαπιδοποιὸν, Hesychio τὸν ποιητήν· Δωριεῖς· ἢ ποικιλτήν· ἢ τὰς ῥαπίδας ποιοῦντα. Phav. p. 644. * Ἐϋῤῥαπις, Nonn. D. 4, 1.] " Hinc verbum Ῥαπίζω, Virga cædo, percutio, Baculo cædo, s. Bacillo, aut etiam Fuste: latius sc. extendendo nominis ῥαπὶς signif. in hoc. verbo. Plut. Themist. (11.) Ὦ Θεμιστόκλεις, ἐν τοῖς ἀγῶσι τοὺς προεξανισταμένους ῥαπίζουσι. Ναὶ, εἶπεν ὁ Θεμιστοκλῆς, ἀλλὰ τοὺς ἀπολειφθέντας οὐ στεφανοῦσιν. Intelligi autem περὶ τοῦ ῥαπίζειν, quod fit βακτηρίᾳ, proxime sequentibus declaratur, ἐπαραμένου δὲ τὴν βακτηρίαν ὡς πατάξοντος. Sed in Apophth. (6, 702.) idem commemorans, pro ῥαπίζουσι dicit μαστιγοῦσι: cum tamen ibid. subjungat ἐπαραμένου τὴν βακτηρίαν. Alioqui non mirum esset ῥαπίζειν dici et ἐπὶ τοῦ μαστιγοῦντος, ex Herod. 7, (35.) p. 251. meæ Ed. At in VV. LL. redditur Alapis percutio, Colaphis cædo, Colaphos incutio etc. Manasse autem videtur hæc interpr. partim e Suidæ exp., partim e veteri Testamenti Novi Interprete, qui ῥαπίσμασιν ap. Marcum vertit Alapis. Nisi potius et hic Interpres, et alii qui idem de verbo ῥαπίζειν censuerunt, ad Matth. locum respexerunt, 5, (39.) Ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα. Sed hinc minime probari signif. illa potest: cum itidem dici queat πατάξει ἐπὶ τὴν σιαγόνα. Adde quod, si ῥαπίζειν esset Colaphos impingere, idem Scriptor, c. 26. post ἐκολάφισαν αὐτὸν, non addidisset, οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν: quod recte videtur redditum in postrema Interpretatione, Bacillis ceciderunt. Vetus Interpres tamen, tanquam res similis esset, ἐῤῥάπισαν vertit Palmas in faciem ejus dederunt. Reperio porro et ap. Plut. Rom. Quæst. Παίουσιν ἐπὶ κόῤῥης, deinde καὶ ῥαπίζουσι." [Lobeck. Phryn. 176. " Thom. M. 346. 785. Huschk. Anal. 175. Toup. Opusc. 1, 258. ad Lucian. 1, 193. 237. 446. Munck. ad Anton. Lib. 158. Verh., Valck. Adoniaz. p. 357. Fischer. Ind. Palæph. v. Ἀποτέμνειν, Abresch. Lectt. Aristæn. 20. 193. ad Mœr. 324. ad Herod. 644. ad Charit. 347.: ἐπὶ, Abresch. Lectt. Aristæn. 98." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T.] " Ῥάπισμα, τὸ, Ictus qui virga vel baculo s. fuste incutitur. In VV. LL. Alapa, Colaphus: cui interpretationi, quam veteris Interpretis Testamenti Novi auctoritate confirmari docui, patrocinatur et Suidas, ubi exp. hæc verba, ἐπὶ κόῤῥης. In iisd. e Phrynicho annotatur, non esse in usu," [176. Lob., Lucian. 3, 300. " Thom. M. 346. Toup. Emendd. 2, 174. Abresch. Add. ad Aristæn. 121. Lectt. 21. * Ῥαπισμὸς, Bibl. Philol. 2, 140." Schæf. Mss. " Phornut. 30." Wakef. Mss. * Ῥαπιστὸς, Schleusn. Lex. V. T.]

[* " Ἀντιῤῥαπίζω, Referio, Repercutio, Chrys. in Ps. 7. T. 1. p. 571, 39. Παρῄνει ὁ Χριστὸς, ῥαπίζεσθαι καὶ μὴ ἀντιῤῥαπίζειν, ἀλλὰ καὶ παρέχειν ἑαυτὸν εἰς τὸ πάσχειν: in Ps. 44. T. 1. p. 638, 43. Καὶ ῥαπιζόμενος οὐκ ἀντεῤῥάπισεν." Seager. Mss. Ἀποῤῥαπίζω, vide Ἀποῤῥιπίζω. " Phot. ap. Wolf. Anecd. Gr. 2, 135. 277. Os capistro obturo, Suid. v. Ἀπεῤῥάπισεν. Kusterus insolens judicat." Kall. Mss. * Διαῤῥαπίζω, Heliod. 7, 7. 8, 9. " Toup. Epist. de Syrac. 335. Abresch. Lectt. Aristæn. 20." Schæf. Mss.] " Ἐπιῤῥαπίζω, Taxo, Refello, Reprehendo. Item ἐπιῤῥαπίζειν τὸ πῦρ, Obruere ignem. Ita VV. LL. At Suidas locum quendam affert, in quo ἐπιῤῥαπίζων pro κωλύων positum esse censet." [" Const. Manass. Chron. p. 102." Boiss. Mss. Athen. 168. 219. 422. Dionys. Epitome 17, 17. Aristæn. p. 12. Abr. " Lectt. p. 20. 194. (ubi etiam de Athenæo.) Toup. Opusc. 2, 200. Emendd. 2, 542. 3, 69. ad Lucian. 1, 193. Meiners Histoire 3. p. 337. ad Dionys. H. 1, 151." Schæf. Mss.] " Ἐπιῤῥαπισμὸς, quod in iisd. affertur pro Murmure, e Polyb. (2, 64, 4.) Μὴ δυνάμενος ὑποφέρειν ἐπιῤῥαπισμὸν τῶν ὄχλων. Sunt autem metaphoricæ hæ signiff. Vide Ῥαπίς." [" Toup. Opusc. 2, 201. * Ἐπιῤῥάπισις, 93. 201. Huschk. Anal. 23." Schæf. Mss. Athen. 604. * Συνεπιῤῥαπίζω, Phot. Bibl. 342. * " Καταῤῥαπίζω, Eust. Il. 387, 45." Wakef. Mss. * " Περιῤῥαπίζω, Plut. 10, 67. * " Συῤῥαπίζω, Nicet. Eugen. 4, 15." Boiss. Mss. * Ὑποῤῥαπίζω, Schæf. ad Dionys. H. de C. VV. 176.]

" ῬΑΦΑΝΙΣ, ίδος, ἡ, s. Ῥάφανος, (sed illud Atticæ, hoc linguæ communis esse censetur,) Rhaphanus, Radix s. Radicula. Pallad. in Augusto, c. 5. Radices feminini generis putantur, quæ minus acres sunt, et habent folia latiora, etc. Infra autem Rhaphanum vocat. At Radiculam interpr. Gaza, Probl. Aristot. S. 9. Q. 6. cum tamen Radicula Plinio alia sit herba, sc. Lanaria, Græcorum στρούθιον: ut annotant VV. LL. Ubi et hæc adduntur: Ῥαφανίδος quinque genera assignat Theophr. H. Pl. 7, 4. quem Plin. 19, 5. ad verbum exposuit: sed Rhaphanos in Napos convertit, errore manifesto. Erroris causa fuit, quod ibid. ῥαφάνου, i. e. Atticis brassicæ καὶ τῆς κράμβης, tria genera constituat Philosophus: Plin. vero per ῥάφανον intellexerit Rhaphanum: duplicatoque errore Brassicam in Rhaphanum transformarit, e vocum ignoratione. Hæc in iisd. illis leguntur, quorum itidem fidem penes illa esse velim; s. potius illum, quicunque illa scripsit. His adjicitur, Est et ῥαφανὶς ἀγρία Theophrasto, i. e. Armoracium Columellæ, s. Armoracia Plinio: quæ

" Rapula acria videtur dixisse Horatius: vulgo vo-" camus Reforts. Proprieque ῥαφανὶς, distinctionis " causa dicenda Refort, non Rave; hoc enim Rapa " s. Rapum, i. e. γογγύλη, s. γογγυλὶς Galeno: quæ " quia est ventrosa, γαστέρα dixerunt: ut auctor " Athen. 9. (p. 369.) Is tamen γογγυλίδα ἄῤῥενα ap. " Theophr., Napum intelligit, qui βουνιὰς est Dios-" coridi: nobis vulgo Naveau s. Navet. Apud " ipsum Athen. ῥαφανὶς a Speusippo distingui vide-" tur ab ea quæ ῥάφυς s. ῥάπυς dicitur, i. e. Rapa, " s. Rapum. Rursum vero in Ῥάφανος annotatur, " pro Rhaphano ab Atticis dici ῥαφανίς: at vero " vocem ῥάφανος illis significare κράμβην: a Gaza " reddi Radicem, ap. Alex. Aphr. Problem. 2, 42.: " alibi Rhaphanum: ap. Theophr. autem non uno " in loco, Brassicam. Sic et ap. Aristot., qui te-" statur ipsemet ῥάφανον a quibusdam appellari " κράμβην, de Nat. Anim. 5. Existimatur porro " hoc nomen habere παρὰ τὸ ῥᾳδίως φαίνεσθαι: " quia sc. statim a satu oritur. Pro ῥάφανος au-" tem Ionice dici ῥέφανος testatur Ammonius, quem " vide. Ῥάφανος, inquit Gorr., Radix s. Radicula: " quo nomine sylvestris maxime intelligitur, quam " Romani Armoraciam vocant. At Ῥάφανος ἀγρία " dicta est a quibusdam Herba quæ alio nomine " ἄπιος vocatur: ut Plinius auctor est. Ῥάφυς " autem, ut Idem tradit, Napus, qui βουνιὰς dici-" tur. Scribitur et ῥάπυς," [Numenius Athenæi 371. * Ῥαπεὺς, Gl. Rupiam, (Rapium, Salm.) * Ῥαφεύς· Rapilum. Item Ῥαπὶς, Hesychio γογγυλίς· οἱ δὲ, * λαμψάνην. Vide etiam Ῥαφίς. Apud Gal. Alim. Fac. 2. * ῥαπίων exp. ἀγρία ῥαφανίς. * Ῥαπήϊον, Leontopetalum, Diosc. 3, 110. Noth. 457. Plin. 27, 12. * Ῥαφανὶς, Lobeck. Phryn. 176. Aristoph. Πλ. 544. " T. H. p. 160. Lucian. Epigr. 9. Toup. Emendd. 2, 206. Ammon. 122. Valck. Anim. 202. Casaub. ad Athen. 115. 121. Thom. M. 776. Phryn. Ecl. 56. 72. De quant., 70. Thom. M. 777. Aristoph. Fr. 241." Schæf. Mss. * Ῥαφανιδώδης, Theophr. H. Pl. 7, 6. * Ῥαφανίδιον, Plato Comicus ap. Athen. 56. Ῥαφανιδόω, vide T. 3. c. 1540. " Thom. M. 778. Jacobs. Anth. 12, 183. Phryn. Ecl. 180. * Ῥαφανίδωσις, ibid. Kuster. Aristoph. 4. Alciphr. 432. ad Xen. Mem. 2, 1, 5. Casaub. ad Athen. p. 19. Valck. Hipp. p. 209." Schæf. Mss. * Ἀποραφανιδόω, unde] " Ἀποραφανίδωσις, ἡ, Rhaphani in podicem " intrusio, s. Rhaphani per podicem trajectio: pœna " qua pauperes in adulterio deprehensi afficiebantur, " prius evulsis pilis. Aristoph. enim Schol. cum " παρατίλλεται in Pluto (168.) exposuisset τὰς τρίχας " τοῦ πρωκτοῦ τίλλεται, subjungit, Αὕτη γὰρ ὥριστο " δίκη τοῖς μοιχοῖς πένησιν, ἀποραφανίδωσις καὶ παρα-" τιλμός." [" Ῥάφανος, Phryn. Ecl. ll. cc. (Lobeck. l. c.) Thom. M. 776. 862. T. H. l. c. Eran. Philo 173. Casaub. ad Athen. 1, 96. Ammon. l. c. Valck. l. c." Schæf. Mss.] " Ῥαφανώδης ῥίζα, q. d. Rha-" phani similitudinem habens radix. In VV. LL. " redditur Radix modo rhaphani constans, ap. Theo-" phr." [* Ῥαφάνινος, Diosc. Parab. 1, 107. Cf. Ῥαφανέλαιον. * Ῥαφανουροί, Hesychio κηπουροί.] " Hinc " Ῥαφανηδὸν adv. In modum rhaphani: ut ῥαφανη-" δὸν κάταγμα, Fractura rhaphani modo facta: quæ " sc. oblique facta est, secundum crassitiem ossis, " ut scribit Paul. Ægin.: eandem et σικυηδὸν et " καυληδὸν κάταγμα vocari a quibusdam scribens, e " similitudine fractorum cucumerum et cauliculo-" rum. Gal. tamen τὸ ῥαφανηδὸν distinguere ἀπὸ " τοῦ καυληδὸν videtur, Meth. Med. 6., inquit Gorr. " Ῥέφανος autem, non ῥάφανος, dici ab Ionibus, " testatur Ammon.: quem vide." [" Valck. ad Ammon. 122. Anim. 203. Eran. Philo 173. Phryn. Ecl. 57(=141. Lob.) Thom. M. 778. 862. * Ῥέπανος, 778. Valck. Anim. l. 3." Schæf. Mss.] " Ab eo " qui Batrachomyomachiam scripsit, (v. 53.) Ῥα-" φάνη nominatur." [" Thom. M. 778." Schæf. Mss. * Ῥαφανίτης, unde] " Ῥαφανῖτις, Iridis cogno-" mentum, a similitudine radicis, Gorr."

ῬΑΧΙΣ, εως, ἡ, Spina dorsi: quæ spina sine adjectione etiam dicitur. Sunt tamen qui non omnino nomen hoc illi respondere existiment. E quibus est Gorr., qui de hoc nomine ita scribit, Ῥάχις, Spina. Est spondylorum vigintiquatuor a summa cervice ad imos usque lumbos structura, erigendo curvandoque corpori conveniens. Sic dici quibusdam placet, quod spondyli parte posteriore sunt τετραχυμένοι, i. e. Spinosi et asperi. Nec nomen est ap. Latinos, quod ῥάχιν proprie significet. Quamvis enim Spina dici possit, Spinæ tamen nomine aliud quiddam significatur, spondylorum sc. apophysis transversa et obliqua. Continet igitur ῥάχις Totum id spatium quod a summa cervice ad sacrum usque os interjacet: atque in tres partes dividitur, cervicem, dorsum, lumbos. Quorum cervix quidem spondylis septem, dorsum duodecim, lumbi vero quinque constant. Sic os sacrum non censetur inter partes τῆς ῥάχεως, quod spondylos non habeat solutos in modum superiorum, etiamsi coctione multa laxari et dissolvi possunt; sed potius sit totius ῥάχεως basis et fundamentum. Nec tamen absurdum fuerit id inter ejus partes comprehendere. Est autem ῥάχις instar carinæ curva, qua parte maxime ventriculus situs est, cui veluti loco cedit: quanquam non hujus modo causa, sed ut flecti corpus commodius possit, curva facta est, et pluribus vertebris potius quam una aut paucioribus donata. Est etiam tota cava et plena medulla, (σύριγξ ἱερὰ is meatus appellatur, et ab Herophilo σωλὴν, h. e. Canalis,) ejusdem cum ipso cerebro naturæ, atque ab ea per vertebrarum foramina permulta nervorum paria proficiscuntur, et in universum corpus abeunt. Significat autem etiam ἡ ῥάχις, ut ante diximus, præter hanc universam spondylorum σύνταξιν, particulatim Apophyses singulas posticas quæ unicuique spondylo insunt, ἀκάνθας alio nomine dictas. Appellatur etiam eodem nomine ea quæ in dorso est omoplatæ spina, jam inde a basi incipiens, sed primum humilis et depressa, deinde sensim elatior facta et amplior, donec desinat in acromium. Id quod declarat Gal., scribens ad hunc modum l. 13 de Usu Partium, Καὶ ῥάχιν ἰδίαν ἑκάτερα τῶν ὠμοπλατῶν ἀπέφυσεν, ubi non simpliciter ῥάχιν utrique omoplatæ tribuit, sed propriam adjecit. Cui etiam astipulatur Rufus libello de Partium Hominis Nomenclatura, Ὠμοπλάται τὰ ἐπικείμενα τῷ νώτῳ πλατέα ὀστᾶ, ὧν ἡ διὰ μέσου ὑπεροχὴ, ῥάχις. Hæc ille. Sciendum est autem, aliis etiam nonnullis animalibus tribui ῥάχιν: nam Xen. sæpe utitur pro Dorso equi et lumbis, teste Bud.: qui hunc ejus locum affert, (Ἱππ. 7, 2.) Μήτε τὸ γόνυ ἐπὶ τὴν ῥάχιν τοῦ ἵππου τιθέτω, ascendendo equum sc. Addit vero ex J. Poll. ῥάχιν et ὀσφὺν in equo idem esse. Hom. dixit etiam συὸς ῥάχιν, Il. I. (208.) Ἐν δὲ συὸς σιάλοιο ῥάχιν τεθαλυῖαν ἀλοιφῇ: ubi quidam interpr. Scapulam. Ῥάχιν quidam volunt esse dictam ab excurrentibus rupibus in mare, quæ sunt ῥαχίαι, quod circum illas fluctus collidantur, inquit Cam., quæ sumsit e Schol. Thuc. Sed quidam ῥαχίαν contra a nomine ῥάχις ortum habere putarunt. || Utut sit, ad multa certe transfertur. Legitur enim ῥάχις οὔρεος ap. Herod. 4. Et Bud. a Strabone usurpari tradit de Porrecta montis longitudine, p. 61. Sic et 5. p. 105. Ἐνδοτέρω δὲ τῆς κατ' αὐτὰς τὰς πόλεις ὀρεινῆς, ἄλλη ῥάχις ἐστὶ, μεταξὺ αὐλῶνα καταλείπουσα. Sic certe et Lat. Dorsum monti dederunt, (ut omittam alios hujus vocis Dorsum metaphoricos usus,) nosque itidem dicimus, La côte d'une montagne. Ῥάχεις, inquit Eust., πετρώδεις, ὡς οἷα πριονώδεις τινὲς ὄρους ἐξοχαί. Affertur vero et de Dorso terræ dictum, ex Epigr. [" Leon. Tar. 73." Boiss. Mss.] ut sc. Homerus dicit vicissim νῶτα θαλάσσης. Quinetiam folio tribui tradunt VV. LL. a Diosc. 2, 217. Eadem annotant etiam ῥάχιν dici Partem lævem, a qua in polypode ordo acetabulorum inchoatur. [Ægei Fragm. ap. J. Poll. 10, 36. 160. Κέστρᾳ σιδηρᾷ πλευρὰ καὶ κατὰ ῥάχιν Ἔλαυνε παίων. Auctor Rhesi 514. ἐμπείρας ῥάχιν. Æsch. Eum. 190. Ὑπὸ ῥάχιν παγέντες.]

Ῥαχίτης, q. d. Dorsualis: μυελὸς, Medulla dorsi, s. spinæ dorsi, Medulla spinalis. Dicitur et νωτιαῖος, διαυχένιος, * ψοιήτης, Gal. Item ῥαχῖται, Musculi toti

spinæ superjecti, ut Idem annotat. Dicuntur ETIAM *Ῥαχιαῖοι.* [Vide col. 2207.]

Ῥαχίζω, Disseco dorsi spinam, s. potius Disseco incipiens a dorsi spina, generaliter pro Disseco, Soph. Aj. (55.) *ἔκειρε πολύκερων φόνον, Κύκλῳ ῥαχίζων*: (299.) *Ἔσφαζε κἀῤῥάχιζε*, ubi vide Schol., consule et Hes.: Cam. interpr. Ingenti plaga concidere, item simpliciter Concidere. Hes. *ῥαχίζειν* poni ait et pro *παίειν τὸ ἱερεῖον*, i. e. Ferire victimam s. Percutere. ‖ *Ῥαχίζειν*, si Eidem credimus, dicuntur etiam qui leviter et temerarie mentiuntur. [Cf. Bekk. Anecd. 113. Phot. *Ῥαχίζειν· τὸ ἀλαζονεύεσθαι· καὶ ῥαχιστὴς, ὁ ἀλαζών· Θεόπομπος Παμφίλῃ· Τούτων ἁπάντων ὁ ῥαχιστὴς Δημοφῶν.*] *Ῥαχιστὴρ, ῆρος*, ET *Ῥαχιστὴς*, Dissector, Qui ingentia maleficia perpetrat, ap. Soph. Schol. (sed hic *ῥαχίτας* habet pro *ῥαχιστὰς*,) et ap. Hes.: cui est etiam *ὁ ἀλαζὼν*, et *ὁ μεγάλα ψευδόμενος*. Sed inter *ἀλαζόνα* et alteram hanc expositionem interjicit *μεγαλουργὸς*, et *μεγάλα ψευδόμενος*. [Vide *Ῥαχίζω*. * *Διαῤῥαχίζω*, Eubulus Athenæi 622.] Apud Hes. legitur ADV. *Ῥαχάδην*, quod exp. *ἐπὶ τῆς ῥάχεως*. In VV. LL. dicitur significare q. d. Spinatim. AT VERO *Ῥάχετρον*, Medium *τῆς ῥάχεως*, Media spina, Meditullium spinæ, [Hesychio i. q. *ῥάχις*.] UNDE *Ῥαχετρίζω*, Disseco, J. Poll. [2, 136. Apud Phot. autem legitur *Ῥακετρίζειν· τὸ εἰς τὴν ῥάχιν παίειν· οὕτως Πλάτων.* Item * *Ῥάχετον· τὸ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου, ἀφ' οὗ ἡ ἀρχὴ τῆς ῥάχεως· Δίδυμος δὲ πλευρόν.*]

Inveniuntur autem et alia nonnulla, quæ a *ῥάχις* deducta videri possunt: præsertim vero NOM. *Ῥάχος, τό*: nam Hes. *ῥάχη* exp. *ἀποραχίσματα καὶ ἀποσπάσματα*: quod *ἀποραχίσματα* sonare videtur, q. d. Avulsæ quædam partes e dorso, s. dorsi spinæ, inter dissecandum: s. potius Avulsa quædam frusta. Estque tanquam verbale nomen VERBI *Ἀποραχίζομαι*. AT *Ῥάχος, ἡ*, a quibusdam exp. Palus spinosus, ex Etym.: Bud. *ῥάχοι* e Philone affert pro Stipites, in hoc Xen. loco, ubi de plagis intendendis loquitur, ad apros excipiendos, (K. 10, 7.) *Καὶ τὸν περίδρομον ἐξάπτειν ἀπὸ δένδρου ἰσχυροῦ, καὶ μὴ ἐκ ῥάχου· συνέχονται γὰρ ἐν τοῖς ψιλοῖς αἱ ῥάχοι.* Eust. *ῥάχοι* exp. *ἀκανθώδεις καὶ τραχεῖαι ῥάβδοι*: [Phot. *αἱ μυρίκιναι ῥάβδοι.*] Quinetiam, sicut *ῥαχίαι, παρατείνουσα καὶ τραχεῖα ἠϊών.* In VV. LL. magno errore annotatur ex Etym. *ῥάχος* poni non solum pro Palo spinoso, sed etiam pro Vite: de quo errore dicam paulo post. ["Paus. 2, (32.) *Ῥάχους καλοῦσι Τροιζήνιοι πᾶν ὅσον ἄκαρπον ἐλαίας, κότινον, καὶ φυλίαν, καὶ ἀγριέλαιον.*" Brunck. Mss. Barnabæ Epist. p. 225. Schn. Lex.]

AT VERO *Ῥάχες*, SEU *Ῥαχαὶ* diversam signif. habet. Apud Theophr., inquit Bud., *ῥάχες* videtur poni pro Cauliculis, i. e. Ramulis, vel vitium, vel hederæ; aut etiam pro Radicum fibris. Quidam autem annotant *ῥαχὰς* a Theophr. vocari in vite Flagella s. potius Brachia, quæ Duramenta et Duramina vocant Colum. et Plin., quæ in novellis vitibus putare, agriculturæ lege vetitum est. Atque ita esse leg. ap. Theophr. C. Pl. 3, 9. *Ἅπαν δὲ φυτὸν ὅταν ἐκβλαστῇ τοπρῶτον, ἐᾶν ῥιζωθῆναι, μηδὲν κινοῦντα τῶν ἄνω, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων ποιοῦσιν, ἀφιέντες τὰς ῥαχάς.* Etymologici Auctor, postquam dixit *ῥάχος* genere masc. significare *τὸν σκόλοπα τὸν ἀκανθώδη*: addit, *Καὶ ἐπὶ τῆς ἀμπέλου, ἐπεὶ ἀποξύνεται ἐν τῷ ἀποτέμνεσθαι· καὶ Ῥαγῶσαι τὸ τέμνειν.* Est autem hic locus, ille e quo VV. LL. annotant, non sine magno et crasso errore, *ῥάχον* Vitem etiam significare. Eadem vero, retinentia mendum quod habent hic vulg. Edd. Etymologici, annotant *Ῥαγόω* poni pro Scindo: cum alioqui ibi pro *Ῥαγῶσαι* reponendum esse *Ῥαχῶσαι*, vel luce clarius sit.

Ῥαχία, ἡ, Crepido litoris petrosa, Bud. Ab Hesychio esse dicitur *πᾶς πετρώδης αἰγιαλός*: ab Eustathio, e Rhet. Lex., *τόπος ᾧ προσαράττει τὸ κῦμα.* Et paulo post, *Καὶ Ῥάχοι δὲ καὶ Ῥαχίαι, παρατείνουσα καὶ τραχεῖα ἠϊών*: ubi observa ETIAM *Ῥάχοι*. In VV. LL. exp. Litus quod unda verberat, item Litoris salebræ. Thuc. 4, (10.) *Ἀμυνόμενος παρ' αὐτὴν τὴν ῥαχίαν.* Greg. Naz. de Homine, *Πᾶσαί τε ῥαχίαι τε καὶ ἀκρώρειαι καὶ πᾶν ὅσον πλάγιόν τε καὶ ὕπτιον.* Est etiam Prov. *Ῥαχίας λαλίστερος.* HINC *Ῥαχιώδης*, ut *ῥαχιώδης αἰγιαλὸς*, Litus petrosam crepidinem habens, quæ ab undis verberatur. Affert autem Bud. e Strab. 106(=373.) de Cumis, *Ὀνομάσθαι δ' ἔνιοι Κύμην ἀπὸ τῶν κυμάτων φασί· ῥαχιώδης γὰρ ὁ πλησίον αἰγιαλός.* ‖ *Ῥαχία* exp. etiam Strepitus: quæ signif. si illi detur, proprie dicetur de Strepitu illo quem undæ edunt verberantes litus. Bud. pro Strepitu affert e Plut. libro, quo disserit an Seni administranda sit Resp. (p. 155.) Sed ibi Plut. duobus in ll. non *ῥαχίαν* per se ponit, sed ei *ψόφον* addit. ‖ *Ῥαχία*, Restagnatio maris in Oceani litore, Bud. e Pausania, *Παρέχεται δὲ ἄμπωτιν καὶ ῥαχίαν, καὶ θηρία οὐδὲν ἐοικότα τοῖς ἐν θαλάσσῃ τῇ λοιπῇ.* Suidas annotat Iones *ῥαχίαν* vocare *τὴν ἄμπωτιν καὶ ἀναχώρησιν τῆς θαλάσσης.* [Vide omnino Schn. Lex. Suppl.] Sed ap. Herod. (8, 129.) SCRIBITUR *Ῥηχίη*: quod ibi Interpres vertit Vadosum æstuarium. Affertur vero et ex Hippocr. hoc vocab. *ῥηχίη* a Gal., dicente esse *οἷον πλημμύραν*. Apud Hes. et Suid. habemus ETIAM *Ῥηχιάδαι*, dicentes ita fuisse vocatos eos qui damnatos projiciebant *εἰς τὰς ῥαχίας*. Sed et aliam scripturam Suidas AFFERT *Ῥηχάδαι*. Pertinent autem hæc ad primam nominis *ῥαχία* signif.: quæ tamen visa sunt non male illi *Ῥηχίη* subjunctum iri. [* "*Δυσράχιος*, Eust. in Dionys. P. 388. * *Προραχία*, Arrian. 151." Wakef. Mss. At in Schn. Lex. affertur * *Πρόραχος, ὁ*, ex Arriani Peripl. Erythr. p. 10. *στόματα προράχων.*] Addo autem ET *Ῥηχὶς*, ITEM *Ῥηχὸς*: quod *ῥηχὸς* extat ap. Hes. et Suid., ambos exponentes *φραγμός*: quo Sepes, Septum, Maceria significatur, sed hic addit Herodoti (7, 142.) nomen, tanquam eo usi: et *ῥῆχος*, non *ῥηχὸς* habet. Illud autem *Ῥηχὶς* ab Hesychio exp. *ἄκρα*, qui hac expositione creditur intellexisse Promontorium. At VV. LL. *ῥηχὶς* interpr. etiam Præcipitium. In Iisd. EST *Ῥηχώδης*, Asper, Salebrosus, e Nicandro [*Α.* 230.] "*Ἄῤῥηχος, ὁ, ἡ*, Admodum aptus sepimentis, Sepibus valde idoneus; nam Schol. Nicandri Θ. (868.) exponens *ἀῤῥήχου παλιούρου*, dicit *ἄῤῥηχος* compositum esse ex α epitatico, et *ῥῆχος*, q. e. *φραγμὸς*, significareque *πρὸς φράγματα εὖ πεποιημένη*, et veluti *περιφράσσουσα*." [Hodie autem legitur * *εὔρρηχος*; vide Dorv. ad Charit. 768. et Schol. in Ed. Schn.]

ΡΕΓΧΩ, VEL *Ῥέγκω, ξω, χα*, Rhonchisso (Plauto,) Sterto. Factum per onomatopœiam. Quidam autem *ῥέγκω* linguæ Atticæ, at *ῥέγχω* communis esse volunt. Apud Aristoph. certe legitur *ῥέγκουσιν* cum κ, initio Nubium, *Οἱ δ' οἰκέται ῥέγκουσιν*, ubi Schol. annotat itidem, *οὕτως Ἀττικοὶ διὰ τοῦ κ*: *Ἱππ.* (104.) *Ῥέγκει μεθύων ἐν ταῖσι βύρσαις ὕπτιος*: ut autem hic Aristoph. *ῥέγκει ὕπτιος*, sic Horat. dixit Stertit supinus. Invenitur et PASS. *Ῥέγχομαι* ap. Palladam in Epigr. ["56. *Ῥέγχω*, Huschk. Anal. 169. Bergler. ad Alciphr. 410. *Ῥέγκω*, Fischer. ad Weller. Gr. Gr. 1, 219. *Ῥέγχω, Ῥέγκω*, Thom. M. 779. Abresch. Æsch. 2, 5. Kuster. Aristoph. 51. ad Mœr. 101. 338." Schæf. Mss. *Ῥέγκω*, Eur. Rhes. 785. *Ῥέγκομαι*, med., Aristoph. *Ἱππ.* 115. Vide Schn. Lex.]

Ῥέγκος, ET *Ῥέγξις*, Sonus nasi qui stertendo editur: quasi quis Stertorem dicat, pro Ipsa stertendi actione. Sed pro eo dicitur Rhonchus e Martiale. Affert autem ambo illa vocabula Gal. ex Hippocr., dicens per onomatopœiam facta esse, sicut *ῥέγκειν*. At ego dixissem potius, hæc esse facta s. formata a *ῥέγκω*, quod quidem per onomatopœiam factum sit. [* "*Ῥέγχος*, Lucian. Nasus, Strabo 1029. (f. leg. *ῥύγχος*.)" Wakef. Mss. Hippocr. 386. * *Ῥεγχώδης*, Rhoncum emittens, 1162.]

["*Ἀναρέγχω*, Eumath. Hymn. p. 74." Boiss. Mss.] *Ἀπορέγχω*, Desterto, Pers. Habent autem hoc *ἀπορέγχω* VV. LL. novissime edita, in *Ῥέγχω*, sed absque exemplo. [Parmenio Epigr. 15. "Huschk. Anal. 169. * *Ὑποῤῥέγχω*, s. * *Ὑποῤῥέγκω*, Abresch. Æsch. 2, 5." Schæf. Mss. Agath. 3. p. 89.]

[* *Ῥόγκος*, unde] *Ῥογκίειν* pro *ῥέγκειν*, Epicharmus, teste Hes. [Scr. *ῥογκιῆν* Dorice pro * *ῥογκιᾷν*, ut *σιγῆν* pro *σιγᾷν*, ap. eund. Epicharm. Athenæi p. 363. * "*Ῥογκέω, Ῥογκιάω*, Koen. ad Greg. Cor.

104. 105(=229. 230.)" Schæf. Mss.] Habet Var. ET 'Ῥογχάζειν: sed esse dicit, παρὰ τὸ ῥοχθεῖν τὸ ἠχεῖν. At in VV. LL. 'Ῥογχάζειν, Resonare: ῥοχθεῖν, καὶ ῥέγκειν. In Iisd. est NOMEN 'Ῥόγχος, a quo derivatum videri potest illud 'Ῥογχάζειν, et exp. Rhonchus. Est autem ῥόγχος a ῥέγχω derivatum, ut vicissim e ῥόγχος dicere possumus derivatum esse illud ῥογχάζειν. [" 'Ῥόγχος, Gesner. Ind. Orph. v. 'Ανεῤῥόχθησε." Schæf. Mss. * Περιῤῥογχάζω, i. q. ὑπερείδω, καταφρονέω, Schol. Aristoph. 'Ιππ. 694.]

" 'Ῥογμὸς, ὁ, Sonus quem quis supinus stertendo " edit, Rhonchus. Gutturis stridorem vertit Cæl. " Aurel. 2, 10. VV. LL."

'ΡΕΖΩ, ξω, χα, Facio, Od. Ζ. (286.) Καὶ δ' ἄλλῃ νεμεσῶ ἥτις τοιαῦτά γε ῥέζοι, Il. Χ. (305.) Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην, 'Αλλὰ μεγὰ ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι: (Κ. 524.) θηεῦντο δὲ μέρμερα, ἔργα "Οσσ' ἄνδρες ῥέξαντες ἔβαν κοίλας ἐπὶ νῆας Item αἴσυλα ῥέζων, Ε. (403.) Interdum vero, sicut B ποιῶ, habet duplicem accusativum, sc. accus. personæ, una cum accus. rei, ut Φ. (509.) Τίς νύ σε τοιάδ' ἔρεξε φίλον τέκος, οὐρανιώνων; Et rursum Od. Σ. (15.) Δαιμόνι' οὔτε τί σε ῥέζω κακὸν, οὔτ' ἀγορεύω. Sic Il. Γ. (354.) Ξεινοδόκον κακὰ ῥέξαι. Invenitur autem junctum adverbio quoque, ap. eund. Poëtam, Od. Ψ. (56.) κακῶς δ' οἵπερ μιν ἔρεζον Μνηστῆρες. Affertur vero junctum itidem cum adverbio, et quidem contrariam habente signif., sc. καλῶς, sed præfixa particula negativa οὐ, e Plat. de LL. "Ἐῤῥεξεν ὑμᾶς οὐ καλῶς: qui locus ideo magis est notandus, si mendo caret, quod sit plane Poëticum hoc verbum ῥέζω. Invenitur et optativus ῥέξειε ap. Hom. A voce autem passiva est PARTIC. 'Ῥεχθεὶς, Factus, Il. Ρ. (32.) ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. Ab eadem voce passiva EST [* 'Ῥεκτὸς, unde] "Ἀῤῥεκτος, Non factus, Infectus, Imperfectus. [Hes. " "Ἀρεκτος, Simonides ap. Schol. Soph. Aj. 377. (Τὸ γὰρ γεγενημένον οὐκ ἔτ' ἄρεκτον ἔσται.)" Wakef. Mss. Il. Τ. 150. ἔργον ἄρ.]

C 'Ῥέζω, ut Latine Facio, pro Sacrifico, Il. Β. (400.) "Αλλος δ' ἄλλῳ ἔρεζε θεῶν αἰειγενετάων: Θ. (250.) "Ενθα Πανομφαίῳ Ζηνὶ ῥέζεσκον 'Αχαιοί. Sed interdum additur accus., ut Α. (444.) Φοίβῳ θ' ἱερὴν ἑκατόμβην 'Ῥέξαι ὑπὲρ Δαναῶν. Et ῥέξαντες Κύπριδι δάμαλιν, Epigr. Dicitur et ἱερὰ ῥέξαι, ut Lat. Sacra facere. Annotat autem Eust. ἱερὰ ῥέξας ap. Hom. dici κατὰ τὸ πλῆρες: cum ῥέξας positum ἁπλῶς, habeat ἔλλειψιν: quia ὁ ῥέζων, θυόμενόν τι ῥέζει. At in Od. Ξ. (251.) ἱερήϊα πολλὰ παρεῖχον Θεοῖσίν τε ῥέζειν, αὐτοῖσί τε δαῖτα πένεσθαι, nihil necesse est jungere ῥέζειν cum ἱερήϊα. [" Heyn. Hom. 5, 680. 6, 533. ad Herod. 689. De sacrificio, Clark. ad Il. Α. 444. Heyn. Hom. 4, 680. Virg. 1, 60. Thom. M. 456. Theocr. Epigr. 4. Erycius 1. De coitu, Valck. ad Theocr. x. Id. p. 91. Bergler. ad Alciphr. 413. Conf. c. πράττω, Porson. Hec. p. 62. 86. Ed. 2. Cum duobus accus., Brunck. ad Æsch. S. c. Th. p. 367. Dawes. M. Cr. 184. Heyn. Hom. 5, 680. 'Ῥέζειν καλῶς, Boeckh. in Plat. Min. 70. Τί ῥέξω; D Abresch. Æsch. 2, 110. 'Ῥεχθῇ, Brunck. ad Æsch. Pr. 189. * 'Ῥέδδω, Valck. Adoniaz. p. 292." Schæf. Mss. " Macto, Quint. Sm. 12, 36." Wakef. Mss. I. q. βάπτω, Epicharmus Suidæ v. 'Ῥέξαι. Cf. 'Ῥήσσω, 'Ῥηγεὺς, 'Ῥῆγος.]

'Ῥεκτὴρ, ῆρος, ὁ, Actor, ut πρηκτῆρα ap. Hom. vertit Cicero Actorem, Hesiod. "Εργ. (1, 189.) μᾶλλον δὲ κακῶν ῥεκτῆρα καὶ ὕβριν 'Ανέρα τιμήσουσι, [" Manetho 4, 149. 229. * 'Ῥέκτειρα, 1, 212. ad Charit. 341." Schæf. Mss.] ITEM 'Ῥέκτης i. q. ῥεκτὴρ, quod tamen ῥέκτης in VV. LL. affertur absque ullo exemplo, et exp. Strenuus. Apud Suid. legitur ῥέκτῃ ἀνδρὶ, τῷ πράκτῃ, ubi simul observandus est dativus hic a NOMIN. Πράκτης, qui etiam erit idem cum πρακτὴρ, pro quo πρηκτὴρ ap. Hom. Usus autem est illo nomine ῥέκτης Synesius (209.) ita scribens, 'Εδόκει γὰρ οὗτος νέος τε εἶναι καὶ ῥέκτης ἀνὴρ, οἷος ἐχθροὺς τε κακῶσαι καὶ φίλους ὀνῆσαι, ubi certe videri potest positum pro δραστήριος: quam signif. habere A puto et ῥεκτήριος, ut paulo post docebo. Hes. certe et NOMEN 'Ῥεκτὸς, si mendo carent ejus exempl., exp. ἀνδρεῖος, addens, ἢ χιτών. Idem ῥεκτῶν significare ait ἀπομάκτρων, ita enim malo quam ἀπὸ μάκτρων, ut in vulg. Edd., vel ἱματίων. Sed quomodo hæc, quæ γλωσσηματικὰ esse suspicor, ad verbum ῥέζω pertinere possint, non intelligo: quorum tamen faciendam hic obiter mentionem censui. ['Ῥέκτης, Plut. Bruto 12. " Lobeck. Aj. p. 289." Schæf. Mss. * Κακοῤῥέκτης, Maleficus, Apoll. Rh. 3, 595. " Const. Manass. Amat. 5, 2." Boiss. Mss. Adamant. Phys. 2, 26. p. 425. * Κακοῤῥέκτειρα, Orac. Sibyll. p. 474=276. καρπῶν χάλαζα, vulgo * κακοῤῥήτειρα. * Μεγαλοῤῥέκτης, Adamant. Phys. 216. Sylb.] AT VERO 'Ῥεκτήριος illud a ῥεκτὴρ formatum, legitur ap. Athen. (604.): ap. quem mihi videtur plane i. significare q. δραστήριος, [Industrius, Strenuus:] de quo satis multa suo loco dicta fuerunt. [" Huschk. Anal. 24. Toup. Opusc. 2, 92." Schæf. Mss.]

" Αὐτορέγμων, Hesychio est ἑαυτῷ ἐργαζόμενος, B " quem ipse sibi struit s. conciliat aliquis: qui iti- " dem αὐτορέγμονος πότμου ap. Æschylum dici ait " ὅσον ἑαυτὸν ἔρεξε. Sed * ἑαυτορέγμονος ab Eod. " dici παρὰ τὸ ὀρέγειν τὴν χεῖρα.

" Αὐτόρεκτον, Etym. dici tradit τὸν ἑαυτὸν ἀπο- " κτείναντα, Suis ipsius confectum manibus, Pro- " pria interfectum dextra." [Αὐτόῤῥεκτος, A seipso factus, Opp. Κ. 2, 567. αὐτόῤῥεκτα φύει καὶ ἀμήτορα φῦλα: 'Α. 1, 763. αὐτοτέλεστα καὶ αὐτόῤῥεκτα γένεθλα.]

[* 'Αμφιῤῥέζω, Apollin. Metaphr. p. 184.]

[* " 'Αποῤῥέζω, Theocr. in Anth. Palat. 9, 437." Boiss. Mss.]

'Επιῤῥέζω, Sacrifico, VV. LL.: ut i. sit q. simplex ῥέζω, quod poni pro Sacrifico, sicut Lat. Facio, dictum antea fuit; affertur enim ἐπιῤῥέξει ex Epigr. pro Sacrificabit: et ita vacabit præp. [" Theocr. Epigr. 4. Jacobs. Anth. 8, 120. Toup. Opusc. 1, 427." Schæf. Mss. 'Επιῤῥέζεσκον, Hesychio ἐπετίθεσαν, ἔθυον. Respicitur ad Od. Ρ. 211.] Ab hu- C jus passiva voce 'Επιῤῥέζομαι EST [* 'Επίῤῥεκτος, unde] 'Ανεπίῤῥεκτος, habens præfixum α privativum cum litera ν, ad vitandam cacophoniam, ut in aliis prope innumeris videmus. Est autem ἀνεπίῤῥεκτος, Non sacrificatus, libatus. Hesiod. "Εργ. (2, 366.) Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἀνελόντα "Εσθειν, ubi quidam interpr. Ab ollis non libatis; quidam, Ab ollis non initiatis. Tzetzes exp. ἀθύτων: addens, Poëtam vetare ne vescamur cibis qui in olla sunt, nisi prius sacrificarimus.

Καταρέζω, Demulceo, manu sc., ut fit blandiendo. Interdum tamen additur dat. χειρὶ, Il. Α. (361.) Χειρί τέ μιν κατέρεξε. At per SYNC. Καῤῥέζω, [Gallice Caresser,] ut Il. Ε. (424.) Τῶν τινα καῤῥέζουσα 'Αχαιϊάδων ἐϋπέπλων, pro καταρέζουσα. Verum quidam καταρέζω factum putarunt non e κατὰ et ῥέζω, sed e κατὰ et ἕζω, inserta particula ῥά. Vide Eust. [" Καταῤῥέζω, Wakef. S. Cr. 3, 59. ad Callim. 1. p. 75. (H. in Dian. 29. Φῆ δὲ καταῤῥέζων,) Brunck. Apoll. Rh. 164. (4, 687.) Καταρέζω, Heyn. Hom. 5, D 87. Καῤῥέζω, ibid. ad Callim. l. c. Alberti Peric. Cr. 90." Schæf. Mss. Opp. 'Α. 4, 611. ἀκάνθας "Ηκα καταῤῥέξειεν ἐπικλίνοι τε πιέζων.]

" Περιῤῥέζειν, Hesychio est τὸ ἐπὶ τοῖς καθαρσίοις " θύειν."

[* Συῤῥέζω, Anal. 3, 190.]

Sic ETIAM "Εοργα, præt. med., quod passim legitur pro Feci: ut Il. Β. (272.) ἐσθλὰ ἔοργε, et alibi, ὅ με πρότερος κάκ' ἔοργε: quidam a ῥέζω deduxerunt, ut sit ἔοργα per metathesin pro ἔροογα: [" Eust. Od. 135, 13." Wakef. Mss.] alii ab ἔργω, s. ἐέργω. [Vide "Εργω, Facio.]

Quinetiam VERB. "Ερδω, quod Poëtis significat itidem Facio, quidam e ῥέζω factum putarunt per metathesin, et mutationem literæ ζ in δ: nonnulli potius e BŒOTICO 'Ῥέδω pro ῥέζω. An autem aspirandum sit hoc verbum, an contra tenuandum, Grammatici certant, et adhuc sub judice lis est. Ii certe, qui aspirant, videntur derivationem a ῥέζω sequi. Ego aspiratum pluribus in Il. observasse

mihi videor, et quidem in quorum nonnullis præcedit A litera aspirata, magis etiam scripturam illam confirmans. Nam ap. Hesiod. (Ἔργ. 1, 360.) legitur, τοῦθ' ἔρδοις, ap. Soph. (El. 83.) Πειρώμεθ' ἔρδειν. Sed vicissim ἔργμασι, nomen hinc derivatum, præcedente tenui invenitur ap. Theognin non semel, in ἐπ' ἔργμασι. Itidemque ἐπ' ἔργματι ap. Hesiod. (Ἡμ. 37.) Quod si ἔργον quoque hinc esse putemus, confirmabit et ipsum alteram hanc scripturam. Sed ut disceptatione hac omissa, ad exempla signif. hujus verbi veniam, sciendum est poni, sicut ῥέζω, non solum pro Facio, Ago, ut Od. O. (359.) φίλος εἴη καὶ φίλα ἔρδοι, N. (145.) Ἔρξον ὅπως ἐθέλεις: item ἔρδω κακὸν, adjecto et accusativo personæ. Hesiod. Ἔργ. (1, 325.) Ἶσον δ' ὅσθ' ἱκέτην, ὅστε ξεῖνον κακὸν ἔρξει, Perinde est sive quis supplicem, s. quis hospitem malo afficiat. Dicitur et κακῶς ἔρδειν, quod legitur et ap. Herod. (6, 88.) pro Malo afficio, Mali quidpiam facio alicui; ad verbum, Male facio; sed et pro Facio significante Sacrifico: ut ap. Hesiod. (Ἔργ. 1, 135.) ἔρδειν ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς. Interdum B vero cum accus. ἱερὰ, sicut et ἱερὰ ῥέζειν, ad verbum, Sacra facere. Item ἔρδειν ἑκατόμβας, ut ῥέζειν ἑκατόμβας. Il. B. (306.) Ἔρδομεν ἀθανάτοισι τεληέσσας ἑκατόμβας, ubi alio potius verbo quam Facere, utendum est. [" Thom. M. 456. Wakef. Phil. 684. Jacobs. Anth. 9, 398. Alberti Peric. Cr. 85. Plut. Mor. 1, 33. De sacrificio, Eldik. Specim. p. 16. ad Herod. 700. Conf. c. ῥέζω, Heyn. Hom. 5, 652. De spiritu, 4, 92. 255. 559. 6, 581. 7, 32. 218. Brunck. El. 83." Schæf. Mss.] Hinc est illud NOMEN Ἔργμα, Factum, Opus; interdum vero et Facinus; aliquando Res. Scribi autem et ἔργμα cum tenui, docui paulo ante. [Vide post Ἔργω, Facio. " Abresch. Æsch. 2, 77. Jacobs. Anth. 6, 157. 7, 347. Villoison. ad Longum 259. Epigr. adesp. 159. Heyn. Hom. 4, 92. Lobeck. Aj. p. 314. Boeckh. ad Sim. p. xxxiii. Theogn. 29. Harles. ad Theocr. 264. Koppiers. Obss. 64. Wessel. Diss. Herod. 175. ad Herod. 247. Jacobs. Exerc. 1, 179. Wolf. ad Hesiod. 128. Græv. Lectt. 633. Dawes. M. Cr. 107. Valck. C Callim. 277. Musgr. Med. 215. Or. 286." Schæf. Mss. " Greg. Naz. Carm. 1. p. 32." Kall. Mss. Pind. N. 4, 10. 136. 6, 58. 7, 72. I. 1, 36. 4, 71. Fr. Inc. 82.] " Συνέρδω, Simul facio, operam do. " Apud Soph. pro Adjuvo, quam signif. habet iti- " dem v. πράττω nonnunquam:" [El. 350. Fut. συνέρξω, Trach. 83.]

" ῬΕΘΟΣ, τὸ, Membrum, Quævis pars corporis: " unde plur. ῥέθεα, ῥέθη, Il. non uno in loco, Ψυχὴ " δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη Ἄϊδόσδε βεβήκει: X. (68.) " ῥεθέων δ' ἐκ θυμὸν ἕληται. Sed interdum peculiari- " ter de facie dicitur, ut ap. Apoll. Rh. 2, (68.) αὐ- " τίκ' ἀνασχόμενοι ῥεθέων προκάροιθε βαρείας Χεῖρας, " Schol. ait significare τὰ πρόσωπα: quamvis alioqui " ῥέθος dicatur ἅπαν μέλος. In Moschi Megara, " quæ perperam Theocrito ascribitur, (init.) τὸ πρὶν " δέ τοι οὐκέτ' ἔρευθος Σώζετ' ἐπὶ ῥεθέεσσι, quidam " ῥεθέεσσι esse volunt dictum pro Genis aut Labris. " Itidemque ῥέθος pro Genis in isto Soph. loco, Ant. " (529.) Νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν Ῥέθος αἰσχύ- " νει, Nebula superciliis insidens, i. e. tristitia et " mœror, genas purpureas decolorat. Quidam eam " signif., qua peculiariter pro Facie ponitur, ab " Æolibus manasse putant. Vide Eust. et Hes." [" Wakef. Ion. 199. Heyn. Hom. 7, 278. 8, 251. 319. Rhian. 4. Jacobs. Anth. 8, 79. 12, 308. Toup. Opusc. 1, 406. Emendd. 2, 134. Facies, Opusc. 1, 397. Add. in Theocr. p. 406." Schæf. Mss. " Corpus, Nicander Θ. 165. 722." Wakef. Mss. Lycophr. 173.] " A Suida affertur et Ῥεθομαλίδαι de iis " qui sunt molli et delicata cute." [Ad Hesych. v. Ἰδομαλιάδαι. * " Ῥεθομαλὶς, Toup. Add. in Theocr. l. c. Emendd. l. c." Schæf. Mss. Schol. Il. X. 68. Ῥεθέων· τῶν τοῦ σώματος μελῶν, ὅτι κατὰ παντὸς μέλους τὸ ζωτικὸν καὶ ψυχικόν ἐστι· ῥέθη δὲ τὰ ζῶντα μέλη, δι' ὧν ῥέζομέν τι. Αἰολεῖς δὲ τὸ πρόσωπον, καὶ ῥεθομαλίδας, τὰς εὐπροσώπους.]

ῬΕΜΒΩ, In gyrum circumago, simpliciter Circumago, Circumvolvo, γυρεύω: ut Hes. pass. ῥέμβεται, exp. γυρεύει, sed ei præfigens πλανᾶται: de qua signif. mox dicam. In VV. LL. redditur Circumverto; item Vacillo, Irrito.

AT Ῥέμβομαι, est πλανῶμαι, ut Hes. exp. Suidas, Ἐρέμβοντο, ἀπεπλανῶντο. Gal. autem activam etiam vocem ῥέμβει exp. πλανᾶται. Temere inambulo, Spatior, Vagor, Erro: ut Bud. vertit ap. Plut. Demosthene, Τὸν δὲ ἀποστάντα τοῦ δήμου, καὶ ῥεμβόμενον ἐν Πειραιεῖ. Et ap. Athen. p. 174. Μόνος ἐρρέμβετο λίθους ὑπὸ μάλης ἔχων, Vagabatur, Inerrabat. Affertur vero ῥέμβεσθαι et cum præp. ἀπὸ e Plut. Fabio, Ῥεμβόμενος ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, καὶ τὴν τάξιν ἐκλείπων, ubi non recte redditur simpliciter Discedens: ac fuerit potius reddendum Evagans, Discedens et vagans. Rursum Bud. ex Eod. affert h. l., ubi ῥεμβόμενον reddit Palantem, in Pompeio (20.) Εὐθὺς οὖν Πομπήϊος ἐπεξελθὼν, καὶ ῥεμβόμενον ἐν τοῖς πράγμασι τὸν Περπένναν καταμαθὼν, δέλεαρ αὐτῷ δέκα σπείρας ὑφῆκεν εἰς τὸ πεδίον, διασπαρῆναι κελεύσας. Ubi tamen quidam interpr. Vagari atque rem negligenter gerere. Sic autem Negligentiæ signif. habere ap. Chrys. hoc verbum, tradit Bud. Affert enim hæc ex illius Comm. in Ep. ad Col. p. 77. Ἐπεὶ ἐν τῇ εὐχῇ δεῖ καρτερεῖν, διὰ τοῦτό φησιν, ἐν αὐτῇ γρηγοροῦντες· τουτέστι νήφοντες, μὴ ῥεμβόμενοι: ubi observa obiter et usum hunc metaphoricum PARTIC. Γρηγοροῦντες, pro Non animo vagabundo. Quibus addit, illum ibid. id vocare ἀκηδιᾶν, Neglectim orare. Subjungitque ex Eod. in Ep. ad Timoth. c. 2. p. 57. Τοῦ νοῦ πολλάκις ἀλλαχοῦ ῥεμβομένου, ἡ χεὶρ αὐτόματος ἕλκεται. Non dubium est autem quin ab isto verbo ῥέμβεσθαι metaphoricam hanc signif. habente sit nostrum, Rêver, a quo Rêverie. " Ἐρέμβομαι, " Oberro, VV. LL. sed perperam pro ῥέμβομαι. Est " autem natus error ex ἐρέμβοντο, exposito ἀπεπλα- " νῶντο: dando ipsi themati literam ε, quæ ex au- " gmento syllabico accesserat. Idem vero et in aliis " plerisque vocibus eadem Lexica fecisse comperi." [" Jacobs. Anim. 93. Anth. 9, 37. 11, 51. 66. Palladas 120. Toup. Emendd. 2, 174. Wyttenb. Select. 250. ad Plut. de S. N. V. 101. (232.) Valck. Phœn. p. 147." Schæf. Mss. Philo de Sept. Mirac. c. 1. Ῥίζα ῥεμβομένη. Schleusn. Lex. V. T.]

Ῥέμβη, Vagatio, Erratio; Aberratio, ut quidam interpr. πλάνη, quo Gal. Lex. Hippocr. exp. illud ῥέμβη: addens significare et quædam alia, a verbo ῥέμβεσθαι. [Legitur autem * Ῥεμβίη in Hippocr. p. 1215=356, 9.] AT VERO Ῥέμβος, ὁ, Vagus, Erro, de Ædil. edicto, Bud. In VV. LL. autem annotatur hunc Latine dici posse Vagabundum. Et affertur hæc exp. Græca, Proprie ῥέμβον appellari τὸν συνεχῶς ἀναιτίως πλανώμενον, καὶ καιροὺς εἰς ἀνόητα δαπανῶντα, βραδέως εἰς τὸν οἶκον ἐπαναστρέφοντα. Quibus subjungitur e Marco Aurelio, (2, 17.) Ἡ ψυχὴ ῥέμβος, Anima vaga. [I. q. ῥέμβη, Plut. 8, 381.] Invenitur ETIAM Ῥεμβὸς ap. Erotian., p. 43. meæ Ed. (=318.) scribentem ῥεμβὸν et γαῦσον dici τὸ D στρεβλόν. Ubi habes ET Ῥεμβοειδέα, quod exp. τρόπον πλαγίων. Et paulo ante HABET Ῥομβοειδέστατον, quod ait significare καμπυλώτατον. [Cf. Ῥαιβός.] Eum tamen hic scripsisse itidem Ῥεμβοειδέστατον, inde suspicor quod addat, Ῥεμβὸν γὰρ καὶ Γαῦσον τὸ στρεβλὸν λέγεται. At Gal. non ῥεμβοειδέα nec ῥομβοειδέα affert, SED Ῥαιβοειδέα, exponens καμπύλον. [" Ῥέμβος, Ῥεμβὸς, Brunck. Lectt. ad Anal. 198. Visconti Iscr. Triop. p. 69." Schæf. Mss. * " Ῥεμβὰς, Vaga, Epiph. Ancorat. p. 105. (Hær. 21, 1.)" Kall. Mss. " Const. Apost. 299." Wakef. Mss. LXX. Sir. 26, 9. γυνή.]

Ῥεμβώδης, Animo vagabundo factus, Qualis est ejus cujus animus vagatur. Affert autem Bud. e Plut. Dione (7.) Ἀεί τινας διατριβὰς ἐμηνῶντο ῥεμβώδεις περὶ πότους. Atque ut ῥέμβεσθαι docuit Idem dici de eo quod neglectim fit, sic ῥεμβώδους πολιορκίας Suidas exp. ἠμελημένης. E quo miror VV. LL. ῥεμβώδης exponere, Inanis labor, Remissus: perinde sc. ac si ille non pro adj., sed pro subst. nomen istud

¶ Ῥοῖβδος, i. q. ῥοῖζος, Stridor: in hoc versu, Πτερῶν γὰρ ῥοῖβδος οὐκ ἄσημος ἦν, sic autem Stridentes alas legimus ap. Maronem et Nasonem, quem versum affert Eust., Auctorem non nominans, ut probet inveniri ῥοῖβδος positum pro ῥοῖζος, p. 1716. Idem p. 821. dicit ῥοῖβδος hoc pro ῥοῖζος esse Αἰολικώτερον. Sic de vento dictum affertur ex Aristoph. (N. 407.) Ὑπὸ τοῦ ῥοίβδου καὶ τῆς ῥύμης. [" Wakef. Herc. F. 862. * Ῥοιβδώδης, ibid." Schæf. Mss. Ῥοιβδώδει, Hes. μετὰ ἤχου ἀηδεῖ, ὡς οἱ ποιμένες. Vide nott. * Ῥοίβδην, Photio δαψιλῶς. Item * Ῥοίβδειν· ὡς ἐπὶ ῥεύματος· σφοδρῶς, φοβερῶς: male pro ῥοίβδην. Cf. Ῥύβδην.] Unde VERB. Ῥοιβδέω, Strido. Interdum vero Sorbeo. [" Wakef. Phil. 21. Eum. 407. Ruhnk. Ep. Cr. 122. * Ῥοίβδησις, Wakef. Herc. F. 862." Schæf. Mss. Eur. Iph. A. 1086. * Ῥοιβδητὸς, unde * " Πολυῤῥοίβδητος, Jacobs. Anth. 8, 35." Schæf. Mss. Suid. 1, 373. * Ῥοιβδηδὸν, Quint. Sm. 5, 381.] Ἀναῤῥοιβδέω, VEL Ἀναροιβδέω, Resorbeo, aut etiam Absorbeo: ut Od. M. (104.) Τῷ δ' ὑπὸ δῖα χάρυβδις ἀναῤῥοιβδεῖ μέλαν ὕδωρ. Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ Δεινόν· μὴ σύ γ' ἐκεῖθι τύχοις ὅτε ῥοιβδήσειεν, ubi ἀναῤῥοιβδεῖ Eust. vult esse ἀναῤῥοφεῖ. Idem in hunc locum ejusdem libri, (235.) Ἔνθεν μὲν γὰρ σκύλλ', ἑτέρωθι δὲ δῖα χάρυβδις Δεινὸν ἀνεῤῥοίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ, ait quosdam e vett. ἀνεῤῥοίβδησε exposuisse ἀνηκόντισε: sed meliorem esse alteram interpretationem:

et ἀνακοντίζειν potius esse quod ἀνιέναι vocat in illo priore loco. Quod autem dicit Hom. per comp. ἀναῤῥοιβδεῖν, idem et per simplex ῥοιβδεῖν, subdens ῥοιβδήσειεν. Ceterum ἀναῤῥοιβδεῖν per literarum mutationem vult Etym. factum ex ἀναῤῥοφεῖν, Eust. autem vult ῥοιβδεῖν et ἀναῤῥοιβδεῖν esse facta per onomatopœiam, sicut et ῥαχθεῖν: esse autem similia ἐῤῥοίβδησε et ἐῤῥοίζησε, sicut ῥοῖζος et ῥοῖβδος. Mihi quidem certe non fit verisimile ἀνεῤῥοίβδησε per mutationem literarum dictum pro ἀνεῤῥόφησε, et ἀναῤῥοιβδεῖ pro ἀναῤῥοφεῖ: ac potius ἀναῤῥοιβδεῖν, deducendo a ῥοῖβδος pro ῥοῖζος, existimo esse Resorbere cum magno sonitu. Et tale quid Hes. videtur indicare voluisse: qui et ἀναῤῥίπτει significare ait: sed et tum ἀναῤῥίπτει puto intelligendum μετὰ ἤχου, quasi Ejaculatur cum sonitu, vel potius, Sursum ejaculatur. Vide 'Ροῖζος. [" Jacobs. Anth. 11, 173. Paul. Sil. 74, 65. Brunck. Apoll. Rh. 169. Soph. 3, 498. ad Herod. 660." Schæf. Mss.] 'Αναῤῥοίβδησις, Absorptio aquarum, vel Ejaculatio, ἡ ἀναφορὰ τῶν ὑδάτων, [Strabo 1. p. 75.]

" 'Αποῤῥοιβδέω, Cum sonitu eructo s. emitto. Nonn. " dixit etiam ἀποῤῥοίβδησεν ἰωὴν pro Vocem eructavit " s. emisit: ut et Soph. Antig. (1021.) p. 256. Οὐδ' " ὄρνις εὐσήμους ἀποῤῥοιβδεῖ βοὰς, quod Schol. exp. " ἀπηχεῖ, ἀφίησιν." [* 'Εκροιβδέω, Mnesimachus Athenæi 403. * 'Επιῤῥοιβδέω, Theophr. Fr. 6, 1, 16. 'Εὰν κόραξ μὴ τὴν εἰωθυῖαν φωνὴν ἵῃ καὶ ἐπιῤῥοιβδῇ. * 'Επιῤῥοίβδην, Rapido cum impetu et stridore, Eur. Herc. F. 860.] " Καταῤῥυβδήσας, Hesychio κατα- " πιὼν, ῥοφήσας. Pro quo scr. potius Καταῤῥοιβδή- " σας."

" 'Ροβδέω, et 'Ροβλέω, Absorbeo, Cum sonitu " spiro, Cum strepitu projicio, VV. LL. ex Hes.; ap. " quem tamen distinctas horum verborum significa- " tiones videbis."

Etiam 'Ροιδμὸς ap. Hes. legitur, quod esse dicit ποιὸν ψόφον, i. e. Strepitus quoddam genus. Sed forsan aliquis ῥοιβδμὸς scr. potius existimet.

" 'ΡΟΜΟΞ, Vermis ligna exedens," [Hes.] " A " quibusdam redditur Teredo, item Cossus." [* 'Ρόμος, Arcadius p. 59.]

'ΡΟΦΕΩ, vel 'Ροφάω, Sorbeo: ut ὥσπερ ὠόν τις ῥοφῶν, ap. Athen., Ovum sorbens, unde ῥοφητὸν ὠὸν, Sorbile ovum, Sic ὠὰ ῥοφεῖν, Gal. ad Gl. Fut. pass. ῥοφήσομαι pro ῥοφήσω, Sorbebo: Aristoph. Σφ. (814.) τὴν φακὴν ῥοφήσομαι: ubi et infinit. activus ῥοφεῖν habetur. Itidem vero præsens pass. in activa signif. affertur, sc. ῥοφεῖσθαι pro ῥοφεῖν, Sorbere. Illud autem 'Ροφάω secundæ conjug. Bud. ex Aretha. Interdum ῥοφῶ pro Exhaurio, Haurio: ut ap. Soph. Tr. (1057.) Cicero vel potius Accius, πνεύμονός τ' ἀρτηρίας 'Ροφεῖ, vertit, Pulmonum haurit spiritus: ut videbis p. 112. et 113. mei Lex. Cic. [" Ad Charit. 768. T. H. ad Plutum p. 204. ad Lucian. 2, 329. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 26." Schæf. Mss. " Nicander 'A. 388." Wakef. Mss. Aristoph. 'Ιππ. 901. Εἰρ. 715. " 'Εῤῥοφηκότες, Theod. Hist. Eccl. 1, 4." Mendham. Mss.]

'Ρόφημα, τὸ, Sorbitio, accipiendo pro Eo quod sorbetur. Sic certe Celsum dixisse Sorbitones, quæ Diosc. vocat ῥοφήματα, tradit Bud. Qui etiam ann. Gazam interpretatum esse Polentam ap. Aristot. E Gal. 1 ad Gl. affertur, Τὰ διὰ τοῦ χόνδρου ῥοφήματα: ap. Athen. autem legimus χόνδρον dixisse τὸ ῥόφημα. [" Aristoph. Fr. 237." Schæf. Mss. * " 'Ροφηματώδης, Anna C. 500." Elberling. Mss. Paul. Ægin. 1, 7, 3. * 'Ροφημάτιον, Gl. Sorbitiuncula.] At vero 'Ρόφησις fuerat potius Sorbitio, significans Ipsam sorbendi actionem. Gal. ap. Hippocr. ῥόμματος ait esse ῥοφήματος vel ῥοφήσεως. [Aristot. Meteor. 4, 3. Gl. Suctus.]

'Ροφητὸς, Sorbilis: ut ὠὸν ῥοφητὸν ap. Diosc. et Gal. item Athen. [" Casaub. ad p. 117." Schæf. Mss. * Νεοῤῥόφητος, Hippocr. 395, 24. * 'Ροφητικὸς, Strabo 15. p. 1029.]

'Αναῤῥοφέω, vel 'Αναῤῥοφάω, Resorbeo: aut etiam Absorbeo, Philostr. Ep. Ὥσπερ τοὺς πλέοντας ἡ Χα-
A ρύβδις ἀνεῤῥόφα. At 'Αναῤῥοφεῖν primæ conjug. invenitur ap. Hes. Suid., Etymol. et Eust. in expositione verbi ἀναῤῥοιβδεῖν. [Lucian. 2, 93. " Brunck. Soph. 3, 498. * 'Αναῤῥόφημα, ibid." Schæf. Mss. * 'Αναῤῥόφησις, Schol. Lycophr. 743.]

'Αποῤῥοφέω, vel 'Αποῤῥοφάω, Absorbeo, Exhaurio, ap. Synes. [Xen. K. Π. p. 40. (1, 3, 10.) Wyttenb. Select. 375. 378. * Διαῤῥοφέω, ad Diod. S. 1, 617." Schæf. Mss.]

'Εκροφέω, vel 'Εκροφάω, Exorbeo. Synes. passivam etiam vocem active usurpavit, ut ῥοφεῖσθαι pro ῥοφεῖν ab eo poni dictum est, Εἰ δὲ πλοῦς παρατείνοιτο, καὶ μέχρι τρυγὸς ἂν ἐκροφοῖτο τὸν ἀνθοσμίαν. [" Jacobs. Anim. 37. Anth. 9, 36. ad Diod. S. 1, 617." Schæf. Mss. " Theod. Prodr. 266. (270.) 349." Elberling. Mss. * " 'Επεκροφέω, Aristoph. 'Ιππ. 701. Ἢν μὴ 'κφάγῃς; ἐγὼ δὲ, σ' ἢν μή γ' ἐκπίω, Κἀπεκροφήσας αὐτὸς * ἐπιδιαῤῥαγῶ. Sed jamdudum monui leg. esse κἆτ', ἐκροφήσας, (probante Dindorfio,) Vide Classical Journal 2, 715." Seager. Mss. * " Προ-
B εκροφάω, Prægusto, Eust. Ism. 58. 62. (77.)" Wakef. Mss. * " Συνεκροφέω, Max. Tyr. 20, 4." Wakef. Mss. Leo Diac. in Notit. Mss. 8, 280. Theod. Prodr. Rhod. p. 101." Boiss. Mss.]

'Επιῤῥοφέω, vel 'Επιῤῥοφάω, Sorbeo, Sumo sorbitionem, Bud. ap. Aristot. Probl. Affert vero et ἐπιῤῥοφεῖν τοῦ ὕδατος e Plut. Phocione (9.) In VV. LL., pass. partic. ἐπιῤῥοφηθεὶς, Sorbitione sumtus. [" Koen. ad Greg. Cor. 51. ad Diod. S. 1, 248. Schæf. Mss. Athen. 426. * 'Επιῤῥόφημα, Sorbitio, Alex. Trall. 12. p. 209., 13. p. 686. * 'Επιῤῥοφὴ, Hippocr. 495.]

" Καταῤῥοφέω, Sorbeo, Sorbillo, Sorbendo de- " glutio," [" Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 12. Select. 375. 378." Schæf. Mss. Xen. K. Π. 1, 3, 8. Aristot. Probl. 4, 36. " Hermeas Athenæi 563." Strong. Mss. * Καταῤῥοφάω, Alex. Trall. 10. p. 546. Schleusn. Lex. V. T. * " Καταῤῥοφὴ, f. l. in Psalterio Salomon. 13, 6. ap. Fabric. Cod. Pseud. V. T. p. 933. Leg. καταστροφή." Schn. Lex. Suppl. * " Συγ-
C καταροφάω, s. * Συγκαταροφέω, Theod. Prodr. 257." Elberling. Mss.]

[* Προροφέω, Ante sorbeo, Hippocr. 622, 21.]

[* " 'Υποῤῥοφέω, Is. Porph. in Allatii Exc. p. 272-3. Timarion in Notit. Mss. 9, 200." Boiss. Mss.]

'Ρόφω ap. Atticos barytone pro ῥύφω, Etym., cujus tamen usus exemplum nullum affertur; sed non dubium est quin ab eo deducenda sint nomina 'Ρόμμα et 'Ροπτὸς, quæ Hippocr. usurpat pro ῥόφημα, i. e. Sorbitio: et pro ῥοφητὸς, Sorbilis. Sed Gal. Lex. Hippocr. ῥόπτων dupliciter exp., sc. ῥοφημάτων et πάντων τῶν ὁπωσοῦν ῥοφουμένων. [" Habet affinitatem cum βρόχω, Absorbeo, Deglutio." Gataker. Mss.]

[* 'Ροφάνω, Hippocr. 465, 4. 468, 3. 22. 480, 23. 37. 481, 39. Codd. exhibent etiam * 'Ρομφάνω et * 'Ρυμφάνω. * 'Επιῤῥοφάνω, de Intern. Affect. c. 7. * Καταῤῥοφάνω, p. 480, 17. 482, 36. * Προροφάνω, 480, 15.]

[* " 'Ρυφαίνω, * 'Ρυφέω, i. q. ῥοφαίνω, ῥοφέω, Hippocr. Epidem. 7. T. 1. p. 825. Lind. ἐρύφησε et ῥυ-
D φῶν, 826. ῥυφαίνοντι, 827. ῥυφέοντι, 829. ἐρύφησεν et ῥυφήσαντι, 836. ῥυφήσασθαι et ἐρύφανε, Foës. ἐρόφανε." Schn. Lex. Suppl. 'Ρυφῶ, Gl. Sorbo. Phot. 'Ρυφεῖν· τὸ ῥοφεῖν Ἴωνες· οὕτως Ἱππῶναξ. Ἔρυφον· οὐκ ἐῤῥόφησα. * 'Ρύφημα, i. q. ῥόφημα, Hippocr. l. c. p. 824. 827. 837. Vide Schn. Lex. Suppl.]

[* " 'Ρόφος, i. q. ῥόφημα, Eupolis Æliani 9. p. 368. εὐθὺ τοῦ ῥόφου, ubi olim erat ῥύθου." Schn. Lex. * 'Ρόφιον, Hesychio κῦμα.]

" 'ΡΥΓΧΟΣ, τὸ, Rostrum, Rictus. Proprie de " porco dici tradit Athen. 3. (p. 95.) Κυρίως λέγεται " ῥύγχος ἐπὶ τῶν συῶν. Sed latius extenditur, adeo " ut de avibus interdum dicatur: quibus alioqui " convenit potius ῥάμφος. Legimus enim ap. eund. " Athen. 14. 'Ρύγχος δὲ ὀξύτερον καὶ μεῖζον ἢ ὄρνις " ἔχει. Homini etiam tribuitur, sed per irrisionem: " veluti cum dicimus Le groin de homine. Epigr. " in quendam valde deformem, 'Ρύγχος ἔχων τοιοῦτον " 'Ολυμπικέ." [Athen. l. c. " Thom. M. 787. Ja-

cobs. Anth. 9, 452. 462. Aristoph. Fr. 263. Toup. Opusc. 2, 274. Ammon. 123. De Facie humana, Heringa Obss. 296. Toup. Opusc. 1, 402." Schæf. Mss. Aristoph. Ὄρν. 362. 478. 1138. " Ῥ. suis, Clem. Alex. 287. : canis, Theocr. (6, 30.) De facie, nott. ad Hes. v. * Ῥουγός." Wakef. Mss.] " Ῥυγχο-" μαχεῖν, Rostro pugnare. At VV. LL. Cum rostro " pugnare." [* " Ῥυγχελέφας, (Rostrum elephantinum habens,) Jacobs. Anth. 10, 137. Palladas 39." Schæf. Mss. * Κακόῤῥυγχος, Arrian. Epict. 3, 22, 77. * " Μακρόρυγχος, Longo rostro instructus, unde compar. μακρορυγχότερος ap. Athen. 294." Schw. Mss.] " Ἐπιῤῥυγχὶς, (ίδος, ἡ,) Rostri curvitas, in avibus " rapacibus, quibus adunci ungues: unde et γαμψώ-" νυχες appellantur." [Suid. " Ἐπιρυγχὶς, Schneid. ad Aristot. H. A. 2, 149." Schæf. Mss.] " DIMIN. " Ῥυγχίον, q. d. Rostellum, ap. Athen." [95. * Ῥύγχαινα, Gl. Nasuta. * Ῥυγχάζω, unde Ῥυγχάσαι, Photio τὸ μυκτηρίσαι. At ap. Hes. * Ῥυγχιάζειν· διαστρέφειν, ῥογχάζειν.]

ῬΥΘΜΟΣ, Numerus, qualis sc. est in musica, Fab. 9, 4. Omnis structura ac dimensio et copulatio vocum constat aut numeris, (numeros ῥυθμοὺς accipi volo,) aut μέτρῳ, i. e. dimensione quadam: quod etiamsi constat utrumque pedibus, habet tamen non simplicem differentiam. Nam ῥυθμοὶ, i. e. Numeri, spatio temporum constant, μέτρα etiam ordine; ideoque alterum esse quantitatis videtur, alterum qualitatis. Ῥυθμὸς, aut par est, ut dactylus, etc. Hæc Fab. A Bud. ῥυθμὸς redditur etiam Modulus, e Gel., additque, constare ῥυθμὸν modulatione, sicut μέλος canore et sonis. Quæ ex eod. Fabio sumsit, ita scribente l. 1. ubi de musica agit, Vocis rationem Aristoxenus Musicus dividit in ῥυθμὸν καὶ μέλος ἔμμετρον, quorum alterum modulatione, canore alterum ac sonis constat. Sic hic pro ἔμμετρον legitur etiam, καὶ μέτρον, s. Et μέτρον. Gell. autem, 16, 18. Longior mensura vocis, inquit, ῥυθμὸς dicitur: altior, μέλος. Ubi ῥυθμὸν quidam interpr. Modulum et numerum, ac pedum ordinem: μέλος, Cantum modulatum. Cic. Oratore, Quicquid est enim quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiamsi abest a versu, (nam id quidem orationis est vitium,) numerus vocatur, qui Græce ῥυθμὸς dicitur. Idem in eod. opere, de Aristotele loquens, Is igitur versum in oratione vetat esse, numerum jubet: ex h. Aristot. l. Διὸ ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή. Qui tamen alibi μέτρα fatetur esse μόρια τῶν ῥυθμῶν. Certe cum celerior et tardior pedum sublatio et depositio, quæ est ἄρσις et θέσις, rationem inter se habuerit, tum ῥυθμὸς existere dicitur, qui sunt numeri, inquit Cam. Afferuntur et ex Hephæstione quædam de differentia istarum vocum, a Marc. Virg. sc. eo inter se differre, quod μέτρου materia syllaba sit, et absque illa μέτρον esse nequeat: at ῥυθμὸν in syllaba quidem esse, sed et sine syllaba esse posse: quia malleis in incude potest ῥυθμὸς fieri, vel digitorum motu: aque adeo ceteris omnibus quæ in suo motu certis intervallis moventur. Apud Eund. ἡρῷον ῥυθμὸν interpr. Numerum heroum. Idem Aristot. Probl. p. 67. Ῥυθμῷ δὲ χαίρομεν, διὰ τὸ γνώριμον καὶ τεταγμένον ἀριθμὸν ἔχειν, καὶ κινεῖν ἡμᾶς τεταγμένως· οἰκειοτέρα γὰρ ἡ τεταγμένη κίνησις φύσει τῆς ἀτάκτου· διὰ δὲ τὸ ἔθος τρόποις μελῶν χαίρομεν: quæ conveniunt cum verbis Galeni, quibus dicit ῥυθμὸν esse κίνησιν ἐν χρόνοις τάξιν ἔχουσαν ὡρισμένην: sed loquens περὶ σφυγμοῦ, ut docebo infra. Sic autem et Plato ante eum dixit, de LL. 2. init., Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ζῶα οὐκ ἔχειν αἴσθησιν τῶν ἐν ταῖς κινήσεσι τάξεων οὐδὲ ἀταξιῶν, οἷς δὴ ῥυθμὸς ὄνομα καὶ ἁρμονία. Eodem libro, Τῇ δὲ τῆς κινήσεως τάξει ῥυθμὸς ὄνομα εἴη: quibus in ll. Bud. interpr. Modum ratione temperatum. Ceterum duo illa nomina ῥυθμὸν et ἁρμονίαν idem Philosophus alibi distinguens, scripsit ῥυθμὸν esse ἐκ τοῦ ταχέος καὶ βραδέος, ut ἁρμονίαν ἐκ τοῦ βαρέος καὶ ὀξέος. Vocis humanæ, inquit Cam., variabilitas musicos concentus efficit, in quibus considerantur, ῥυθμὸς, Numerus, ἁρμονία, Concinnitas, λέξις, Verba. Habet autem ῥυθμὸς productionem et correptionem

A τῆς ἐκφωνήσεως, s. τῶν φωνηέντων, Enuntiationis, Vocalium literarum: ἁρμονία vero complectitur acutum et gravem et æquabilem sonum, qui ὁμοτόνου habet nomen, et tractum quendam lentæ pronuntiationis compositæ de acuto et gravi.

Ῥυθμὸν et de Modulo gradus ab Alcidamante usurpari ait Bud. ita scribente, Ἀλλ' ὥσπερ οἱ διὰ μακρῶν χρόνων ἐκ δεσμῶν λυθέντες οὐ δύνανται ὁμοίαν τοῖς ἄλλοις ποιήσασθαι τὴν ὁδοιπορίαν, ἀλλ' εἰς ἐκεῖνα τὰ σχήματα καὶ τοὺς ῥυθμοὺς ἀποφέρονται, μεθ' ὧν καὶ δεδεμένοις αὐτοῖς ἀναγκαῖον ἦν πορεύεσθαι. Idem hæc verba, Ὁμαλῶς καὶ μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες, vertit, Æquabili modulatoque sensim ingressu convenientes. Apud Lucian. autem, (1, 32.) Ἐν ῥυθμῷ βαίνειν πρὸς αὐλὸν, Numeroso quodam gressu incedere. Apud Eund. (2, 311.) de iis qui circa ὄρχησιν peccant, Ἕτερα μὲν γὰρ ὁ ποῦς, ἕτερα δ' ὁ ῥυθμὸς λέγει. At Herodian. ῥυθμῷ junxit cum δρόμῳ, 4, (2, 19.) Πᾶν τε τὸ ἱππικὸν τάγμα περιθεῖ κύκλῳ μετά τινος εὐταξίας καὶ ἀνακυκλώσεως, πυῤῥιχίῳ δρόμῳ καὶ ῥυθμῷ. Apud B Aristot. Probl. Ἐν τῷ ῥυθμῷ ἀναπνέουσι, ubi ἐν τῷ ῥυθμῷ puto redditum apte iri In numerum, e Virg. Illi inter sese magna vi brachia tollunt In numerum. In VV. LL. tamen redditur Numerose. Ibid. annotatur dici κατὰ ῥυθμὸν fieri Quicquid certo modo, ordine et proportione fit: et quod contra, παρὰ ῥυθμὸν, Extra numerum, Cic. Afferturque e Plat. de LL. 1. Κατὰ τὸν αὐτὸν ῥυθμὸν ἔχει, pro κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. Et e LXX. Interprr. (Exod. 28, 15.) Κατὰ τὸν ῥυθμὸν τῆς ἐπωμίδος ποιήσεις αὐτὸ, Ejus moduli imitatione et convenientia.

Ῥυθμὸς est etiam Medicæ artis vocabulum, ipsum tribuentis τῷ σφυγμῷ, i. e. Pulsui; nam de eo loquens Gal. scribit, Ῥυθμός ἐστι κίνησις ἐν χρόνοις τάξιν ἔχουσα ὡρισμένην. Ei autem opp. ἀκαταστασία. In VV. LL. Τῶν φλεβῶν ῥυθμὸς, Venarum rhythmus, Vitruvio, i. e. Motus constans certo ordine, qui in pulsus sublatione atque positione, e celeritate et remissione, ejusque æquabilitate et inæquabilitate deprehenditur. Plin. Modulos et metricas leges appellasse videtur, C cum scripsit, 37. Arteriarum pulsus in cacumine maxime membrorum evidens, index fere morborum, in modulos certos legesque metricas per ætates stabilis; aut citatus aut tardus, etc. Ῥυθμὸς, inquit Gorr., Rhythmus, Modulus. Est proportio temporis, motus aut quietis ad tempus motus vel quietis in pulsu. Cum enim pulsus constet quatuor partibus, duobus sc. motibus et gemina quiete, sibi invicem perpetua quadam serie succedentibus, eorum inter se proportio comparatioque rhythmus est. Eum omnis pulsus habet, sed varium. Suus enim est cuique naturæ, ætati, anni tempori, loco, sexui, et reliquis: quem quidem qui servat, is εὔρυθμος dicitur: qui non servat, ἄῤῥυθμος. Cum ergo rhythmus in earum partium proportione consistat, variæ emergant rhythmi differentiæ necesse est. Vel enim tempus diastoles cum tempore systoles comparatur, vel quies cum quiete, vel motus: h. e., ipsa diastole vel systole cum alterutra quiete. Sed cum in omni pulsu hic rhythmus sit, ægre tamen noscitur nisi in vehe-D mentissimo. Sunt autem rhythmorum duæ summæ differentiæ. Omnes enim fiunt proportione, vel pari, vel impari. Pari quidem ut cum diastoles tempus æquat tempus systoles: impari vero, ubi tempus utriusque impar est, earumque altera alteram excedit. Id quod modo certis, modo incertis fit excessibus. Certis quidem, etiam bifariam, aut multiplici proportione, aut ut numeri ad numerum, qui ἐπιμόριος appellatur. Proportio quidem multiplex est, dupla vel tripla vel quadrupla, vel alia. Ut numeri ad numerum est, cum quanta sunt duo diastoles tempora, tanta sunt etiam systoles: incertis autem excessibus, tripliciter. Nam aut diastoles tempus incertum est, aut systoles, aut utrumque. Quorum etiam unumquodque aliquando parum, aliquando plus, interdum etiam plurimum aucta habet incertis excessibus sua tempora, sive plura, sive unum, quod sensu primum est.

Ῥυθμῶν appellatio ad nostram quoque linguam transivit, quæ appellat Ryme, pro Rhythme, Cer-

tam, quam in suis versibus homœoptotis servat, mensuram, aut etiam Versus ipsos homœoptotos ad certam mensuræ legem dimensos : unde Prov. Il n'y a ni ryme ni raison en cela. Hæc autem vox nostra mihi in memoriam revocat istum Herodiani locum, 7, (8, 11.) Τὰ πολεμικὰ αὐτοῖς γυμνάσια, χοροὶ καὶ σκώμματα καὶ ῥυθμοί : quondam enim fuisse itidem scommata et dicta omne procacitatis genus habentia, præcipuam versuum illorum Gallicorum materiam, satis notum est.

[" Ῥυθμὸς, Phryn. Ecl. 66. Markl. Suppl. 94. Musgr. ibid. Dawes. M. Cr. 442. 520. 526. Jacobs. Anth. 6, 159. 11, 67. ad Dionys. H. 5, 104. Heind. ad Plat. Hipp. 133. Gorg. 191. Boeckh. in Min. 129. ad Xen. Mem. 3, 10, 10. Demetr. Phal. §. 5. 6. Valck. ad Röv. p. xliii. Adoniaz. p. 200. Beck. Var. Lect. Aristot. p. 13. Toup. ad Longin. 360. 366. ad Lucian. 1, 215. ad Xen. Eph. 268. 270. Lennep. ad Phal. 99. Reiz. ad Aristot. Pol. 84. Diod. S. 1, 362. 377. Musgr. Cycl. 397. ad Charit. 344. Quomodo differat a μέτρῳ, ibid. De quant., ad Dionys. H. 5, 205. Ῥ. τῶν γραμμάτων, Toup. in Schol. Theocr. 217. ad Herod. 399. Ἐν ῥ., ad Diod. S. 1, 83." Schæf. Mss. Aristoph. Θ. 955. Theocr. 26, 23. Herod. 5, 58. Eur. El. 772. Cycl. 397. " Ῥυθμὸς τῶν γραμμάτων ap. Herod. 5, 57. intelligitur Modus pingendi literas, Forma literarum. Sic et Formam vel Figuram poculi cujusdam ῥυθμὸν dicit Alexis ap. Athen. 125." Schw. Mss. Schæf. Greg. Cor. 813. Conf. c. ἀριθμὸς, ad Dionys. H. de C. VV. 217. Vide Ernesti Lex. Technol. Gr. Rhet.]

[* Ῥυθμοειδὴς, Demetr. Phal. c. 228. Dionys. H. 2. p. 151, 16. " Boeckh. in Plat. Min. p. 130." Schæf. Mss.]

Ῥυθμοποιὸς, Rhythmorum factor, s. fictor : ὁ μέλη καὶ ῥυθμοὺς ποιῶν, Hes. [Plut. 10, 662.] Ῥυθμοποιΐα, Rhythmorum fictio, [10, 663.]

Ἄῤῥυθμος, ὁ, ἡ, Numeris carens, Numerorum expers, Non numerosus, Nullam concinnitatem habens s. modulationem, qualis est numerorum. Nec solum Inconcinnus, sed et Incompositus alicubi redditur. Fab. 9, 4. Cicero testatur frequenter, se quod numerosum sit quærere, ut non magis ἄῤῥυθμον quod esset inscitum atque agreste, quam εὔρυθμον, quod poëticum est, esse compositionem velit. Falso autem crediderunt VV. LL. consarcinatores, ἄῤῥυθμον hic reddi a Fabio Inscitum atque agreste. Alioqui enim eadem ratione εὔρυθμον eum interpretari Poëticum, dicendum foret. Iidem annotant ἄῤῥυθμον histrionem dici Qui indecenter agit. Et ἄῤῥυθμον ἔρωτα ab Eur. (Hipp. 529.) vocari Non concinnum, congruum. At pulsus ἄῤῥυθμος quis sit Medicis, dictum est in Ῥυθμός. [" Alciphr. 2, 220. Musgr. Suppl. 94. Dawes. M. Cr. 522. Boeckh. in Plat. Min. 130. Wakef. Phil. 179." Schæf. Mss. Xen. Ἀπ. 3, 10, 11. Ἄρυθμος, Gl. Abnormis, Enormis. Ἄρυθμος, Hesychio ἄμετρος : Ἀρύθμων· ἀσυμφώνων. Σοφοκλῆς Αἰγίσθῳ. " Ἄρυθμον σχῆμα λέξεως, Oratio numeri expers, Aristot. 3, 8. Demetr. Eloc. 117. σύνθεσιν ἄρυθμον dicit διὰ πάντων μακρὸν ἔχουσα, h. e. συνέχειαν τῶν μακρῶν συλλαβῶν. In tali enim syllabarum longarum cumulatione et continuatione numerus locum non habet, qui in varietate cernitur. Cic. de Orat. 3, 48. Numerus in continuatione nullus est, distinctio, et æqualium et sæpe variorum intervallorum percussio numerum conficit." Ernesti Lex. Technol. Gr. Rhet.] Ἀῤῥύθμως, adverbium, Absque numeris, concinnitate ea quam afferunt numeri. Aut generalius, Inconcinne. [" Athen. 1. p. 34. Casaub. 71." Schæf. Mss. Idem p. 21. 237. 501.] Et SUBST. Ἀῤῥυθμία, Inconcinnitas qualis est eorum quæ numerosa non sunt. Affertur et pro Dissonantia, e Gal. [Athen. 187. Plato de Rep. 3. p. 401. Ἀρυθμία, Gl. Abnormitas, Enormitas.] Itidemque VERB. Ἀῤῥυθμέω, redditur Dissono, Discordo. Dici autem ἀῤῥυθμεῖν ῥυθμῷ, ut ἀπᾴδειν ἁρμονίᾳ, videbis in Ἀπᾴδω, T. 1. c. 116. [" Abresch. Æsch. 2, 35." Schæf. Mss. Plato de LL. 7. p. 350.]

[* " Ἀνάρυθμος. Schneid. ad Demetr. p. 132. ἄρυθμος. Glasg. Ed. hoc habet pro vulgato ἀνάρυθμος, quod nihili est." Bast. de VV. Nihili vel Dubiis ad calcem Scap. Oxon.]

[* Δίῤῥυθμος, Duos rhythmos habens, Schol. Aristoph. Ἱππ. 613. Ἀ. 665. 1212.]

[* Ἔκρυθμος, Philostr. 352.]

Ἔνρυθμος, ὁ, ἡ, Cui insunt numeri, Numeros habens, Particeps numerorum : ut ἄῤῥυθμος, Numerorum expers : in VV. LL. e Plat. de LL. sed suspectum, tanquam male scriptum pro εὔρυθμος. Affertur tamen et ADJ. Ἐνρυθμικὰ e M. Capella, pro Iis quæ ratione certa ordinem servant. Vide Εὔρυθμος. [" Ἔνρυθμος, Ἔῤῥυθμος, Εὔρυθμος, Spalding. ad Quint. 3. p. 564. Boeckh. in Plat. Min. 129. Ἔῤῥυθμος, Toup. ad Longin. 348." Schæf. Mss. Dionys. H. de C. VV. p. 136. Ἡ ἐν τοῖς χρόνοις τῶν μορίων συμμετρία σώζουσα τὸ μελικὸν σχῆμα, εὔρυθμος λέγοιτ' ἄν, ἀλλ' οὐκ ἔνρυθμος : 382. Οὐ μέντοι προσήκει γε ἔμμετρον οὐδ' ἔῤῥυθμον αὐτὴν (ψιλὴν λέξιν) εἶναι δοκεῖν : cf. 384. * Ἐνρύθμως, Athen. 179. " Boeckh. in Plat. Min. 130." Schæf. Mss.]

Ἑτερόῤῥυθμος, ὁ, ἡ, Diversis numeris constans, Diverso numerorum genere.

Εὔρυθμος, ὁ, ἡ, Numerosus, Numerorum modulationem habens. Item Concinnus, Compositus. Plut. (10, 211.) Ἁρμονικὸν ἄνδρα καὶ ῥυθμικὸν οὐ φωνὴν ποιεῖν οὐδὲ κίνησιν, ἐμμελῆ δὲ φωνὴν καὶ κίνησιν εὔρυθμον, ἀξιοῦμεν : quæ ita Turn. vertit, Ab eo qui modos numerosque facit, nec vocem nec motum ut faciat postulamus, sed modulatam ab eo vicem et motum numerosum requirimus. In VV. LL. εὔρυθμα βαδίζειν e Chrys., posito nomine εὔρυθμα adverbialiter pro εὐρύθμως, Numerose incedere. Item εὔρυθμα προβήματα ex Aristoph. (Πλ. 759.) Compositi progressus. Legitur et ὄρνεον εὔρυθμον ap. Aristot. H. A. 8. de tyranno ave, Ἔστι δὲ φοινικοῦν λόφον ἔχων, καὶ ἄλλως εὔχαρι τὸ ὄρνεον καὶ εὔρυθμον, ubi Gaza Cantu suavem vertit, quod mihi non placet ; magis enim significat Membrorum aptam compositionem, Bud. Sed intellige εὔρυθμον dici de Illa apta compositione : non ut εὔρυθμον sit Ipsa compositio, sed Habens compositionem illam etc. Sic certe Bayf. ap. Athen. Ἦν δὲ εὔρυθμος καθ' ὑπερβολὴν, vertit, Erat autem mira et egregia statura. At pulsus εὔρυθμος quis sit Medicis, dictum est in Ῥυθμός. [" Εὔρυθμος, ad Herod. 403. Casaub. Athen. 1, 71. Εὔρ., ἔνρυθμος, Dionys. H. 5, 65. (de C. VV. 384. Schæf.) Boeckh. in Plat. Min. 129." Schæf. Mss.] HINC Εὐρύθμως, Numerose. Item Concinne. De εὔρυθμα autem posito adverbialiter, dictum fuit paulo ante. [" Ad Diod. S. 1, 83." Schæf. Mss.] Et SUBST. Εὐρυθμία, Concinnitas quam afferunt numeri : Κινεῖσθαι μετά τινος εὐρυθμίας, Aristot. de Mundo, Moveri ad numeros. Bud. εὐρυθμία vertit e Cic. Æquabiiis vocum concentus, et, Inoffensa vocum copulatio, e Fabio (1, 10, 26.) Apud quem legimus etiam dici εὐρυθμίαν Corporis decentem et aptum motum. Unde apparet εὐρυθμίαν accipi generalius etiam pro Concinnitate. [" Valck. Diatr. 148." Schæf. Mss. Dionys. H. de C. VV. 386.]

[Ἰδιόῤῥυθμος, vide p. 3535. * " Ἰδιοῤῥύθμως, Jo. Climac. Scala p. 347. * Ἰδιοῤῥυθμία, 42. 338. 409. 410. 411. cf. Schol. p. 422." Boiss. Mss.]

[* Κακόῤῥυθμος, Gal. 2, 258.]

[* Κατάρυθμος, Nimis numerosus, Longin. 41. Mox eadem τὰ κατεῤῥυθμισμένα. Cf. Zenob. Cent. Prov. 4, 28.]

[* Μονόῤῥυθμος, Epith. domus, quæ ab una tantum familia incolitur, Æsch. Suppl. 968.]

[* Ὁμοιόῤῥυθμος, Aristid. de Dict. Civ. 258.]

[* Παράρυθμος, Orph. Hymn. in Curet. 3. Aristoph. Θ. 126. * Παραρύθμως, Schol. ibid.]

[* Τετράῤῥυθμος, Schol. Aristoph. Ἀ. 665. * Τρίῤῥυθμος, ibid. et Εἰρ. 345.]

[* Φιλόῤῥυθμος, Plut. de Musica. " Timarion in Notit. Mss. 9, 244." Boiss. Mss.]

Ῥυθμικὸς, Numerorum s. Faciendorum numerorum peritus ; simpliciter, Qui numeros facit, ut ἁρμονικὸς, Qui modos facit. Quorum utrumque habes e Plut. in Εὔρυθμος. Legimus ap. Cic. quoque et Fabium vocem Rhythmicus, pro eo qui concinnitatem numerorum in oratione observat. Ita enim de Orat. l.

3. Nec sunt hæc rhythmicorum atque musicorum acerrima norma dirigenda. Fabius autem 9, 4. cum dixisset, Tamen et duo prima verba, et tria proxima, et deinceps duo rursus ac tria, suos quasi numeros habent spiritum sustinentes: subjungit, Sicut ap. Rhythmicos æstimantur hæ particulæ prout sint graves, acres, lentæ, celeres, remissæ, exultantes. [* Ῥυθμικῶς, Ad numerum, Modulate.]

Ῥυθμίζω, Ad numeros aptos redigo, Numerorum concinnitatem s. modulationem alicui rei tribuo; Modificor, Modulor, Modulate facio, Bud., qui etiam affert pass. PARTICIP. Ἐῤῥυθμισμένος pro Emodulatus, ex interpretatione Politiani: nam is verba hæc Herodiani 4, (2, 10.) Ἄιδουσι δὲ ἑκάτεροι ὕμνους τε καὶ παιᾶνας εἰς τὸν τετελευτηκότα, σεμνῷ μέλει καὶ θρηνώδει ἐῤῥυθμισμένους, ita vertit, Verendo ac lamentabili carmine emodulatos. Idem affert pro Temperare, item Componere et effingere, ut dicitur Componere se in hilaritatem, e Luciano, Ἦν μειδιάσω καὶ ῥυθμίσω ἐμαυτὸν ἐπὶ τὸ ἥδιστον. At vero e Theophr. pro Componere, i. e. Recte collocare, C. Pl. 3. Δεῖ δὲ καὶ εὔπνουν εἶναι καὶ πρόσηλον τὸ δένδρον· διὸ καὶ οὐ κακῶς οἱ οὕτω ῥυθμίζοντες ὥστε πρὸς μεσημβρίαν βλέπειν. Rursum vero pro Componere, Mores componere, Moderari, Informare, Docere, affert e Chrys. in Præf. Epist. ad Rom. Τὴν οἰκίαν ῥυθμιζέτω ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ, καὶ παιδία καὶ γυναῖκα. Et e Theod. H. E. 4., ubi de Episcopis loquens, hæc dicit, Καὶ οὐ χρὴ λόγῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ βίῳ τοὺς ἀρχομένους ῥυθμίζειν, καὶ πάσης ἀρετῆς ἑαυτὸν ἀρχέτυπον προτιθέναι. Apud Greg. Naz. autem ῥυθμιζέτω redditur Dirigat, ubi scribit, Αὕτη ῥυθμιζέτω σοι καὶ βίον καὶ λόγον. [" Markl. Suppl. 94. Musgr. Ion. 271. Jacobs. Anth. 7, 385. Boiss. Philostr. 631. Eur. Hec. 914. Plut. Mor. 1, 10. Toup. Emendd. 1, 102. Valck. Hipp. p. 295. Mitsch. H. in Cer. 166. ad Charit. 344. Scando, Dionys. H. 5, 116." Schæf. Mss. Heliod. p. 403. Soph. Antig. 324. Æsch. Pr. 241. ὧδ' ἐῤῥύθμισμαι, pro οὕτω διατέθειμαι. " Elegans præceptum est Photii Bibl. Cod. 168. Τῇ τέχνῃ τὴν φύσιν ῥυθμίσαι, Arte naturam moderari et veluti in ordinem cogere, iis dictum scriptoribus, qui dum artificiis rhetoricis et nimiæ arti perpetuo indulgent, fastidium movent lectoribus, et causæ suæ plus nocent, quam prosint. Dignus locus est qui verbotenus ascribatur: Τὸ λίαν προσκορὲς τῆς τροπῆς καὶ τῶν Γοργείων σχημάτων, μᾶλλον δὲ τὸ συνεχὲς, καὶ ἄκρατον καὶ * ἀδιάπαυστον, εἰς ἀηδίαν καὶ διαβολὴν τὸν ἀκροατὴν διεγείρει, καὶ ψόγον κινεῖ τοῦ συγγραφέως, οὐχ ἔχοντος (ὡς ἔοικε) τέχνῃ τὴν φύσιν ῥυθμίσαι καὶ κανόνι τὸ ἄτακτον διατάξαι. Eodem sensu Auctor Prolegom. in Schol. Hermog. ap. Ald. Λόγος ἐστὶ, inquit, ᾧ ῥυθμίζεται ἀνθρώπου τρόπος, Oratio est, quæ fingit, et moderatur mentes hominum. Vide Reisk. Oratt. Gr. 8, 166. Denique ῥυθμίζειν περιόδους, καὶ ἀπολεαίνειν ξυστῆρσι, Lævigare et complanare scalpellis periodos, dixit Plut. de Glor. Athen." Ernesti Lex. Technol. Gr. Rhet. * Ἐῤῥυθμισμένως, Dio Cass. p. 1364, 66. * Ῥυθμιστὴς, Gl. Moderator. * Ῥυθμιστὸς, unde * Ἀῤῥύθμιστος, Aristot. Nat. Auscult. 2, 1. Metaphys. 4, 4. " Planud. Ovid. Met. 2, 673." Boiss. Mss.]

[* " Ἀναῤῥυθμίζω, Ordino, In genuinum ordinem redigo, Philostr. 74. (V. A. 2, 22.)" Kall. Mss.]

Ἐπιῤῥυθμίζω, ET Καταῤῥυθμίζω, ET Μεταῤῥυθμίζω, quorum priora duo reddi possunt ut ῥυθμίζω: sed in VV. LL. habetur quidem ἐπιῤῥυθμίζω, et exp. Formo, Apto, Concinno: at Καταῤῥυθμέω pro καταῤῥυθμίζω: nato errore e participio καταῤῥυθμήσας, perperam scripto pro καταῤῥυθμίσας, quod exp. ἀπαρτίσας. Reddunt autem καταῤῥυθμέω, Quadrare facio. Tertium vero Μεταῤῥυθμίζω, non est Formo, s. Informo, sed Reformo, ut vertit Bud.: addens etiam, Emendo, Corrigo. Affert Idem e Xen. (Œc. 11, 2.) Ἵνα καὶ μεταῤῥυθμίσῃς με, ἐάν τι σοὶ μὴ καλῶς δοκῶ ποιεῖν, ἀλλ' ἐγὼ μὲν δὴ, ἔφην, πῶς ἂν μεταῤῥυθμίσαιμι ἄνδρα ἀπειργασμένον καλόν τε κἀγαθόν; Ex Eod. (16.) loquente de officiis patrisfamilias in agro, Ταῦτα δὴ ἐπισκεψάμενος ὅπως ἕκαστα γίγνεται, μεταῤῥυθμίζω, ἐὰν ἔχω τι βέλτιον τοῦ παρόντος. Item ex Aristot. Eth. 10, (9.) Τοὺς δὴ τοιούτους τίς ἂν λόγος μεταῤῥυθμίσαι; Quæ doctrina posset emendare homines sic in errore mersos, et in animi morbos delapsos? Affert vero et pro Commuto, s. Transmuto, e Gazæ interpretatione ap. Theophr., sed passiva voce utentem, Ἀνάγκη γὰρ τὰ σχήματα μεταῤῥυθμίζεσθαι, καὶ ἐξ ὀξυγωνίων περιφερῆ γίγνεσθαι. [" Apud Herod. 5, 58. Μεταῤῥυθμίζειν τὰ γράμματα est μεταβάλλειν τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων, Mutare formam literarum." Schw. Mss.] At in VV. LL. habetur non solum Μεταῤῥυθμίζω, (quod exp. Accommodo, Apto, non expressa vi præpositionis μετὰ,) sed etiam Μεταῤῥυθμέω: quod redditur Transformo, item Traduco, Retraho. Sed mihi suspectum est hoc μεταῤῥυθμέω, ne ex errore manarit, sicut illud καταῤῥυθμέω pro καταῤῥυθμίζω. [Ἐπιῤῥυθμίζω, Plato de LL. 7. p. 349. Lucian. 1, 580. " Καταῤῥυθμίζω, Apto, Conformo ad aliquid, cum dat., Phot. ap. Wolf. Anecd. Gr. 1, 109." Kall. Mss. Athen. 179. Æsch. Pers. 749. " Toup. ad Longin. 366. Μεταῤῥυθμίζω, Opusc. 1, 399. Casaub. ad Athen. 1. p. 12." Schæf. Mss. " Clem. Alex. 735." Kall. Mss. Plato Tim. 91. " Μεταρυθμίζω, Alcidamas περὶ Σοφιστ. p. 79, 11. Τὴν τῆς ψυχῆς ἕξιν μεταρυθμίσαντες." Seager. Mss.] " Μεταῤῥύθμισις, Ipsa actio τοῦ μεταῤῥυθμί- " ζειν." [* Προρυθμίζω, Gl. Præmoderor.]

[* " Εὐρυθμίζω, Stobæus Schow. p. 15." Schæf. Mss. Vocabulum ab Eod. improbatum, in Meletem. Cr. ad Dionys. Art. Rhet. p. 129. Vide Εὐπορίζω. * " Συνευρυθμίζομαι, Concinnor, Ignat. p. 26. vide nott." Kall. Mss.]

" Ζυθμίζειν, idem esse quidam dicit, quod στα- " θμίζειν s. εὐθυμίζειν, Ad normam libellamque di- " rigere, Corrigere, Emendare: in exemplum afferens " e Luciano ὑπὲρ Εἰκόνων (p. 493.) de Phidia, qui " cum Jovis Elei statuam formaret, proposito præ- " tereuntibus opere, pone stabat et judicia hominum " experiebatur: Εἶτ' ἐπειδὴ ἀπηλλάγησαν οἱ θεαταὶ, " αὖθις ἐγκλεισάμενον ἑαυτὸν, ἐπανορθοῦν καὶ ζυθμί- " ζειν τὸ ἄγαλμα πρὸς τὸ πλείστοις δοκοῦν. Sed " somniasse hominem puto, aut semiapertis oculis " locum inspexisse; omnes enim, quas mihi quidem " videre licuit, Edd. ibi habent ῥυθμίζειν: et recte. " Veruntamem et inscitiam aliquam subesse audaci- " usculæ illi διορθώσει, ostendit alterum εὐθυμίζειν, " confictum et ipsum pro εὐθύνειν."

[* " Ῥυθμέω, Schol. Theocr. 10, 39. (Ὡς εὖ τὸ τῆς ἁρμονίας εἶδος ἐρύθμησεν ὁ βουκαῖος.)" Wakef. Mss. * Ῥυθμητὸς, unde * " Εὐρύθμητος, Tzetz. Chil. 7, 159." Elberling. Mss. * " Ῥυθμητικὸς, Longin. Fr. 8, 2. p. 194. Weisk." Boiss. Mss. " Clem. Alex. 343." Kall. Mss.]

" Διαῤῥυθμέω, Compingo, Concinno, VV. LL. " Videtur tamen potius dicendum διαῤῥυθμίζω." [2 Macc. 7, 22. Ἑκάστου στοιχείωσιν οὐκ ἐγὼ διεῤῥύθμησα.]

[" Μεταῤῥυθμέω, Philostr. 246. Clem. Alex. 534." Kall. Mss. " Ad Herod. 399." Schæf. Mss. * " Μεταῤῥύθμησις, Tzetz. ad Hesiod. Ἔργ. 42. Schneid. notavit Μεταῤῥύθμισις, quod nihili est. Osann. Anal. p. 76." Boiss. Mss.]

[* " Ῥυθμόω, Jacobs. Anth. 12, 116." Schæf. Mss. " Concinno, Formo, Symm. Jes. 44, 12. Ἐν τερέτρῳ ἐρύθμωσεν αὐτὸ, Terebra formavit illud." Schleusn. Lex. V. T. Vide Schæf. Meletem. Cr. in Dionys. Art. Rhet. 118. * Μεταῤῥυθμόω, unde μετεῤῥυθμωμένα, Hesychio μετεσχηματισμένα.]

[* Ῥυσμὸς, Ionice pro ῥυθμὸς, Callim. Ep. 45. οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ Εἰκάζω, Archiloch. Fr. 14. γίγνωσκε δ' οἷος ῥυσμὸς (al. ῥυθμὸς) ἀνθρώπους ἔχει, Conditio humana. Cf. Schæf. Meletem. Cr. in Dionys. H. de Art. Rhet. 118. " Jacobs. Anth. 6, 159. 7, 265. Brunck. Aristoph. 1, 80. Dawes. M. Cr. 450. 526. Toup. Add. in Theocr. 405. Beck. Var. Lect. Aristot. 13. Wakef. S. Cr. 3, 109. ad Herod. 313. 399." Schæf. Mss.]

" Ἀρυσμεῖ, Hes. affert pro ἀσχημονεῖ, ἀκοσμεῖ: ut " Etym. quoque ἀρύσμους pro ἀσχήμονας. Item " gemino ρ, sed perperam ρ posito pro σ, ex eod. " Hes. habemus ἀῤῥυσμεῖ, eod. expositum modo. " SED ET Ἀρυσμίνη, Eidem est ἀκοσμία, ἀῤῥυθμία: " pro quo scr. potius ἀρυσμίη, sine ν."

[* " Ἑτερόρυσμος, Toup. Add. in Theocr. 405."

Schæf. Mss. 'Ετερόρυσμα, Hesychio ἀνόμοια.]

“ 'Ομορυσμὸς, Eosdem habens ῥυσμοὺς, Hippocr. “ de Anatome, 'Αρτηρίη ἐξ ἑκατέρου φαρυγγέθρου τὴν “ ἔκφυσιν ποιευμένη ἐς ἄκρον πνεύμονος τελευτᾷ, κρίκοις “ ξυγκειμένη ὁμορυσμοῖς, τῶν περιηγέων ἀπτομένη. Ibi- “ dem utitur SUBST. 'Ομορυσμίη, dicens, Τὸ δὲ ἧπαρ “ ὁμορυσμίην μὲν ἔχει τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, αἱμοῤῥωδέ- “ στερον δέ ἐστι τῶν ἄλλων. Ubi quidam interpr. “ Vicinitatem.”

[* 'Ομοιόῤῥυσμος, Ion. pro ὁμοιόῤῥυθμος, Hippocr. 916. Stob. p. 460. “ Cf. Toup. Add. in Theocr. 26, 23. (p. 405.)” Boiss. Mss.]

[* 'Ρυσμόω, pro ῥυθμόω, Democritus ap. Stob. Serm. 5. p. 220. Cf. Schæf. Meletem. Cr. in Dionys. Hal. Art. Rhet. 118. Luzac. Exerc. Acad. in Eur. p. 41. 'Ρυσμοῦσθαι, Hesychio συγκρίνεσθαι.]

“ 'ΡΥΠΑΠΑΙ, Nautica acclamatio, ap. Aristoph. “ B. (1073.) et Σφ. (909.) Hes. habet 'Ρυππάπται :” [leg. 'Ρυππαπαὶ, quod dedit Brunck. in Aristoph. ll. cc. Sed τὸ ῥυππαπαὶ, Σφ. l. c. δεινότατα γὰρ Ἔργων δέδρακε κἀμὲ, καὶ τὸ ῥυππαπαὶ, exp. a Schol. τὸ ναυτικόν. “ Cf. Moschop. in Fabr. B. Gr. T. 12. p. 306. Clidem. Bekkeri 446.” Boiss. Mss. Cf. 'Ιππαπαί.]

'ΡΥΠΟΣ, ὁ, Sordes, Plut. (6, 305.) 'Επιδεικνύμενος ῥύπον ἢ κηλῖδα χιτῶνος, ἢ διεῤῥωγὸς ὑπόδημα. Quidam ῥύπον proprie dici existimarunt Sordes quæ in summis manuum ac digitorum unguibus colliguntur: alii, Illuviem quæ distringitur a corporibus oleo illitis post sudorem. Ex J. Poll. affertur ῥύπος pro Piscina et loco in quo eluebant; sed Pollucis verba sunt, 'Εν ᾧ ἐξέπλυνον οἱ κναφεῖς. Apud Suid. legitur, 'Ρύπος κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ χ, χρύπος, ὁ τῷ χρωτὶ ῥυπῶν σπίλος. Sed perperam hic legitur χρύπος, cum præcedat κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ χ. Estque legendum ut ap. Schol. Aristoph., unde hæc sumta esse puto: 'Ο δὲ ῥύπος, κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ χ· ῥύπος γὰρ ὁ τῷ χρωτὶ ὑπὼν σπίλος. Dixerat autem antea, 'Ρύπτεσθαι οὖν τὸ σμᾶσθαι, παρεμπτώσει τοῦ τ, τὸ ῥύπον ἀφαιρεῖσθαι: quibus addit illa, ὁ δὲ ῥύπος etc. Atque ita fuerit ῥύπτω a ῥύπος, non contra. 'Ρύπος, inquit Gorr., Sordes: excrementum tertiæ concoctionis, quod in summo corpore nostro colligitur. Sicut enim concoctio tum quæ in ventriculo, tum quæ in jecinore perficitur, duplex excrementi genus relinquit; unum, humidum; alterum, siccum: ita et e tertia concoctione duo excrementorum genera in singulis animantis nascuntur particulis, ex ipso, unde aluntur, succo. Alterum, sudor est, h. e. humor qui ante transmittendi alimenti fuerat vehiculum, humidus, tenuis, serosus, et urinæ similis: alterum vero, ceu semicoctæ quæpiam reliquiæ, quæ assimilari nutriendæ parti nequiverunt. Tenue quidem et illud est, ut quod in sensili transpiratione per cutis poros vacuetur; sed habet etiam crassioris excrementi nonnihil admistum, e quo fit ut sæpissime sistatur ad cutem. Ab hoc excremento tum pilis origo est, tum iis quæ super cutem semper acervantur sordibus, a quibus idipsum etiam ceu sordes quædam dici meruit. Non incognitæ eæ quidem veteribus fuere, ut quas ipsi magna cura ex hominum corporibus ad varios usus deraderent. Sordes et Strigmenta appellabant: a Græcis autem non modo ῥύπος, sed γλοιὸς etiam vocabantur. Vim habent modice calfaciendi, emolliendi, discutiendi: quam quidem sortitæ sunt non tam e corporis nostri natura, quam olei atque pulveris mistione etc. || Metaphorice autem ἐπὶ τῶν γλίσχρων καὶ ἀνελευθέρων, ut Lat. Sordes et Sordidus, Bud. Vide quæ attuli e Suida in composito 'Ρυποκόνδυλος. || 'Ρύπος pro Cera sigillari, ap. Atticos, Aristoph. A. (1199.) Καὶ μηδὲν οὕτως εὖ σεσημάνθαι, τὰ μὴ Οὐχὶ τοὺς ῥύπους ἀνασπάσαι. Vide J. Poll. (10, 59.) Meminit autem hujus signif. et Hes. In VV. LL. annotatur legi et ap. Cic. in Ep. ad Att. Rhypos pro Ceris s. Formis unde sigilla fiebant, fortasse a situ vetustatis. || ITEM 'Ρύπον, τὸ, pro ῥύπος, per metaplasmum, ap. Theocr., dicentem ἅπαν ῥύπον, ut annotat Eust. ejus plurali Hom. usum esse tradens, Od. Z. (93.) Αὐτὰρ ἐπεὶ πλῦνάν τε κάθηράν τε ῥύπα πάντα. Exp. tamen ῥύπα, τὰ ῥύπου μετέχοντα: ad quam alioqui exp. respiciendo, existimari posset ῥύπα pro ῥυπαρὰ accipiendum esse: ut λίπ' ἐλαίῳ esse dicitur pro λιπαρῷ ἐλαίῳ. [Schol. autem ῥύπα exp. τὸν ῥύπον, quasi esset accus. sing. a * 'Ρὺψ, ῥυπὸς, ὁ.] Ceterum in illo Theocr. loco sciendum est typographicas Edd. habere ῥύπος, non ῥύπον: ita enim in iis legitur, 15, (20.) Πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθὲς, ἅπαν ῥύπος, ἔργον ἐπ' ἔργῳ.

[“ 'Ρύπος, ad Diod. S. 1, 472. Jacobs. Anim. 108. Anth. 6, 380. 10, 81. T. H. ad Plutum p. 17. Bergler. ad Alciphr. 373. Cera sigillaris, Kuster. Aristoph. 240. 'Ρύπον, 'Ρύπος, Valck. ad Theocr. x. Id. p. 171. 312. Jacobs. Spec. 45.” Schæf. Mss. Phryn. Ecl. 150. 'Ο ῥύπος ἐρεῖς, οὐ τὸ ῥύπος. “ 'Ο ῥ. Atticum esse Aristophanis et Alexidis Athen. 52. 128. testimoniis constat, eoque genere etiam vulgo usi videntur; ὁ ῥύπος, Lucian. Icarom. 30. 43. de Gymn. 29. Bis accus. 58. Monostich. Brunck. 139. Schol. Ven. 6, 506. Schol. Aristoph. 'A. 17. τὸν ῥύπον, Euseb. Hist. Eccl. 4, 30. 195. Socr. Schol. H. E. 1, 6, 12. Alex. Trall. 3. p. 3. 184. τοὺς ῥύπους, Eust. p. 421. Τὸ ῥύπος neutro genere in caseis dixit Hippocr. de Morb. Mul. 1, 63. 765.: generaliter Greg. Naz. 141. ab Hœschelio productus: Τὰ τῶν ψυχῶν ῥύπη καὶ μολύσματα, et Etym. M. v. 'Απολυμαίνω, pro quo inepta ratione V. D. in Misc. Obs. Vol. 1. T. 3. p. 420. masculinum reducit. Τὸ ῥύπον Suid. v. Γοῦ, et Photius p. 254. usurpant, quod et Eust. in Theocriteo loco scriptum invenerat, in quo et scriptura et genus vocabuli ambiguum est. Vide Passow de Emendd. Rat. Lexx. p. 73.” Lobeck. ad Phryn. l. c. Τὸ ῥυπὸν recentioribus erat i. q. ὀρός. Phot. 'Ορός· τὸ λεγόμενον ὑφ' ἡμῶν ῥύπον· ἔστι δὲ ὑποστάθμη γάλακτος.]

'Ρυπογράφος, Sordidarum rerum pictor, Res abjectas ac viles et sordidas etiam depingens. Hoc nomine vocatus est quidam Pyrrhichus, quod tonstrinas, sutrinas, et asellos pictura exprimeret. VV. LL. [Cf. 'Ρωπογράφος. * 'Ρυποκέραμος, Athen. 395.] 'Ρυποκόνδυλος, Sordidus, Valde parcus. Græci, inquit Erasmus, Proverbiali convitio sordidos et impendio parcos ῥυποκονδύλους appellant, ducto cognomine ab iis quibus sordes in unguibus resident, nec tantillum sumtus facere volunt, ut tonsori dent numulum qui eos repurget. Suid. in Ἄχθομαι habet ista, Ἄχθομαι αὐτοῦ τῷ ῥύπῳ, ἀντὶ τοῦ τῇ ἀνελευθερίᾳ, καὶ μικρολογίᾳ· τὸν γὰρ ῥύπον ἐπὶ τῶν γλίσχρων καὶ ἀνελευθέρων ἐτίθεσαν· οὕτω γοῦν ῥυποκονδύλους λέγουσι τοὺς τοιούτους. [Plato Comicus Eustratii ad Ethica Aristot. p. 58. Aristophanes Phrynichi Bekkeriani p. 43. et Mœridis v. 'Ιξοί. “ Porson's Tracts p. 232. Bergler. ad Alciphr. 414. * 'Ρυποπώλης, Phryn. Ecl. 99. T. H. ad Plutum p. 16.” Schæf. Mss. * 'Ρυπέλαιον, Paul. Ægin. 7, 17. I. q. Picula Vegetio in Mulomed.]

[* “ Ἄῤῥυπος, Purus, Cyrill. Hier. 119. Athan. 2, 526.” Kall. Mss. “ Lex. ap. Alb. ad Hes. v. 'Ακηλίδωτον, Schol. Hesiod. Θ. 2.” Boiss. Mss. “ Hierocl. 194.” Kall. Mss. Symm. Job. 25, 4. * 'Ημίρυπος, Hippocr. 672. * “ Περίῤῥυπος, Jacobs. Anth. 6, 380.” Schæf. Mss. * “ Φιλόῤῥυπος, Nilus Epist. 100. Timario in Notit. Mss. 244.” Boiss. Mss. * Χαλαίρυπος, Hesychio ὁ τῶν πλυνομένων ἱματίων ῥύπος: * Χαλέρυπον· τὸ ῥύμμα τὸ ἀπὸ τοῦ νίτρου γενόμενον, ὅ τινες * νίτρωμα λέγουσι. Cf. J. Poll. 7, 39. Polemo ap. Macrob. Saturn. 5, 19. Diosc. Notha 2, 193. Schn. Lex.]

'Ρυπόεις, ET 'Ρυπώδης, Sordidus. Sed ῥυπόεις est potius Poëticum. At ῥυπῶδες est etiam Nomen emplastri, cujus descriptio habetur ap. Celsum, 5, 19. [“ 'Ρυπόεις, Jacobs. Anth. 6, 380. 8, 58.” Schæf. Mss. “ Nicander 'A. 469.” Wakef. Mss. 'Ρυπόεν, Hesychio αἰσχρὸν, αἰσχροκερδές.]

[* 'Ρύπαξ, Sordidus et incultus, Schneidero susp. Hinc Lat. Rupex, Salmas. ad Tertull. p. 263. Gell. 13, 9. Veteres non usque adeo rupices et agrestes fuerunt: et Rupicones, Apul. Florid. 7. p. 772. Sed forsan Rupices a rupibus appellantur, ut Petrones a petris.]

'Ρυπαρὸς, magis usitatum in prosa quam præce-

dens ῥυπώδης, Sordidus, Sordibus obsitus. Sed peculiariter ἔριον ῥυπαρὸν dicitur quod Latinis Succida lana, (est enim sordida); et ῥυπαρὸς ἄρτος, quem Marcellus Secundarium panem appellasse creditur: est enim is sordidus præ illo qui σιλιγνίτης appellatur. Nonnulli hunc ῥυπαρὸν ἄρτον cum esse tradunt, qui alio nomine πιτυρίας s. πιτυρώδης vel πιτυρίτης dicitur: quidam eund. cum τῷ συγκομιστῷ: Paulus tamen eos separat. Fuisse autem μέλανας hos ῥυπαροὺς ἄρτους, aperte ostendit hic Athenæi locus, (246.) Εἰωθότος δ' αὐτοῦ ῥυπαροὺς ἄρτους ἐπὶ τὰ δεῖπνα φέρεσθαι, ἐνεγκαμένου τινὸς ἔτι μελαντέρους, οὐκ ἄρτους ἔφη αὐτὸν ἐνηνοχέναι ἀλλὰ τῶν ἄρτων σκιάς.

Ῥυπαρὸς metaph. ut Latine Sordidus, pro Eo qui valde et turpiter etiam est parcus, s. avarus. Cujus signif. meminit et J. Pollux: habet autem eam cum ap. alios, tum ap. Plat. Parmenide. Atque ut Illiberalis et Sordidus a Tullio aliquando copulantur, sic ῥυπαροὶ καὶ ἀνελεύθεροι ap. Athen. Sed duo illa Latina cum copulantur, de re potius dici existimantur. Sic autem ῥύπον de Avaritia s. Turpi parsimonia dicunt, itidemque Latini Sordes. [" Abresch. Æsch. 2, 35. Mœr. 288. et n. Ῥυπαρὰ αὐλή, Aristoph. Fr. 255. Ἄτιμος καὶ ῥ., Dionys. H. 2, 697." Schæf. Mss. * " Ῥυπαρογνώμων, Const. Manass. p. 124." Boiss. Mss. * Ῥυπαρόμελας, fem. * Ῥυπαρομέλαινα, Alexander Myndius ap. Athen. 395. * Ῥυπαροφάγος, Schol. Lycophr. 513. * " Ῥυπαρόψυχος, Const. Manass. Chron. p. 91. * Ῥυπαροψυχία, p. 40." Boiss. Mss.] Ἀῤῥύπαρος, Non sordidus, VV. e Greg. Naz. [* Κακορύπαρος, Schol. Soph. Aj. 382. * " Φιλορύπαρος, Timario in Notit. Mss. 245." Boiss. Mss. * " Ῥυπαρῶς, Huschk. Anal. 254." Schæf. Mss.]

Ῥυπαρία, Sordes, et Sorditudo, e Plauto, VV. LL. Item Spurcitia, Situs, Squalor, Illuvies, Pædor. Necnon, Ulceris sordidi genus quoddam, e Diosc. Metaphorice autem, sicut et ῥύπος, Parsimonia nimia, atque adeo turpis, Avaritia: sicut Sordes Latine. [" Scriptt. Rei Accip. 32. Schol. Eurip." Wakef. Mss. * " Ῥυπαρότης, Const. Manass. Chron. p. 63. Athen. 220." Boiss. Mss.]

[* Ῥυπαρώδης, Schol. Brev. in Lycophr. 975. p. 1103.]

[* Ῥυπαρόω, unde * Ἐκρυπαρόω, Schol. Min. ad Il. A. 38." Schæf. Mss. * Ῥυπαρεύομαι, Sordidus sum, Schneidero susp.]

Ῥυπάω, ET Ῥυπόω, Sordeo, Sordidus sum. Utraque conjugatione utitur Hom.; nam legimus Od. Z. (87.) πολὺ δ' ὕδωρ Καλὸν ὑπεκπρορέει μάλα περ ῥυπόωντα καθῆραι, ubi Eust. annotat, participii ῥυπόωντα conjugationem esse secundam circumflexorum, ὅ τε κοινολογεῖται, (intelligit autem ῥυπόωντα dictum esse sicut βοόωντα pro βοῶντα,) ut apparet ex h. l., qui legitur ap. Athen. (161.) Τί,—οἰόμεθα τοὺς πάλαι ποτὲ Πυθαγοριστὰς ῥυπᾶν; Sed dici etiam Ῥυπόω, ῥυπώσω, tertia conjugatione, ostendisse Homerum, (Od. Z. 59.) τά μοι ῥερυπωμένα κεῖται: de quo loco dicam et paulo post. Ceterum ap. Eund. aliquis etiam dicitur ῥυπᾶν. Sic ap. Aristoph. Πλ. (266.) Ῥυπῶντα, κυφὸν, ἄθλιον, ῥυσόν. Sic dicunt ῥυπῶντας Philosophos Lucian. et Athen., quod Bud. interpr. Illotos et squalidos: (1, 460.) Ῥυπῶντας καὶ αὐχμῶντας καὶ πᾶσι δυσαρεστοῦντας. At ῥυπῶσα ἐσθὴς Idem e Basilio affert pro Veste quæ sordet, s. sordida est: ἐσθὴς ῥυπῶσα, κόμη αὐχμηρά. Satis autem vel h. l. ostendere arbitror, ῥυπῶντας illud ad vestimenta potissimum referri, αὐχμῶντας vero ad comam: qua in signif. ῥυπῶντας reddere etiam poterimus Sordidatos, ut docebo infra. Affert vero et PASS. Ῥυποῦμαι ex eod. Basilio, exponens itidem Sordeo: in Epist. ad Leontium, Καὶ τὸ ἐῤῥυπῶσθαι λοιπὸν τῇ κατακορεῖ συνηθείᾳ πρὸς ἰδιωτισμὸν, ὄκνον εἰκότως ἡμῖν ἐμποιεῖ προσφθέγγεσθαι ὑμᾶς τοὺς σοφιστάς. Itidemque e Greg. Naz. de Baptismo, Δεινὸν γὰρ εἰ ἐν καιρῷ καθάρσεως ῥυπωθήσομαι. Sed videri possit cuipiam ῥυποῦσθαι potius reddendum Sordidari, itidemque ἐῤῥυπῶσθαι Sordidatum esse: itidemque Od. Z. (59.) εἵματα ῥερυπωμένα, Vestimenta sordidata: ἵνα κλυτὰ εἵματ' ἄγωμαι Ἐς ποταμὸν πλυνέουσα, τά μοι ῥερυπωμένα κεῖται. Sed potest et ῥυπῶν, cum neutraliter ponitur, reddi passivo Sordidatus: e Plauto, quanquam ego sum sordidatus, Frugi tamen sum: i. e. sordida veste indutus. Sic autem fortasse ῥυπῶντας supra reddemus apte Sordidatos: nisi quis censeat generalius illud accipi. [" Ῥυπάω, Huschk. Anal. 120. Jacobs. Anth. 8, 58. 10, 81. Valck. Oratt. 342." Schæf. Mss. De avaris, Philo J. 2, 390." Wakef. Mss. Aristoph. Ὄρν. 1282. " Ῥυπόω, Schol. Aristoph. Πλ. l. c. Meurs. ad Apoll. Dysc. p. 81. Ῥυπόομαι, Thom. M. 886." Schæf. Mss. " Ῥυπόω, Polluo, Amphil. 32. τὴν νυμφικὴν σινδόνα." Kall. Mss. Sordeo, Od. Z. 115. Νῦν δ' ὅττι ῥυπόω, κακὰ δὲ χροῒ εἵματα εἶμαι. De ῥερυπωμένος, vide Buttm. A. Gr. 1, 27. et Schn. Lex. Suppl. * Ῥυπωτὸς, Greg. Naz. 2. p. 180. * Ἀῤῥύπωτος, Schol. Æsch. Pers. 613. " Cyrill. ap. Albert. ad Hes. v. Ἀκηλίδωτον." Boiss. Mss. * " Ἀπορυπόω, Hes. v. Ἀπινοῦται. * Ἀπορύπωσις, Sordium purgatio, Const. Apost. (7, 22.) p. 369." Wakef. Mss. * Ἐκρυπόω, Greg. Naz. 2. p. 156. * " Καταῤῥυπόω, Contamino, Sordido, Chrys. in Joann. Hom. 32. T. 2. p. 686, 16. Εἰ γὰρ ἡ αἰσχρολογία καταῤῥυποῖ καὶ δαίμονας καλεῖ, εὔδηλον ὅτι ἡ πνευματικὴ ἀνάγνωσις ἁγιάζει." Seager. Mss. Basil. 2, 509. " Καταρυπόω, Amphil. 99. Andr. Cr. 269. 278. 291." Kall. Mss. Κατερυπωμένον, Gl. Semirutum. * Παραῤῥυπόω, unde ap. Hes. Παρεῤῥυπωμένα βιβλία· οἷς κηροὺς προσπλάσσομεν, πρὸς τὸ ζητῆσαί τινα. Cf. Παράπλασμα.]

Ῥυπαίνω, Sordido, Sordidum reddo, Fœdo, Maculo, Contamino. Xen. (Λ. 11, 3.) pass. ῥυπαίνεσθαι opposuit τῷ λαμπρύνεσθαι. Sic autem Plut. de Def. Orac. Ἀλλ' ὅσ' ἂν ῥυπανθῇ χρωμένων, ἐμβάλλοντες εἰς φλόγα, λαμπρὰ καὶ διαφανῆ κομίζονται, Sordidata fuerint, Sordes contraxerint. || Ῥυπαίνω metaphorice, Turpem reddo et infamem, Contamino famam alicujus, Bud. e Dionys. H. in Isocr. Καὶ οὐκ Ἀριστοτέλει πείθομαι ῥυπαίνειν τὸν ἄνδρα βουλομένῳ. [" Dionys. H. 4, 2171. Thom. M. 788. Valck. Oratt. 342. De forma aor. 1. Mœr. 178. et n." Schæf. Mss. Aristot. Eth. 1, 8. Phot. Ῥυπαίνω· ἀντὶ τοῦ ὑβρίζω. Φερεκράτης. Hes. Ῥυπαίνει· σμήχει, καθαρίζει, πλύνει.] " Ῥυταίνω, Fœdo, Convitior, Male- " dictis lacero, Infamo, VV. LL. ἀμαρτύρως." [Perperam pro ῥυπαίνω.] HINC Ῥύπασμα, τὸ, Id quo aliquid sordidatum est, Sordes. [Eust. Il. A. p. 81, 48. " Thom. M. 481. 722. * Ῥυπαστικὸς, 481." Schæf. Mss. * " Ῥύπανσις, Timario in Notit. Mss. 9, 241." Boiss. Mss. * Ῥυπαντὸς, unde] Ἀῤῥύπαντος, Non sordidatus, Non contaminatus. [Eust. * Ἐπιῤῥυπαίνω, Gl. Sordido, Plut. 9, 291. Archigenes Cocchii p. 121, 14. Schol. Aristoph. N. 1181.] Καταῤῥυπαίνω, i. q. ῥυπαίνω: itidemque metaphorice interdum pro Contamino famam s. nomen alicujus, Bud. ex Isocr. et Dionys. H. [Plato de LL. 11. p. 919. 937. " Const. Manass. Chron. p. 56." Boiss. Mss.]

ῬΥΠΤΩ, (de cujus a ῥύπος deductione dictum fuit antea,) Sordes eluo, abluo, Purgo, Abstergo. Plin. 24, 11. de succo libanotidis agens, repurgare dixit pro eo, quod ῥύπτειν dixerat Diosc. Vide Marcell. Pass. Ῥύπτομαι ap. Aristoph. Ἀ. (17.) exp. σμήχομαι, Abstergor, Sordibus purgor. " Ῥύττω, " Abstergo, pro ῥύπτω, VV. LL." [" Ῥύπτω, Phryn. Ecl. 59. Thom. M. 788. Heyn. Hom. 6, 556. Valck. Adoniaz. p. 410. Mœr. 336. et n., ad Timæi Lex. 229. Toup. Opusc. 1, 233. ad Herod. 315." Schæf. Mss. Nicander Ἀ. 529.] " Ῥύψις, Abstersio, Pur- " gatio," [Hes. Plato Tim. p. 65. " Clem. Alex. 237." Wakef. Mss. * Ῥυπτὸς, unde * Ἄῤῥυπτος, i. q. ἄπλυντος, Nicander Ἀ. 469. * Εὔρυπτος, J. Poll. 1, 44. * Ῥύπτης, unde Ῥῦπται, Hesychio οἱ ἀναῤῥοφοῦντες.] UNDE Ῥυπτικὸς, Aptus ad abluendas sordes, ad abstergendum s. detergendum, Abstergendi vim habens, Plut. Symp. 6. Καὶ κατακαυθέντος ἡ τέφρα ῥυπτικωτάτην παρέχει κόνιν, [cf. 5, 9.] Et ῥυπτικὸν φάρμακον ap. Medicos: quod Gorr. vertit Detergens s. Extergens medicamentum. Sic autem appellatur, inquit, Id omne quod ῥύπον, i. e. Sordes, in quavis parte eluit et aufert. Sordes autem non cuti tantum extimæ et ulceribus inhærent, sed etiam internis partibus, linguæ, œsophago, tunicis ventriculi, reliquo-

" est etiam Tumor aliquantum prominens, s. Au-
" gmentum adenum post aures. VV. LL. e Galeno,
" *Σατυρισμοὶ, οἱ περὶ τὰ ὦτα προμήκεις ὄγκοι τῶν ἀδέ-*
" *νων· ἔνιοι δὲ τὰς τῶν αἰδοίων ἐντάσεις ἤκουσαν.*
" Est et *Σατυρίας* Morbi nomen, qui faciem hominis
" adeo mutat, ut jam non homo, sed satyrus videa-
" tur, Bud. ex Aristot. de Generat. Anim. 4, (3.)
" p. 340." [* *Σατυριασμὸς*, Hippocr. 1248.] " Affer-
" tur ET *Σατυριστὴς χορὸς* in VV. LL. pro Satyrico
" choro," [e Dionys. H. 7. p. 477. 478=1491-2.
Σατυριστὴς, Gl. *ὁ σκηνικὸς*, Ludio. * " *Διασατυρίζω*,
Valck. Adoniaz. p. 282." Schæf. Mss.] " In VV. LL.
" et *Σατυρία, ἡ*, Esculenti genus ex herba. Ibid.
" *Σατύριον*, Herba ap. Diosc. (3, 143.) ad venerem
" incitans: quam Cynosorchin quoque vocitant."
[Plut. 6, 479. *Σατύρια προσάγοντα κινεῖν καὶ παροξύ-*
νειν τὸ ἀκόλαστον ἐπὶ τὰς ἡδονάς.] " Item Nomen
" animalis amphibii, ap. Aristot. (H. A. 8, 5.) sicut

"et σαθέριον:" [Cod. autem Med. exhibet * σαπείριον, et Anonymus Augustanus c. 54. Τὸ * σαπήρειον, ἐξ οὗ γίνεται τὰ * σαπηρινὰ ἐνδύματα.] "Σαθέριον, Satherium: Animal quadrupes, e mari victum quærens, VV. LL. ex Aristot. H. A. 8, 5." "At vero Σατυριακὴ nomen est Cujusdam antidoti: quæ describitur a Paulo 7, 11."

"ΣΑΫΡΑ, ἡ, vel Σαύρα, ut alii scribunt, ET Σαῦρος, Lacerta, Lacertus, Theocr. 2, (58.) Σαῦράν τοι τρίψασα, ποτὸν κακὸν αὔριον οἰσῶ, 7, (22.) Ἀνίκα δὴ καὶ σαῦρος ἐφ' αἱμασιαῖσι καθεύδει. Utrobique autem Schol. ait esse, quæ κοινῶς dicitur χλωροσαῦρα. Vide Σαλαμάνδρα. Interdum vero Σαῦρα vel Σαῦρος potius Nomen est piscis, quem Gaza vertit itidem Lacertum ap. Aristot. [de Part. Anim. 4, 9.] Mentio ejus fit ab Æliano quoque et Athen. 7." [p. 322. "Σαῦρα. Valck. ad Theocr. x. Id. p. 51. ad Herod. 362. Membrum virile, Jacobs. Anth. 10, 53. 94. 118. Pierson. Veris. 93. 170. Toup. Opusc. 1, 382." Schæf. Mss. Σαῦρος, Lacertus, Nicander Θ. 817. Σαύρη, Ἀ. 538. σαύρης πολυκηδέος, ἥν σαλαμάνδρην Κλείουσιν. Vertitur Nasturtium, in Fragmento Nicandri (p. 280. Ed. Schn.) ap. Athen. 684. Scilicet Σαυρίδιον Gal. et Erotiani Glossarium interpr. κάρδαμον aut καρδαμίδα. Hes. herbam θλάσπιν ait ab aliis * σαύριον vocatam fuisse. Idem etiam affert * Σαυρίγγη pro Herba quadam.] "Σαυροειδὴς, Lacertæ figuram habens s. formam, Lacertæ similis," [Aristot. H. A. p. 785. * Σαυροκτόνος, Plin. 34, 19, 10. * Σαυροματίδες, Strabo 7. p. 454. * Σαυρίτης, Hes. Σαυρῖται· εἶδός τι ὄφεων.]

[* ΣΑΥΡΟΣ, var. lect. pro καυλὸς, in duobus Codd. ap. Aristot. H. A. 3, 1. Hinc * Σαυροβριθὴς, Hes. Σαυροβριθὲς ἔγχος· ἐκ τοῦ σαυρωτῆρος βαρύ· καὶ Αἰσχύλος, * ὀπισθοβριθὲς ἔγχος ἔφη. Item * Σαυρόω, unde * Σαυρωτὸς, Hes. Σαυρωτοῖς δόρασι· τοῖς σαυρωτῆρας ἔχουσι κατὰ τῆς ἐπιδορατίδος. At Σαυρωτὴ, ποικίλη, videtur pertinere ad Σαῦρος, Lacertus.] "Σαυρωτὴρ, ῆρος, ὁ, Cuspis in imo ferro hastæ transversa, qua hasta appenditur, Bud. In VV. LL. dicitur esse Cuspis hastæ posterior, ut prior ἐπιδορατὶς dicitur. Ferramentum concavum, mucronatum, cui inseritur extrema hastæ pars. Ab Hes. exp. τὸ ἔσχατον σιδήριον τοῦ δόρατος. Il. (K. 153.) ἔγχεα δέ σφιν Ὄρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος ἐλήλατο, ubi ab Eust. σαυρωτὴρ dicitur esse σιδήριον κοῖλον, ἐξ ἄκρου ὀξὺ, ᾧ ἐντιθέμενον τὸ ὀπίσω ἄκρον τοῦ δόρατος, ὀρθὸν αὐτὸ ἑστάναι ποιεῖ πηγνύμενον κατὰ γῆς: sed adjungit, κατὰ σκόλοπα, ἤγουν σταυρόν: ut σαυρωτὴρ dictum sit quasi σταυρωτήρ. Veteres autem brevius scribere de hujus vocabuli signif. ait: a quibus σαυρωτὴρ esse dicitur τὸ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἄκρῳ τοῦ δόρατος ἔσχατον ὀπίσθιον σιδήριον. Ab Hom. dicitur et οὐρίαχος. Legimus ap. Herod. (7, 41.) de quibusdam, qui ἐπὶ τοῖς δόρασι loco σαυρωτήρων haberent ῥοιὰς χρυσέας:" [cf. Athen. 514.] "Usum porro σαυρωτήρων præcipuum ex h. Polybii l. cognoscere possumus, (6, 25, 6.) Καὶ ὅτι ἄνευ σαυρωτήρων τὰ δόρατα κατασκευάζονται, μιᾷ τῇ διὰ τῆς ἐπιδορατίδος ἐχρῶντο πληγῇ· εἶτα κλασθέντων, λοιπὸν ἦν αὐτοῖς ἄπρακτα καὶ μάταια." ["Jacobs. Anth. 7, 85. 92. Gesner. ad Orph. p. 436. Boiss. Philostr. 602. Heyn. Hom. 6, 31. 453. Timæi Lex. 241. et n." Schæf. Mss.]

"Σαυρία, Corruptio segetum; Jaculum, Venabulum, VV. LL. remittentia ad Theocr. Pharmac. Additurque Σαυριάζω pro Destruo segetes, Jaculor, Ferio." [Σαυρία, Gl. Jaculum, editur Jaculus. Cf. Σαυνίον, Σαυνιάζω, in Lex. VV. Peregr.]

[* ΣΑΥΣΑΡΟΣ, Hesychio ψιθυρὸς, Schneidero leg. videtur ψαθυρός. * Σαυσαρίζω, unde] "Σαυσαρισμὸς, Aridæ linguæ et hærentis affectio. Linguæ hæsitatio, Bud. e Gaza ap. Aristot. Probl. 27, (3.) ubi de excandescentibus loquens, scribit, Ἐπεὶ τό γε ξηρὸν πτύειν καὶ ὁ σαυσαρισμὸς καὶ τὰ τοιαῦτα γίνεται διὰ τὴν ἀναφορὰν τοῦ πνεύματος ἅμα καὶ θερμοῦ." [Videtur deducendum ab αὔω, Sicco, et τῷ σ loco aspirationis posito, σαύω, unde σαυκὸν, Hesychio ξηρόν: * Σαυχμόν· * σαχνὸν, χαῦνον, σαθρὸν, ἀσθενές: Σαχνόν· ἀσθενὲς, χαῦνον. Galeno in 3 Comm. in Hippocr. Prorrhet. ψαθυρὰ κρέα sunt eadem quæ σαχνά.]

ΣΑΦΗΣ, ὁ, ἡ, Manifestus, Apertus, Perspicuus, Dilucidus, Planus, Dem. pro Cor. Πρός γε τοῦτον τὸν καταπτυστον βραχὺς καὶ σαφὴς ἐξήρκει λόγος. Ubi observa obiter βραχὺς καὶ σαφής: contra enim μακρότερον μὲν, σαφέστερον δὲ, legimus ap. eum cui Dem. Phalerei nomen tribuitur. Apud Eund. σαφὴς γραφὴ, ubi scribit, Φευγέτω δὲ ἡ σαφὴς γραφὴ καὶ τὰς ἀμφιβολίας. Sed quod hic ab eo dicitur σαφὴς γραφὴ, non solum σαφήνεια vocatur, sed interdum et τὸ σαφὲς substantive. Ac certe ipsemet ita utitur, necnon Lucian. (2, 64.) ‖ Σαφὴς, Certus. Interdum et Verus: ut σαφὴς μῦθος, Eur. (Med. 72.) Et σαφὴς πίστις, Philo, Certa fides. Apud Thuc. 1. Τῶν γενομένων τὸ σαφὲς, Rerum gestarum veritas, ut quidam interpr. Aut, Rerum gestarum certitudo, si hoc substantivo uti liceret. [Dionys. H. de C. VV. 293. Schæf. "Musgr. Iph. A. 560. Wakef. Herc. F. 55. Musgr. ibid. Jacobs. Anim. 137. 152. Exerc. 1, 181. Duker. Præf. Thuc. p. 6. Heyn. Hom. 4, 630. Valck. Hipp. p. 263. Diatr. 80. Σαφὲς et σαφῶς conf., Brunck. Aristoph. 3, 64. Τὸ σ., Dionys. H. 1, 267. 294." Schæf. Mss. "De lucis effectu, Suid. v. Ἀσάφεια." Wakef. Mss.]

Ἀσαφὴς, Non manifestus, apertus, Obscurus, Incertus, Thuc. 4, (108.) Τὸ δὲ πλέον βουλήσει κρίνοντες ἀσαφεῖ, ἢ προνοίᾳ ἀσφαλεῖ: [86. 3, 22. Plut. 6, 612. "Ad Lucian. 1, 465." Schæf. Mss.] Ἀσαφῶς, Non manifeste, Obscure, Non certo, Incertis causis, [Thuc. 4, 20. 125. "Ἀσαφῶς et ἀσήμως differunt, Digesta 21, 1, 9." Schæf. Mss.] Ἀσάφεια, Obscuritas: ut περιαγωγῆς καὶ ἀσαφείας, Plut. Affertur et pro Sortis nomine proprio, ex Emped. ap. eund. Plut. [Rom. 27. Pelop. 9. Cat. Maj. 13. "Ad Lucian. 1, 465." Schæf. Mss. * Ἀσαφία, Polyb. 1, 67, 11. "Theodor. Opp. 2, 1164. Schol. Eur. Or. 397." Kall. Mss. * "Ἀσαφήτωρ, Heyn. Hom. 5, 616." Schæf. Mss.]

Σάφα autem ap. Hom. aliosque Poëtas adverbium est, vel potius nomen adverbiale: sc. factum e plurali σαφέα. Accipitur autem pro Certo, ut Il. B. (192.) Οὐ γάρ πω σάφα οἶσθ' οἷος νόος Ἀτρείδαο. Sic et ap. Aristoph. (B. 75.) σάφα οἶδα, Certo scio. Quinetiam ap. Xen. (K. Π. 8, 7, 3.) Σάφ' ἴσθι, Certo scias. Sed ap. Hom. invenitur σάφα οἶδα et σάφα εἰδὼς sequente infin., dictum de eo qui plane scit hoc vel illud facere s. dicere: i. e. plane callet artem hoc vel illud faciendi. Ex Eod. affertur σάφα εἰπεῖν pro Vere s. Vera dicere. [Schæf. ad Dionys. H. de C. VV. 293. ad Greg. Cor. 467. "Musgr. Tro. 1238. Heyn. Hom. 4, 630. Zeun. ad Xen. K. Π. 394." Schæf. Mss. Pind. Ὀ. 8, 61. Π. 2, 104.]

Σαφῶς, Manifeste, Aperte, Perspicue, Dilucide, Certo: ut οἶδας σαφῶς, Aristoph. [cf. B. 1434. Πλ. 40.] Et γινώσκω σαφῶς, Xen. K. Π. 8, (7, 3.) Ἐκ πολλῶν τοῦτο σαφῶς γινώσκω. Athen. 2. Ἀλλ' οἶδα λέγειν περὶ τῶνδε σαφῶς. Sed COMPAR. Σαφέστερον, Manifestius, Apertius, Certius. SUPERL. Σαφέστατα, Manifestissime, Apertissime, Certissime. ["Σαφῶς, Wakef. Herc. F. 55. Musgr. ibid. Jacobs. Exerc. 1, 181. Valck. Hipp. p. 280. Zeun. ad Xen. K. Π. 394. Conf. c. σοφῶς, Brunck. Aristoph. 3, 11. 73. ad Lucian. 1, 732. ad Charit. 509. Valck. l. c. Toup. Emendd. 4, 500. Brunck. Phil. 423. ad Bacch. 1261. Markl. Suppl. 639. Σαφέως, (Ionice,) ad Herod. 659." Schæf. Mss. "Pind. (O. 6, 35. Π. 4, 208.) Hom. H. in Cer. 149." Wakef. Mss. Herod. 1, 21. 2, 31. 44. 121. 8, 88. Σαφέστερον, 4 Macc. 3, 6. al. * Διασαφέστερον, * διασαφής. * Σαφεστάτως, Agathem. Geogr. p. 196. "Amphil. 140." Kall. Mss. "Tzetz. Chil. 6, 874. 8, 872. 9, 713. 10, 550." Elberling. Mss.]

Σαφέω, Manifesto, Clare notum facio, Declaro, Significo, Bud. exponens etiam per compp. διασαφῶ et ἀποσαφῶ. Sed hujus simplicis exempla nulla profert: at illorum compp. minime rara sunt. Esse

Digitized by Google

autem dicit ILLUD Ἀποσαφέω, non solum Manifestum reddo, Declaro; sed etiam Do intelligendum, Significo: in h. l. Plat. Protag. Λέγοντος οὖν ἐμοῦ ταῦτα, οὐδὲν ἀπεσάφει ὁ Πρωταγόρας ὁπότερα ποιήσοι. Paulo post διασαφεῖν pro eod. dixisse eum scribit. Idem in Cratylo, Οὔτε ἀποσαφεῖ οὐδὲν, εἰρωνεύεταί τε πρός με. ["Toup. Opusc. 1, 49. Casaub. Athen. 1. p. 18. Lucian. 2, 63." Schæf. Mss.] Quod autem attinet ad alterum illud COMP. Διασαφέω, ponitur et ipsum pro Manifestum reddo, Declaro: item Expono, Explico. E Theophr. (C. Pl. 6, 14, 5.) Διασαφητέον pro Perspicue disserendum est. Apud Matth. 18, (31.) Διεσάφησαν τῷ Κυρίῳ πάντα τὰ γενόμενα, vet. Interpr. vertit Narrarunt. Sed a Polyb. (1, 46, 4.) poni διασαφῶ et pro Clare denuntio, testatur Bud. ["Ad Diod. S. 1, 417. 2, 622." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T.] "Διασαφητέον, Explanandum, Declarandum," [vide supra.] Διασάφησις, Declaratio, Explicatio, Expositio, Bud. [Schol. Soph. El. 428. LXX. Esdr. 5, 6. 7, 10. Gen. 40, 8.] UNDE Διασαφητικὸς vocatur σύνδεσμος a Gramm., q. d. Expositivus, Explicativus, Declarativus. [Schol. Aristoph. Ὄρν. 825. Eust. Il. A. p. 46, 50. 47, 2. Od. A. p. 12, 25. * Ἐπιδιασαφέω, Polyb. 32, 26, 5. * Προδιασαφέω, Joseph. B. J. 7, 5, 3. * "Προδιασάφησις, Figura dicitur, si sententiæ plenæ et perspicuæ per se aliquod verbum additur augendæ perspicuitatis causa, ita ut, etiamsi illud verbum abesset, tamen planus sensus futurus esset. Alexander περὶ Σχημ. 584. hujus figuræ hæc exempla ponit: ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ ἥνδανε θυμῷ, in quo τὸ θυμῷ additur per προδιασάφησιν, vel, Ταῦτα ἐννοήσας τῇ ψυχῇ, ubi in τῷ ἐννοεῖν jam per se intelligitur ἡ ψυχή." Ernesti Lex. Technol. Gr. Rhet. * "Προσδιασαφέω, Præterea declaro, Clem. Alex. 454." Kall. Mss. Polyb. 3, 24, 15. 4, 25, 6. 10, 22, 5. Strabo 10. p. 682., 16. p. 1120. Plut. 6, 77. 7, 665.] ITEM Διασαφίζω, Manifestum facio, VV. LL. ["2 Macc. 1, 21. sec. Cod. Alex. διεσάφισαν, quod Grabe in sua Ed. immerito alteri διεσάφησαν locum cedere jussit." Schleusn. Lex. V. T. * "Ἐκσαφέω, Theod. Prodr. 398." Elberling. Mss. * "Ἐπισαφέω, Psell. de Dæmon. p. 38." Boiss. Mss.] Ab illo autem simplici verbo Σαφέω est NOM. Σαφήτωρ, quod sonat Declarator, Explanator. Et peculiariter Explanator somniorum, aut etiam generalius Vates; nam Hesychio inter alia est μάντις. Sed est Poëtica vox hæc σαφήτωρ.

Σαφηνὴς, i. q. σαφὴς, Manifestus, etc. Utitur autem Herod. hoc nomine σαφηνής. [Nusquam ap. eum legitur. "Wakef. Trach. 892." Schæf. Mss. Æsch. Pers. 637. 740. Choëph. 195.] Σαφηνέως, Manifeste, Aperte, Plane et Certo, Vere, Herod. (1, 140. 3, 122.) Per contr. autem DICITUR Σαφηνῶς: quo et Æsch. usus est, Pr. [780. "Wakef. Trach. 892." Schæf. Mss.] Hinc et SUBST. Σαφήνεια, non parum frequens in prosa, pro Perspicuitas, Dilucida oratio: unde opp. τῇ ἀσαφείᾳ ap. Plat. de Rep. 6. Eam Dionys. H. inter virtutes orationis Lysiæ numerat, duplicemque facit, in rebus et in verbis. A Dialectis σαφήνεια definitur λέξις γνώριμος, παριστῶσα τὸ νοούμενον. Redditur etiam Explanatio a Bud. ap. Lucian. (2, 348.) et Greg. Naz., item Philonem, Ἀλλ' ἐπαναλαβόντες τὸν λόγον σαφηνείας χάριν, εἴπωμεν. [Ernesti Lex. Technol. Gr. Rhet. Dionys. H. de C. VV. 199. Schæf. "Ad Eund. 5, 97. Boiss. ad Tiber. p. 80. Brunck. ad Æsch. S. c. Th. 67. * Σαφηνία, ibid. ad Dionys. H. l. c." Schæf. Mss.] Σαφηνίζω, Manifestum facio, Declaro, Explico, Explano. Utitur autem hoc verbo et Xen. (K. Π. 8, 7, 3. 8, 4, 2.) Ex Aristot. affertur Σαφηνίζει τῇ φωνῇ. [* "Σαφηνιστέον, Athan. 2, 284." Kall. Mss. * Σαφηνισμὸς, Schol. Soph. Antig. 893. Dionys. H. 1. p. 52, 37. * "Σαφηνιστὴς, Niceph. Blemm. ap. Bibl. Gr. 11, 83. Harl." Boiss. Mss. "Orig. Philoc. p. 54." Routh. Mss.] Σαφηνιστικὸς, Declarandi facultate præditus s. Explanandi, Declarativus, Declarator, Explanator: ut σαφηνιστικὸν τὸ ἅγιον πνεῦμα, e Greg. Naz. [Lucian. 2, 290. * Σαφηνιστὸς, unde Ἀσαφήνιστος, Schol. Eur. Med. 722. * Ἀνασαφηνίζω, unde Ἀνασαφηνισθῆναι, Gl. Declarari. * Ἀποσαφηνίζω, var. lect. ap.

A Lucian. Jov. Trag. c. 27.] "Διασαφηνίζω, Declaro, "Explano, Polyb. Τοῦτο οὐ διεσαφήνισαν. Idem "signif. διασαφέω et διασαφίζω." [Gl. Dissero, Edissero. Forma * Διασαφηνέω est ap. Hippocr. Epist. 1275., at Schneidero suspecta est. * "Προσδιασαφηνίζω, Insuper explano s. declaro, Chrys. Serm. 72. T. 6. p. 731, 36. Λέγω δὲ καὶ πρ. τὴν ἔννοιαν." Seager. Mss. * "Ἐπισαφηνίζω, Ultra planum facio, Clem. Alex. 545." Wakef. Mss.]

[* Σαφίζω, unde * "Σαφισμὸς, Clem. Alex. Q. D. S. 950. si vera lectio." Routh. Mss. Vide Διασαφίζω.]

ΣΒΕΝΝΥΜΙ, SEU Σβεννύω, σβέσω, ἔσβεσα, (pro quo in usu est potius Aor. 2. ἔσβεσα,) tanquam a Σβέω. Signif. autem Extinguo, Restinguo. Atque ut Lat. Extinguo sæpe usurpatur metaphorice, sic a Græcis σβεννύναι pro Comprimere, Compescere, Bud. e Plat. de LL. 8. Πόνων δὲ σφοδρῶν, οἳ μάλιστα ὕβριν σβεννύασιν, ἀργοὶ εἰσι. Et σβεννύντας τυραννίδα in quodam vet. Epigr. Homerus autem dicit σβέ-
B σαι μένος, ubi quidam annotant eum respicere ad τὴν θερμότητα τοῦ μένους. Et pass. ap. Xen. in fine Symp. Αὕτη μὲν δὴ ἡ παροινία οὕτως ἐσβέσθη. Quinetiam ut Lat. dicitur extinctus esse qui mortuus est, ita σβεσθῆναι: ut in Epigr. Ἐσβέσθης, γηραιὲ Σοφόκλεες. At de h. l. Hesiodi (Ἔργ. 2, 208.) γάλα τ' αἰγῶν σβεννυμενάων, consule cum alios, tum Eust. Dici autem ἀποσβέννυσθαι et ipsum γάλα, videbis in Ἀποσβέννυμαι. || At PRÆT. Ἔσβηκα per η, passiva etiam signif. pro Extinctus sum, sicut et ἀπέσβηκα: quæ affert Bud. e Platone. Vide Ἀποσβέννυμι. Affert vero et AOR. 2. Ἔσβη, tanquam a Σβῆμι, itidem pro Extinctus sum. ["Σβέννυμι, Wakef. S. Cr. 1, 145. 5, 138. Herc. F. 40. Phil. 954. Jacobs. Anth. 8, 349. 367. 9, 52. 179. 10, 158. 212. 11, 150. 278. 297. 377. 12, 90. 216. Epigr. adesp. 674. Samius 2. Heyn. Hom. 7, 243. ad Charit. 215=403. ad Mœr. 50. D. R. ad Longin. 254. ad Herod. 411. Plut. Mor. 1, 869. Compesco, Comprimo, Lobeck. Aj. p. 320. Ἔσβην, Jacobs. Anth. 7, 36." Schæf. Mss.
C "Interficio, Opp. Ἁ. 5, 13. Obstruo, Appian. 2, 859. Vacuo, Exhaurio, Plut. 2, 49(=6, 180.) Deleo, Excindo, Extirpo, Philostr. 42. Destruo, generaliter, Plut. 9, 133. (Ὑπ' ἀργίας τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν σβεννυμένην.)" Wakef. Mss. In dialecto quadam dicitur ζέω, * ζένω, * ζείνω, * ζείνυμι, * ζίνω, * ζίνυμι. Hesychius affert Ζείναμεν· σβέννυμεν. Ἔζινεν· * ἐκεσβέννυεν.] "Ἀποζίννυται, Eid. est ἀποσβέννυ-"ται, Extinguitur:" [leg. ἀποζίννυται.] "Ζοάσεις, "Hes. exp. σεβέσεις: et Ζόασον, σέβεσον: nescio "quidnam sibi volens isto σεβέσαι, nisi forte σβέσαι. "Subjungit tamen his Ζοάσω, ζήσω."

Σβέσις, Extinctio, Plut. de Primo Frig. Ἡ μὲν οὖν σβέσις ἐμφανεστέραν ποιεῖ τὴν εἰς ἀέρα μεταβολὴν αὐτοῦ. In VV. LL. annotatur ex Aristot. Luminis extinctionem, quæ per se fit, μάρανσιν vocari: quæ ab alio σβέσιν. Aristotelis autem verba sunt, de Juventute et Senect. Ἀλλὰ μὴν πυρός γε δύο ὁρῶμεν φθορὰς, μάρανσίν τε καὶ σβέσιν· καλοῦμεν δὲ τὴν μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ, μάρανσιν· τὴν δ' ὑπὸ τῶν ἐναντίων, σβέσιν,
D τὴν μὲν γῆρας, τὴν δὲ, βίαιον. ["Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. 52." Schæf. Mss.]

Σβεστὴρ, ῆρος, Extinctor, [Plut. 10, 373.] AT VERO Σβεστήριος ET Σβεστικὸς, q. d. Extinctivus, Restinctivus, i. e. Extinguendi vim habens, Aptus ad extinguendum: ut σβεστήριον πυρὸς ὕδωρ, Greg. Naz. A Gal. σβεστήρια vocantur Res ad restinguendum aptæ, Bud. e Therap. 10. Εἰ μὲν οὖν εἰς ταυτὸ συμβαίνοι τά τε τοῦ πυρετοῦ σβεστήρια καὶ τὰ τῆς αἰτίας ἀλεξητήρια κ. τ. λ. Idem Bud. σβεστικὸν ab Aristot. opponi τῷ καυστικῷ scribit. [Σβεστήριος, Thuc. 7, 53. Dionys. H. p. 194, 16. Plut. 8, 589. "Σβεστήριον, Philostr. 95. Andr. Cr. 100." Kall. Mss. Σβεστικὸς, LXX. Sap. 19, 19.]

[* "Σβεστὸς, Extinctus, Nonn. D. 28, 189." Wakef. Mss.] Ἄσβεστος, Inextinctus (pro Inextinguibilis), Qui extingui non potest. Proprie πῦρ ἄσβεστον, sed e Diosc. et Gal. affertur dictum de calce viva, utpote quæ non restincta sit aqua. Sic et Lucian. ἄ. τίτανος. Ab Hom. autem (Od. Δ.

584.) metaphorice vocatur etiam κλέος ἄσβεστον : A quo respexisse Ovid. suspicor, cum dixit Nomen inextinctum. Apud eund. Hom. (Il. A. 599.) habes etiam ἄσβεστος γέλως, item (X. 96.) ἄσβεστον μένος, de quibus lege Eust. Verum sunt qui nomen illud, cum his aliisque hujusmodi substantivis jungitur, minus subtiliter quam ille, exponant Immensus, Ingens. ITEM Ἀσβέστη, fem. Hom. (Il. Π. 123.) ἀσβέστη φλόξ. Affertur vero ἄσβεστος e Plin. et tanquam Nomen lapidis coloris ferrei, 37, 10. [" Jacobs. Anth. 8, 53. Heyn. Hom. 4, 162. 7, 161. Kuster. Aristoph. 117. ad Od. H. 333." Schæf. Mss. Schneid. Ecl. Phys. 89. Æsch. Pr. 543. παρ' Ὠκεανοῖο πατρὸς Ἄσβεστον πόρον, Fluxum perennem. " Ἀσβέστη, Nicander Θ. 821." Wakef. Mss. Γέλως ἄ. μέχρι θανάτου, Aret. p. 35. * Ἄσβεστον, τὸ, Calx viva, Plut. Sertorio 17. * " Ἄσβετος, (pro Ἄσβεστος, Nomen fictitium,) Hom. Epigr. 14, 9." Elberling. Mss. * Ἀσβεστώδης, Gl. Tofus. * " Ἀσβεστήριος, Hes. v. Κονιατής. * Ἀσβεστόω, unde * Ἀσβέστωσις, Hes. v. Κονίασις." Wakef. Mss.]

Ἀποσβέννυμι, VEL Ἀποσβεννύω, Fut. ἀποσβέσω, item ἀποσβήσομαι, et quidem in activa etiam signif. Præt. ἀπέσβηκα, aor. 2. ἀπέσβην, tanquam ab ἀποσβῆμι, Extinguo : ut ἀποσβεννύειν τὴν φλόγα, Extinguere flammam. Capitur etiam metaphorice, sicut Lat. Extinguere, pro Abolere, Perdere. Xen. K. Π. (5, 4, 14.) Πᾶν ἀποσβῆναι τὸ ἡμέτερον γένος καὶ ὄνομα. Sed passive accipi hunc aoristum, mox docebo. Item Supprimo, Cessare facio. Plut. Τὴν μὲν ἑωθινὴν αὔραν, ἣ παρεῖχε γαλήνην, πολὺς πνεύσας πελάγιος τῆς νυκτὸς ἀπέσβεσε. || Ἀπέσβηκα præt. et Ἀπέσβην aor. posterior passivam aliquando signif. habent, Xen. K. Π. 8, (8, 7.) Τὸ μέντοι τὰ ἱππικὰ μανθάνειν καὶ μελετᾶν, ἀπέσβηκε, διὰ τὸ μὴ ἰέναι ὅπου ἂν ἀποφαινόμενοι εὐδοκιμοῖεν, Extincta est et abolita exercitatio rei militaris, Funditus interiit. Sic ἀπέσβην usurpatur ap. Theodorit. Hist. Eccl. 3. * Λουκιφεριανοὶ γὰρ ἐπὶ πλεῖστον ὠνομάζοντο χρόνον· ἀπέσβη δὲ καὶ τοῦτο τὸ δόγμα καὶ παρεδόθη τῇ λήθῃ. Bud. autem affert ἀπεσβήκει e Plut. Demosthene pro Concidit C animo, Relanguit. || Ἀποσβέννυμαι, VEL Ἀποσβεννύομαι, Extinguor, Intereo, Xen. K. Π. 8, (8, 8.) Νῦν δὲ τὴν μὲν ἐκ Περσῶν καρτερίαν περιορῶσιν ἀποσβεννυμένην. Item Supprimor, Aristot. de Gener. Anim. 4. Οὐ γίνονται δὲ οὔτε θηλαζομέναις αἱ καθάρσεις κατὰ φύσιν, οὔτε συλλαμβάνουσι θηλαζόμεναι· κἂν συλλάβωσιν, ἀποσβέννυται τὰ γάλα : H. A. 9. de caprimulgo loquens, Φασὶ δὲ, ὅταν θηλάσῃ τὸν μαστὸν, ἀποσβέννυσθαί τε καὶ τὴν αἶγα ἀποτυφλοῦσθαι. " Α-" ποσβέω, inus. th. e quo ἀποσβέννυμι sua tempora " mutuatur. Facit fut. non solum ἀποσβέσω, sed et " ἀποσβήσω, unde præt. ἀπέσβηκα ap. Plat." " Α-" πέσβας, Dorice pro ἀπέσβης ap. Theocr. 4, (39.) " quod Schol. exp. ἐξέλιπες, ἀπέθανες, Mortua es et " extincta. Sunt qui dicant esse aor. 2. verbi inus. " ἀπόσβημι : potest tamen esse etiam aor. 2. passi-" vus verbi ἀποσβέννυμι ex ἀποσβέω." [" Ad Charit. 445. Jacobs. Anth. 7, 36. 9, 179. 10, 159. Porson. Med. p. 85. Brunck. Soph. 3, 445. Dionys. H. 1, 60. ad Corn. Nep. 71. Staver., Wyttenb. ad Plut. 1, D 275. ad Mœr. 49. Brunck. ad Eur. Med. 1218. Timæi Lex. 40. et n., Toup. Emendd. 1, 234. Valck. Callim. 191. Diatr. 57. Xen. K. Π. p. 816. ad Lucian. 1, 516. Ἀπέσβη, Extinctum est, Fischer. ad Palæph. 149. Οὐκ ἀποσβήσεται τὸ μὴ οὐ — Boeckh. in Plat. Min. 108." Schæf. Mss. Ælian. N. A. 3, 39. Ἀποσβέννυσι τὴν ἐκεῖθεν ἐπιρροήν. Cf. Schæf. ad Greg. Cor. 925. * Ἀπόσβεσις, Aret. 105. Aristot. Anal. Post. 2, 2. * Ἀπόσβεστος, unde * Εὐαπόσβεστος, Artemid. 1, 74. * " Ἐναποσβέννυμι, Jo. Lydus de Ostentis p. 54." Boiss. Mss. Aristot. Meteor. 2. p. 571. Cassii Probl. 31. * Ἐναποσβεννύω, Geop. 7, 12, 8. * " Ἐναποσβεστέον, Clem. Alex. 174. (Pæd. 1, 7. p. 204.)" Kall. Mss. * Ἐναπόσβεστος, Joseph. c. Apion. 1. p. 457. * Προαποσβέννυμι, M. Anton. 3, 1. 12, 15. * " Συναποσβέννυμι, Andr. Cr. 55. Euseb. Hist. Eccl. 121. * Συναποσβεννύω, Cyrill. Hier. 28." Kall. Mss. " Niceph. Blemm. in Leonis Allatii Exc. 171." Boiss. Mss. Dio Cass. 35. Eust. Il. A. p. 11, 42. Plut. Marcello 24.]

" Ἐνσβεθεὶς, Extinctus in, ab act. Ἐνσβέννυμι," [Diosc. 5, 93.]

[* " Ἐπισβεννύω, s. * Ἐπισβέω, Noun. D. 21, 138. Hes." Wakef. Mss.]

Κατασβέννυμι, VEL Κατασβεννύω, i. q. σβέννυμι et ἀποσβέννυμι, Extinguo, Aristoph. τοὺς λύχνους κατασβέσας. Et metaph. κατασβεννύναι ταραχὴν, Sedare tumultum : Xen. K. Π. 5, (3, 20.) Εἰ δέ τινας θορυβουμένους αἰσθάνοιτο, κατασβεννύναι τὴν ταραχὴν ἐπειρᾶτο. Item Κατασβῆναι, Extinctum esse, tanquam a κατασβῆμι : sicut ἀπέσβην tanquam ab ἀποσβῆμι. [" Wakef. Herc. F. 448. S. Cr. 5, 138. Dionysius 10. ad Charit. 215. Wyttenb. ad Plut. 1, 275. ad Herod. 282. Κατέσβην, Jacobs. Anth. 6, 137. Leon. Tar. 84." Schæf. Mss. Æsch. Ag. 952. τὴν θάλασσαν. Cf. Ἄσβεστος. * Κατάσβεσις, Dio Cass. p. 522. * Κατάσβεστος, unde * Δυσκατάσβεστος, Qui non facile extingui potest, Schol. Il. Π. 123. Diod. S. 4. p. 179, 19.] " Ἐγκατασβέννυσθαι, Extingui in, unde " ἐγκατασβεσθῇ," [" Nicet. Eugen. 2, 351. 8, 13. * Συγκατασβέννυμι, 4, 392. Joann. Euchaït. 1567." Boiss. Mss. " Greg. Nyss. ap. Wolf. Anecd. Gr. 2, 306." Kall. Mss. Zosim. p. 107.]

[* Περισβέννυμι, Plut. 10, 147. Τῇ βαφῇ τοῦ σιδήρου περισβεννύμενον τὸ αἷμα καὶ διαχεόμενον.]

[* Συσβέννυμι, Opp. Ἁ. 2, 477.]

ΣΕΒΩ, ET Σέβομαι, Veneror, Adoro, Colo, ea signif. qua dicimur Colere deum, Thuc. 2, (43.) Θεῶν δὲ φόβος ἢ ἀνθρώπων νόμος οὐδεὶς ἀπεῖργε· τὸ μὲν κρίνοντες ἐν ὁμοίῳ, καὶ σέβειν καὶ μὴ, ἐκ τοῦ πάντας ὁρᾶν ἐν ἴσῳ ἀπολλυμένους. Aristoph. N. (600.) κόραι Σὲ Λυδῶν μεγάλως σέβουσιν. Paus. Καὶ γὰρ ὅσοις θεοὺς καθέστηκεν ἄλλους ἐν τοῖς δήμοις σέβειν, οὐδέν τι ἧσσον τὴν Ἀθηνᾶν ἄγουσιν ἐν τιμῇ. Lucian. (1, 533.) Κατὰ ἔθνη σέβουσιν, ὁ μὲν Δελφὸς τὸν Ἀπόλλω. Sed dicitur etiam τὰ θεῖα σέβειν, et quidem ab Aristoph. quoque. Et Ἀτρείδας σέβειν a Soph. (Aj. 667.) : a Platone σέβειν τὴν δίκην. Magis usitata est passiva vox Σέβομαι, (activam certe illam σέβω Eust. a vett. usurpatam tradit, sed videmus et a Pausania ac Luciano, qui nequaquam in numero τῶν παλαιῶν censeri possent, usurpari, ut omittam Herodian., atque alios de quibus idem dicendum fuerit,) poniturque non solum pro Veneror, et Colo, quæ de diis aut rebus divinis dicuntur, verum et pro Colo ac Observo, quæ de hominibus. Xen. K. Π. 8, (8, 1.) Οἵ τε ἀρχόμενοι Κῦρον ὡς πατέρα ἐσέβοντο. Itidemque dixit Charondas τοὺς ἀρχομένους debere πρὸς τοὺς ἄρχοντας εὔνοιαν διαφυλάττειν καθάπερ πατρικὴν, εὐπειθοῦντας καὶ σεβομένους : unde Cic. de LL. 3. Nec vero solum ut obtemperent obediantque magistratibus, sed etiam ut eos colant diligantque perscribimus, ut Charondas in suis facit legibus. Sic Polyb. Σέβεται δὲ καὶ τοῦτον παρ' ὅλον τὸν βίον ὁ σωθεὶς ὡς πατέρα. Apud Hom. σέβεσθαι exp. et αἰδεῖσθαι et ἐκπλήττεσθαι : vide Eust. Apud Lucam autem legitur hoc partic. et sine adjectione accusativi positum, primam illam signif. venerationis habens : Act. Apost. 13, (43.) ubi οἱ σεβόμενοι redditur Religiosi, itidemque (50.) αἱ σεβόμεναι, Religiosæ. Existimatur autem hoc nomine appellare Eos e profanis gentibus qui Mosis religionem relicto paganismo erant amplexi ; quamvis nonnulli essent incircumcisi : ut antea Cornelium vocarat εὐσεβῆ. At VV. LL. illic ibid. exp. σεβομένας, Superstitiosas : et addunt, quæ religiosæ vulgo creduntur. Quasi vero manifestum non sit in bonam partem usurpasse ibi Lucam hoc participium. Additur ibid. posse et passive accipi pro ἐντίμους, Honoratas, Primarias, magnæque auctoritatis, quæ venerantur et coluntur magna cum reverentia. Sed hujus usus in pass. signif. exemplum desidero, non minus in partic. quam in verbo. At σέβομαι cum infin. pro εὐλαβοῦμαι poni testatur Bud. ap. Plat. Timæo 168. Σεβόμενοι μιαίνειν τὸ θεῖον. || Σέβομαι, signif. passiva, Adoror, Color, Veneror, (si passive usurpare liceat.) Greg. Naz. de Ægyptiis loquens, Βδελυκτοὶ τῆς πλάνης, βδελυκτότεροι τῆς εὐτελείας τῶν προσκυνουμένων καὶ σεβομένων :

de Ægyptiis loquens, Abominabiles ob errorem cultus deorum, abominabiliores propter utilitatem eorum quæ ab ipsis coluntur et adorantur. Idem de adulteriis deorum loquens, Ἃ τοῖς νόμοις κολάζεται, ταῦτα ὡς θεῖα σέβεται. [" Musgr. Iph. T. 185. Wakef. Eum. 92. Cattier. Gazoph. 13. Brunck. Soph. 3, 511. Heyn. Hom. 4, 604. Heindorf. ad Plat. Theæt. 306. Xen. Mem. 1, 1, 14. ad 4, 4, 19. ad Il. Δ. 242. Valck. Hipp. p. 244. 280. ad Herod. 524. Εὖ σ., Porson. Phœn. 1340. Valck. p. 446. ad Xen. Mem. 250. Τὸ σεβόμενον, Musgr. ad Hec. 299. Act. et med., Steph. Dial. 18." Schæf. Mss. Pind. 'O. 14, 17. Plato Phædro 357. Æsch. Eum. 702. Pers. 693. Schæf. ad Dionys. H. de C. VV. 205. * " Σεβομένως, Valck. ad Ammon. p. 5." Schæf. Mss. * " Σέβημα, (quasi a * Σεβέω,) i. q. σέβασμα, Sap. 15, 17. σεβημάτων sec. Alex., ubi alii libri σεβασμάτων habent. Sic quoque deest in Lexx. * Σέβησις, quod legitur ap. Plut. 8, 671. Reisk." Schleusn. Lex. V. T. " Clem. Alex. 760. 795." Wakef. Mss.]

[* Σέβος, τὸ, Cultus, Æsch. Suppl. 764. θεῶν σέβη Δείσαντες.]

" Ἀσεβὴς, Qui non colit nec veneratur cœleste " numen; ideoque Irreligiosus, Impius. Porro abso- " lute interdum dicitur ἀσεβὴς, et sine ulla adje- " ctione: interdum addita particula εἰς vel πρὸς, " cum accus. ejus rei cujus neglectus esse cultus " et veneratio dicitur, Xen. K. Π. 8, (8, 13.) Ἀσε- " βεστέρους πρὸς [περὶ] θεούς. Et in Fab. Æsop. " Ἀσεβὴς πρὸς φύσιν. Res quoque aliqua et factum " ἀσεβὲς dicitur, cujus sc. admissione spernitur reli- " gio, cultusque et veneratio divini numinis: Im- " pium, Irreligiosum, Nefarium. Xen. K. Π. 8, (7, 3.) " Τούτους φοβούμενοι, μήτε ἀσεβὲς μηδὲν μηδὲ ἀνόσιον " μήτε ποιήσητε μήτε βουλεύσητε. Et mox, Ἐπὶ τὸ " ἀσεβὲς καὶ τὸ ἄδικον τετραμμένοι εἰσί. Ubi τὸ ἀσε- " βὲς et τὸ ἄδικον posita sunt pro substantivis ἡ " ἀσέβεια et ἡ ἀδικία. Adjective rursum Plato " dicit omnium ἀσεβέστατον esse τὸ εἰς θεοὺς καὶ λόγῳ " καὶ ἔργῳ ἐξαμαρτάνειν." [" Cattier. Gazoph. 13. Xen. Mem. 1, 1, 11. Toup. Opusc. 1, 312. Emendd. 1, 323. ad Charit. 327. Ἀ. θεοῦ, ad Diod. S. 1, 613. Paus. 3, 16. 84. Matth. Gr. Gr. 441. Τὸ ἀ., Impietas, Xen. Mem. 1, 1, 16." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. V. T. * Πανασεβὴς, Nicet. Annal. 19, 3. p. 368. * Ἀσεβῶς, Gl. Impie.] " Ἀσέβεια, " ἡ, Neglectus ejusmodi divini numinis: quo sc. " spernitur cultus ejus et veneratio, Impietas. Plut. " (6, 648.) de Anaxagora, Δίκην ἔφυγεν ἀσεβείας, ἐπὶ " τῷ λίθον εἰπεῖν τὸν ἥλιον. Athen. de Aspasia, (589.) " Φευγούσης ποτὲ αὐτῆς γραφὴν ἀσεβείας. Et Greg. " Naz. Ἐπισχεθῆναι τῆς ἀσεβείας, Revocari et pro- " hiberi ab impietate." [" Ad Charit. 765. Musgr. ad Hec. 1029. Crimen ἀ., ad Lucian. 1, 458. Conf. c. εὐσ., ad Diod. S. 2, 323. Ἀ. θεῶν, ad 1, 613. Plur., 2, 561. * Ἀσεβία, Brunck. ad Bacch. p. 398." Schæf. Mss., item Meletem. Cr. in Dionys. H. p. 42. * Αὐτοασέβεια, Theoph. 4, 257.]

" Inde et VERB. Ἀσεβέω, significans Sum ἀσεβὴς, " Cultum venerationemque divini numinis negligo " abjicioque, Irreligiosus et impius sum: interdum " etiam Impie ago. Atque ut ἀσεβὴς dictum est " poni interdum absolute, interdum cum præp. εἰς " aut περὶ, cum accus. rei cujus cultus et veneratio " esse neglecta dicitur, ita ἀσεβέω quoque usurpari " sciendum est. Dem. c. Mid. Τοῦτον ἄλλο τι ἢ " ἀσεβεῖν φήσομεν; Idem, Ἀσεβῶν οὗτος ἥλωκε, Im- " pietatis manifestus est et damnatus. Athen. 13. " Ὡς ἀσεβοῦντα καὶ θύοντα καὶ τὰ πάτρια ἐκολάσατε. " Non minus frequens est cum præp. εἰς vel περὶ, " Herod. Ἀσεβέων ἐς τὴν θεὰν, Herodian. (3, 6, 16.) " Θεοὺς ἔχοντες βοηθοὺς, εἰς οὓς ἐπιορκήσας ἠσέβησε. " Rursum Herod. Ἀσεβῶν εἰς τὰ ἱρὰ, Piaculum in " sacra committens, ut Xen. Ἑλλ. 1, (4, 6.) Ἀσεβεῖν " εἰς τὰ μυστήρια. Rursum ex Herodiano affertur, " (2, 15, 16.) Εἰς τὸν ὅρκον ἀσεβεῖν, pro Jusjuran- " dum violare. Ex Æsopo autem, Ἠσέβησεν εἰς τὴν " μητέρα, Impius in matrem fuit, Impie se erga " matrem gessit. Interdum accusativo soli jungitur, " rei sc. quæ impie fieri s. geri dicitur, Xen. K. Π.

A " 8, (1, 9.) Οἱ πλεῖν αἱρούμενοι μετὰ τῶν εὐσεβῶν " μᾶλλον ἢ μετὰ τῶν ἠσεβηκέναι τι δοκούντων. Iti- " demque aliquid dicitur ἀσεβεῖσθαι pro Impie et " nefarie committi. Æschin. c. Ctes. Τὰ περὶ τοὺς " Ἀμφισσέας ἠσεβημένα σοι, καὶ τὰ περὶ τὴν Εὔβοιαν " δωροδοκηθέντα σοι." [" Ad Charit. 491. Abresch. Æsch. 2, 133. Luzac. Exerc. 78. Cattier. Gazoph. 12. 15. Musgr. ad Eurip. p. 223. Rhes. 686. Phœn. p. 223. Valck. p. 449. Diatr. 24. ad Diod. S. 1, 87.: θεοὺς, ad 1, 701. 2, 225. Pass., Bast. Lettre 196." Schæf. Mss.] " Ἀσέβημα, τὸ, Facinus irreligiosum " et impium, Facinus nefarium, et ὕβρις εἰς τοὺς " θεοὺς, Æschin. (85.) Ἐξελεγχθεὶς ὑπ' ἐμοῦ καὶ κλη- " θεὶς ξενοκτόνος, οὐ τὸ ἀσέβημα ἠρνήσω; Habes et " ap. Thuc. 7, (27.) p. 206. Affertur ETIAM Ἀσέ- " βησις e Plut., quod potius de actione impia et " nefaria dicitur:" [vide nott. ad T. 8, p. 671. Reisk. * Συνασεβέω, Ejusdem cum aliis impietatis improbitatisque reus sum, Diod. S. 16. p. 542, 34. Antipho 686. " Schol. Eur. Or. 1074. Athan. 1, 573. 628.

B Orig. c. Cels. 17. Phot. ap. Wolf. Anecd. Gr. 2, 176." Kall. Mss. * " Ἀσέβαιος, perperam pro ἀσέβαιος in Procl. Paraphr. 3, 18. p. 219." Schn. Lex. Suppl. * Ἀσεβήϊος, Manetho 5, 204. ubi v. Gron.]

" Δυσσεβὴς, Qui ægre colit et veneratur Deum, " h. e. Irreligiosus, Impius, ἀσεβής." [" Brunck. Antig. 514." Schæf. Mss. " Eur. Herc. F. 760. Med. 1328." Seager. Mss. Æsch. Ag. 227. 767. Soph. Œd. C. 1253. * " Δυσσεβέως, Orac. Sibyll. 188. Ops." Elberling. Mss. * " Δυσσεβῶς, Clem. Alex. 17. Cyrill. Hier. 83." Kall. Mss. Suid. 1, 5.] " Δυσσέ- " βεια, s. Δυσσεβίη, poëtice, Irreligiositas, Impietas, " Nonn. Εἵνεκα δυσσεβίης:" [D. 20. ult. " Δυσσέ- βεια, Eur. Cycl. 310. Hel. 1027." Seager. Mss. Soph. Antig. 935. Trach. 1247. Æsch. Choëph. 702. Eum. 535.] " Δυσσεβέω, Irreligiosus et impius " sum, s. Irreligiose et impie ago." [Æsch. Eum. 913. Soph. Trach. 1248. " Valck. Phœn. p. 449." Schæf. Mss. " Eur. Med. 755." Seager. Mss. " Athan. 1, 337. εἴς τινα." Kall. Mss.] " Δυσσέβημα,

C " Impium facinus, interdum et Impietas, ἀσέβημα," [Dionys. H. 1. p. 434.]

" Εὐσεβὴς, Qui probe colit ac veneratur Deum, " Pius, Religiosus. Xen. sub finem sui Cyneg. Πρὸς " δὲ τὰ θεῖα τοῖς μὲν οὐδὲν ἐμποδὼν ἀσεβεῖν, οἱ δ', " εὐσεβέστατοι, Lucian. (3, 144.) Πρὸς δὲ τὸν εὐσεβῆ " καὶ φιλόθεον ἄθεος καὶ ἀνόσιος ὁ φίλος διαβάλλεται. " Dem. vero, Οὐκ εὐσεβές ἐστι, Pium non est, i. e. " Impium et nefarium." [" Abresch. Æsch. 2, 134. Eur. Or. 1667. Metrod. Epigr. 1. ad Phalar. 259. Markl. Suppl. 559. Cattier. Gazoph. 13. ad Diod. S. 2, 518. Valck. Phœn. p. 449. Hipp. p. 305. ad Il. Δ. 242. ad Charit. 267. Τὸ εὐσ., Pietas, Xen. Mem. 1, 1, 16. Ἐν εὐσεβεῖ, ad Lucian. 1, 299. Εὐσεβέστατος, Xen. Mem. 1, 1, 20." Schæf. Mss. * Εὐσεβοκράτωρ, Theod. Prodr. Ep. 142. * Εὐσεβόφρων, Phot. Bibl. p. 217. Theod. Prodr. Ep. 97. * Εὐσεβοφρόνως, 96. " Anon. ap. Matthæi p. 5. Edit. Oratt. 2. S. Gregorii Naz." Boiss. Mss. * Πανευσεβὴς, Theod. Prodr. Ep. 85. " Cyrill. Hier. 248.

D Πανευσεβέστατος, 247. * Φιλευσεβὴς, Coteler. Patrr. Apost. 1, 812." Kall. Mss. " Const. Manass. Chron. p. 62." Boiss. Mss. " Simeon Metaphrasti Ms. Cod. Par. 1524. v. d. Luciani fol. 97." Bast. Mss. in Ind. Scap. Oxon. " Theod. Hyrtac. in Notit. Mss. 6, 16. 34. 36. Φιλευσεβέστατος, 6, 17." Elberling. Mss. * " Φιλευσέβεια, Theoph. Bulg. in Latinos p. 291. Ed. Mingarelli. * Φιλευσεβέω, Const. Manass. Chron. p. 59." Boiss. Mss.] " ADV. " Εὐσεβέως, et per CONTR. Εὐσεβῶς, Pie, Reli- " giose: more sc. eorum qui probe Deum colunt " et venerantur. Dem. Olynth. 3. (p. 35.) Τὰ μὲν " Ἑλληνικὰ, πιστῶς, τὰ δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς, εὐσεβῶς " διοικεῖν: c. Mid. Οὕτως εὐλαβῶς, οὕτως εὐσεβῶς, " οὕτω μετρίως διακεῖσθαι, Ita religiose, ita pie." [" Εὐσεβέως, Greg. Cor. 212." Schæf. Mss. Εὐσεβῶς ἔχει pro εὐσεβές ἐστι, Soph. Œd. T. 1431.] " Inde et SUBST. Εὐσέβεια, ἡ, Probus Dei cultus, " Pietas, Religiositas, Plut. de Superstit. (tin.) Ἔνιοι " φεύγοντες τὴν δεισιδαιμονίαν, ἐμπίπτουσιν εἰς ἀθεό-

" τὴν τραχεῖαν καὶ ἀντίτυπον, ὑπερπηδήσαντες ἐν μέσῳ κειμένην τὴν εὐσέβειαν. Æschin. (72.) Θεῶν τὴν ἡγεμονίαν τῆς εὐσεβείας ἡμῖν παραδεδωκότων, Isocr. Panath. Πάντα δὲ τὸν χρόνον ἠσκηκότας εὐσέβειαν μὲν περὶ τοὺς θεοὺς, δικαιοσύνην δὲ περὶ τοὺς ἀνθρώπους. Ubi nota eum addidisse περὶ τοὺς θεούς: quemadmodum et Dem. (227.) dicit, Τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν διαφυλάττειν: nam et circa alias res εὐσέβεια versatur, ut Lat. Pietas et Religio. Dicit enim Isocr. rursum in Hel. Enc. Τοσαύτῃ δ' εὐσεβείᾳ καὶ προνοίᾳ χρώμεθα περὶ τὴν ἰδέαν τὴν τοιαύτην; quod est εὐλαβείᾳ et cautione s. religione." [" Abresch. Æsch. 2, 134. ad Phalar. 259. ad Charit. 406. (ubi de Εὐσεβηΐη,) Toup. Opusc. 1, 136. Valck. Hipp. p. 312.: θεοῦ, ad Diod. S. 1, 613." Schæf. Mss. Eur. Iph. T. 1202.] " Ionice DICITUR Εὐσεβίη pro isto εὐσέβεια, ut in hoc pentametro ap. Athen. (433.) Καὶ τὴν εὐσεβίης γείτονα σωφροσύνην." [" Εὐσεβία, Jacobs. Anth. 8, 377. 12, 55. Wakef. S. Cr. 4, 251. Eum. 909. Carphylid. 1. Proclus H. in Sol. 45. ad Paus. 373. Agathias 40. Epigr. adesp. 474. 585. 641. 696. ad Charit. 406. Markl. Iph. p. 381. Brunck. ad Bacch. p. 398. Antig. 943. El. 250. Valck. Phœn. p. 497. Hipp. p. 312. 322. ad Herod. 641." Schæf. Mss., item Meletem. in Dionys. H. 42.] " Est inde præterea VERBUM Εὐσεβέω, significans Sum εὐσεβὴς, i. e. Sum pius et religiosus, Probe et religiose Deum colo, Pietatem colo, Pie ago. Synes. Ep. 4. Εὐσεβεῖν ἀναπεπεισμένον. Notandum porro construi aliquando cum accus. rei, et significare itidem Pietatem colo, Pie ago, Pius sum, addita præp. In. Eur. Phœn. (528.) Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι Κάλλιστον ἀδικεῖν, τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών, Nam si violandum est jus, regnandi gratia violandum est: aliis rebus pietatem colas, Cic. Offic. 3.: vel Julius Cæsar, secundum Sueton.: Isocr. ad Dem. (4. init.) Εὐσέβει τὰ πρὸς τοὺς θεούς: in Nicocl. (init.) Ὅτι τὰ περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβοῦμεν. Aliquando cum περὶ vel πρὸς, in eadem signif. Affertur enim ex Epigr. εὐσεβῶ πρὸς τοὺς θεοὺς, pro Pius sum erga deos; et ex Eur. (Alc. 1151.) εὐσέβει περὶ ξένους, pro Pius sis erga hospites. At Paulus Apost. subaudita hac præp. περὶ vel εἰς, Ep. 1 ad Tim. 5, (4.) Εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει, μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις, In propriam domum pietatem exercere, et vicem rependere parentibus. Est enim et in parentes ac liberos quædam pietas: unde ap. Virg. Sum pius Æneas. Sed et εὐσεβεῖσθαι aliquid dicitur, ut ἀσεβεῖσθαι. In Axiocho Plat. (init.) Ἵνα καὶ τοῦτο εὐσεβηθῇ, Ut etiam hoc a me cum reliquis pie et officiose parenti tribuatur, Ut etiam hoc pietatis officio erga parentem functus esse videar." [" Markl. Suppl. 559. Musgr. Tro. 85. Eurip. p. 223. Wakef. Alc. 1170. Abresch. Æsch. 2, 133. Porson. Phœn. 1340. Lobeck. Aj. p. 413. Phalar. 296. Cattier. Gazoph. 12. 15. Zeun. ad Xen. K. Π. 87. Toup. Opusc. 1, 136. Brunck. Aj. 1350. ad Poët. Gnom. 278. Or. 898. Phœn. 1331. Valck. p. 446. Musgr. p. 223. Koppiers. Obss. 84. Valck. ad Xen. Mem. 250. Toup. Emendd. 1, 448. Wakef. S. Cr. 1, 56." Schæf. Mss.] " INDE Εὐσέβημα, τὸ, Pium factum, Officium pietatis, Demetr. Phal. Καὶ ὁ τὰ δύσφημα εὔφημα ποιῶν, καὶ τὰ ἀσεβήματα, εὐσεβήματα." [* " Ἐνευσεβέω, Greg. Naz. Carm. p. 19. ταῖς ἐντολαῖς, Erga Dei præcepta me pium præbeo." Kall. Mss.]

[* Πανσεβὴς, Theod. Prodr. Ep. 84. * Χριστοσεβὴς, Apollin. Metaphr. p. 164.]

[* Ἀντισέβομαι, Vicissim veneror, Plut. 6, 596. * Διασέβομαι, Gl. Percolo. * Προσσέβω, Æsch. S. c. Th. 1031. Markl. Iph. p. 154. * " Συσσέβω, Una veneror, Orig. 240." Kall. Mss. * Ὑπερσέβω, Epiph. 2, 106. " Proclus in Ptol. Tetrab. 61." Boiss. Mss.]

Σέβας, τὸ, (existimatur autem esse ἄκλιτον, i. e. indeclinabile,) Veneratio, Adoratio, Cultus divinus, Bud. afferens hæc Gregorii Naz., loquentis de diabolo; Ὁ κλέπτων εἰς ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ θείου τὸ σέβας. Atque ita eum alibi quoque uti testatur. Sed affert e Dionysio Areop. cum adjectione etiam positum, sc. τὸ θεῖον σέβας. Sæpe autem σέβας est Res quam veneramur s. adoramus, (quod et σέβασμα vocari docebo paulo post,) Quod nobis est venerabile. In VV. LL. Ὦ σέβας ἐμοὶ μέγιστον, Tu, cui maximam reverentiam debeo, [ex Eur. Iph. A. 633.] Ibid. ex Eur. et Soph. pro Re augusta: et σέβας ὅρκιον ex Epigr. || Σέβας ap. Hom. pro ἔκπληξις, sicut σέβεσθαι pro ἐκπλήττεσθαι ab eo usurpari dictum est. Redditur Latine Stupor, sc. præ admiratione, in Od. Z. (161.) σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα. Suid. e Callim. affert pro θαῦμα, ubi ille dicit, τόδ' ἔχω σέβας. Exp. alioqui ap. eund. Hom. αἰδὼς, item νέμεσις. Vide Eust. Ceterum non sum nescius quosdam ab hoc σέβας derivare verbum σέβομαι: at ego non video quid obstet, quominus σέβας contra a verbo σέβομαι derivemus: e quo σέβας esse verbum σεβάζομαι, satis manifestum est. [" Markl. Suppl. 564. ad Charit. 747. Wakef. Phil. 1289. Eum. 92. S. Cr. 1, 91. Jacobs. Anth. 7, 187. 388. Exerc. 1, 52. Abresch. Æsch. 2, 120. Callim. 1. p. 542. Heyn. Hom. 4, 604. 7, 454. Valck. ad Ammon. 47. ad Eur. Or. 1243. Conf. c. σέλας, Musgr. Med. 746. Porson. p. 60." Schæf. Mss. Theocr. 24, 76.]

Σεβάζομαι, i. q. σέβομαι, sed minus usitatum, Greg. Naz. in Macc. Enc. Θᾶττον σὺ σεβασθήσῃ τὰ ἡμέτερα ἢ τοῖς σοῖς ἡμεῖς εἴξομεν. E Gennadio, Ἡ ἄλλη πᾶσα οἰκουμένη ἐσεβάζετο τὰ κτίσματα τοῦ θεοῦ. Apud Hom. autem Il. Z. (167.) σεβάσσατο γὰρ τόγε θυμῷ, redditur Irreligiosum putavit, Nefas esse putavit. Sed ego malim, (ut similis s. potius eadem in utraque lingua translatio significationis ostendatur,) Religiosum id ei fuit, habuit, Religioni habuit. At Græcæ exp. σεβάζεσθαι hic volunt esse αἰδεῖσθαι s. νεμεσίζεσθαι, aut etiam τιμᾶν. [" Heyn. Hom. 4, 604. 5, 219. Wessel. Obss. 178." Schæf. Mss. " Clem. Alex. 308. 662." Wakef. Mss.] " Σεβάζω, i. q. σεβάζομαι: sed minus usitatum." [" Ad Diod. S. 1, 248." Schæf. Mss. * " Σεβαστέον, Psell. de Dæmon. p. 9." Boiss. Mss.]

Σέβασις, Veneratio, Adoratio, Plut. (10, 595. 598.) Huic autem verbali licet a secunda persona formato primum do locum, quod derivata non habeat, ut sequens, quod a prima formatum est. Σεβασμὸς, pro Veneratione itidem s. Adoratione aut Cultu: ut σεβασμὸς θεῶν, Cultus deorum, divinus, Plut. (9, 487.) et Strabo. Apud Philon. Turnebus vertit etiam Religionem et Observantiam. [" Ad Dionys. H. 2, 845. ad Charit. 264." Schæf. Mss.] AT VERO Σέβασμα, τὸ, exp. quidem et ipsum, Veneratio, item Cultus deo, aut ei qui majestatem quandam obtinet, exhibitus: est tamen potius Quod veneramur, Res quam veneramur, adoramus. Ac certe in iisd. annotatur σεβάσματα vocari Omnia quæ superstitiosi venerantur, cujusmodi sunt aræ, delubra, statuæ, simulacra, monumenta: Act. 17, (23.) Ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, (ubi quidam interpr. Cultus, quidam Culturas,) posse reddi Cultus vestri monumenta; at ego commode unum verbum uno exprimi puto a novissimo Interprete, reddente Sacra vestra: qui etiam docte annotat, Erasmum perperam vertisse Culturas: vet. autem Interpretem nimis anguste, Simulacra: σέβασμα enim non significare Cultum ipsum, s. Culturam, nec Simulacrum duntaxat, sed Omne id in quo Deus colitur, quod religionis causa homines venerantur; idque Lat. appellare Sacra. [" Dionys. H. 1, 10." Boiss. Mss. " Ad Diod. S, 2, 312. ad Dionys. H. 2, 845." Schæf. Mss. Clem. Alex. Pæd. 3. p. 253. * Σεβασμοσύνη, Orac. Sibyll. 7. p. 664.] Ab hoc autem substantivo σέβασμα, s. potius ab illo Σεβασμὸς, est ADJ. Σεβάσμιος, Venerabilis, Venerandus, Veneratione s. Adoratione dignus, Augustus: ut σεβάσμιος γάμος, Herodian. 5, (6, 4.) Ἁρμόζοντά τε καὶ σεβάσμιον εἶναι γάμον ἱερέως τε καὶ ἱερείας. Apud Eund. σεβάσμιος ἀρχὴ, 2, (10, 4.) in concione Severi, Τὴν τε Ῥωμαίων ἀρχὴν,—ἣ σεβάσμιος ἐφαίνετο. Et σεβάσμιος τιμὴ, Bud. ex Eod. (8, 10.) Augusta dignitas, i. e. Imperatoria. Apud

Eund. (12, 10.) plur. *σεβάσμιοι τιμαὶ* Polit. vertit Augustales honores, item Augustorum honores. Vocatur certe ab eod. Historico *σεβάσμιος* ipse imperator, s. Cæsar, qui a Latinis Augustus: 2, (3, 6.) *Σεβάσμιόν τε καὶ βασιλέα προσηγόρευσαν.* Nisi forte *σεβαστὸν* hic quispiam leg. potius existimet: de quo dicam paulo post. [Schol. Soph. Œd. T. 863. "Thom. M. 18. et n." Schæf. Mss. * "*Σεβασμία*, ἡ, Anna C. 295. * *Σεβασμίως*, (Gl. Venerabiliter,) Cultu religioso, Clem. Alex. 32. Orig. c. Cels. 137. Religiose, Euseb. Hist. Eccl. 203. * *Πανσεβάσμιος*, Omnino venerandus, Amphil. p. 2. Andr. Cr. 265." Kall. Mss. Epiph. 1. init.] Ab illo autem adjectivo *σεβάσμιος* factum SUBST. *Σεβασμιότης*, q. d. Venerabilitas; sed a recentioribus potius usurpatum, et quidem de illis potissimum qui dignitates Ecclesiasticas obtinebant. [Gl. Sanctimonia.] Alioqui NEUTR. *τὸ Σεβάσμιον* antea dictum fuisse existimo, accipiendo sc. substantive. Quinetiam VERB. *Σεβασμιάζω* pro Veneror, habent VV. LL. [* "*Σεβασμίζω*, Acta S. Phileæ 176. Combef." Boiss. Mss.]

TERT. *Σεβαστὸς*, (i. e. a tertia persona formatum,) itidem Venerabilis, Veneratione dignus s. Adoratione, Venerandus, Adorandus. Aptissime autem redditur Augustus: quod ut hoc in Lat. sermone, ita illud in Græco imperatoribus Romanis tribueretur: ut videre est cum ap. alios, tum Strab., Dion., Plut., Herodian.: ap. quem legitur 2, (8, 9.) *Αὐτοκράτορά τε ἀνεῖπε καὶ σεβαστὸν προσηγόρευσε*, 7, (10, 8.) *Σεβαστοί τε ἀνηγορεύθησαν.* Sic autem et ap. Lucian. *Θεοῦ Καίσαρος σεβαστοῦ.* Et alibi, (3, 220.) *Θεοῦ σεβαστοῦ*, et *ἐπὶ τοῦ πρώτου σεβαστοῦ.* Alioqui et sine adjectione ulla *ὁ σεβαστὸς* invenitur dictum de Cæsare Octavio, qui a Latinis itidem peculiariter appellatus fuit Augustus, et sine adjectione; et quidem a quo hæc appellatio sumsisse initium traditur. Testatur porro et Paus. *σεβαστὸν* esse Græcis, quod Lat. Augustum: *Σεβαστὸς κατὰ τὴν Ῥωμαίων γλῶτταν Αὔγουστος λέγεται.* Sic autem FEM. *Σεβαστὴ*, Augusta, Uxor Augusti, i. e. generaliter, Quæ erat uxor Cæsaris: ap. Strab. et Herodian. Legitur etiam *σεβαστὴ σπεῖρα*, Act. 27, [1. "*Σεβαστὸς*, Toup. Opusc. 1, 410. Cognomen Imperatoris Rom., ad Lucian. 3, 287." Schæf. Mss. * "*Σεβατὸς δίκη*, Tzetz. Ch. 10, 482. fort. *σεβαστή*." Elberling. Mss. * *Σεβαστοκράτης*, unde * *Σεβαστοκρατέω*, Tzetz. Chil. 11. p. 204. * *Σεβαστοκράτωρ*, Theophyl. 3. p. 642. * "*Σεβαστοκρατόρισσα*, Const. Manass. Chron. init. * *Σεβαστονίκης*, Schurzfleisch. Acta p. 57." Schæf. Mss. * *Σεβαστοφάντης*, Augusti flamen, Montf. Palæogr. 161. Reines. Syntagm. Inscrr. p. 375. * *Σεβαστοφόρος*, Jo. Lydus de Mens. 124. Suid. 1, 377. Flamen Augustalis, Gesner. in Comm. Soc. Goett. 5. p. 35. Schn. Lex.]

[* "*Ἀσέβαστος*, Saracenica Sylb. p. 34, 21. * *Ἀειοσέβαστος*, Herodian. Epimer. 184." Boiss. Mss. "Anna C. 407. 409. 413. 415." Elberling. Mss. * *Ἀξιοσέβαστος*, Eust. ad Dionys. P. p. 6. * *Πανσέβαστος*, p. 11. Suid. 3, 19. Theophyl. 3. p. 631. "Theodos. Diacon. Expugn. Cretæ Acr. 5, 48." Boiss. Mss. * *Πανυπερσέβαστος*, Theophyl. 3. p. 677. * "*Πολυσέβαστος*, ad Charit. 425. Crinag. 21. Heringa Obss. 191." Schæf. Mss. * "*Φιλοσέβαστος*, Inscr. ap. Murat. 118. 162. 184. 232. 234. 1986." Kall. Mss.]

[* *Σεβαστικὸς*, Jambl. Protr. 324. * "*Σεβαστικοὶ*, Vita Pythag. ap. Phot. Bibl. 259. init. * *Σεβαστικῶς*, Dionys. H. 6. p. 750, 7." Boiss. Mss. "Jambl. V. P. 35." Wakef. Mss.]

[* *Σεβαστηνὸς*, ὁ, Orac. Sibyll. 3. p. 327. * "*Σεβαστιὰς*, Leon. Alex. 8. Heringa Obss. 187." Schæf. Mss.]

[* *Σεβαστεῖον*, Templum Augusti, Philo J.]

[* *Σεβαστεύω*, i. q. *σεβάζομαι*, Joseph. c. Apion. 1, 26.]

"*Σεβίζω*, Veneror, i. q. *σεβάζω*," ["Eur. Hel. 1373. Musgr. 362. Wakef. Trach. 500. Toup. Opusc. 1, 410. Valck. Hipp. (541.) p. 226." Schæf. Mss. "Soph. Œd. T. 1007. Aristoph. Θ. 106. (681.) Eur. El. 994. cf. 196. Med. (155.) 643." Seager. Mss. Pind. Π. 5, 106. Ἰ. 5, 37. Soph. Antig. 955. Œd. C. 1060. Æsch. Pers. 950. Eum. 12. * "*Σέβισμα*, Schol. Æsch. Eum. 92." Mendham. Mss. * *Σεβιστὸν*, Hesychio *τιμητόν*.]

[* "*Σεπτέος*, Colendus, Greg. Naz. Carm. p. 10. Theod. Hyrt. in Notit. Mss. 6, 21." Kall. Mss.]

Σεπτὸς, itidem pro Venerabilis, Venerandus; Augustus, hac enim in signif. usurpari a Dionys. Areop. et a Greg. Naz. testatur Bud. Fit autem hoc adjectivum *σεπτὸς* a tertia pers. præt. *ἔσεπται*, sed quam vix in usu esse crediderim: sic tamen ut ceteræ personæ duriores etiam sint. ["Ad Charit. 760." Schæf. Mss. Æsch. Pr. 811.]

"*Ἄσεπτος*, ap. Poëtas, in primis Tragicos, i. q. "*ἀσεβὴς*, Irreligiosus, Impius. Hes. e Soph. Capt. "*ἄσεπτον* affert pro *ἀσεβές*." [Soph. Œd. T. 890. "Eur. Bacch. 888. Hel. 549. Iph. A. 1092." Seager. Mss. "Brunck. Soph. 3, 503. Jacobs. Anim. 161. ad Herod. 533. * *Ἀσεπτέω*, ibid. Jacobs. l. c. Cattier. Gazoph. 15." Schæf. Mss. Soph. Antig. 1349. "Ad Hesych. 1, 567. n. 14." Dahler. Mss.] "*Εὔσεπτος*, exp. Venerabilis," [Soph. Œd. T. 864. * *Μονόσεπτος*, Greg. Naz. Carm. 9, 29. * *Πάνσεπτος*, Schol. Soph. Aj. 726. Œd. T. 883. "Euseb. V. C. 4, 64." Mendham. Mss. "Const. Porph. de Imag. Edess. 98." Boiss. Mss. "I. q. *πάνθυτος*, Athan. 1, 334. Amphil. 39. *Ναῦς τῆς Θεοτόκου πάνσεπτος*, 181. 212. 810. *ἑορτή*." Kall. Mss. * *Περίσεπτος*, Athen. 376. Æsch. Eum. 1040. "Wakef. ibid. Lobeck. Aj. p. 243." Schæf. Mss. * *Πολύσεπτος*, Orph. Hymn. 25, 6. "Hes. v. *Πολύθεστος*." Boiss. Mss. "Wakef. Ion. 1239." Schæf. Mss. * "*Σεπτῶς*, Venerabiliter, Chrys. Hom. 142. T. 5. p. 890, 12. *Γέννησιν τοῦ Χριστοῦ ἀγνοεῖς πῶς γέγονε, καὶ τὴν ἐκ πατρὸς* * *ἀνάρχως καὶ* * *ἀνερμηνεύτως καὶ σεπτῶς καὶ* * *ἀλαλήτως*;" Seager. Mss.]

Σεπτικὸς, q. d. Venerativus, Adorativus, Cultivus, Bud. ["Hes. v. *Ἠθεῖος*." Boiss. Mss. "Ad Il. X. 229." Schæf. Mss.]

HINC et NOM. *Σεπτήριος*, [e * *Σεπτήρ*,] quod itidem sonat q. d. Venerativus, Adorativus. Sed hoc nomen sibi peculiariter vindicabat una trium *ἐνναετηρίδων*, i. e. Novennalium solemnitatum, ut quidam interpr., quæ Delphis celebrabantur in honorem pugnæ Apollinis adversus Pythonem. Vide Plut. [7, 176.] Ab illo autem nomine *σεπτὸς* est et VERB. *Σεπτεύω* pro Veneror, *σέβω*, Hes. Apud quem legitur et partic. pass. *σεπτευομένης*: verum hoc exp. non solum *σεβομένης*, sed etiam *ἐλεγχομένης*. ["Musgr. Tro. 108." Schæf. Mss.]

ΣΕΜΝΟΣ, (ἡ, ὸν,) Venerabilis, Venerandus, Reverendus, Augustus, Sanctus. Sic a Thuc. et aliis *αἱ σεμναὶ θεαὶ* vocari videntur tanquam Quæ sint venerandæ. Nam et ap. Soph. (Aj. 837.) *Σεμνὰς Ἐρινῦς* videmus exponi *σεβασμίας*. Dicitur vero Rhea itidem *σεμνὴ μήτηρ*. Necnon apud Eur. (Med. 69.) *σεμνὸν ὕδωρ Πειρήνης*, quidam interpr. Venerandam aquam Pirenes. Synes. *Ὁ δὲ λόγος ἐδείκνυ καὶ τοῦτο σεμνὸν, ὥσπερ ἐν τελεταῖς, τὸ ἀπόρρητον*, Venerandum, Sanctum. Sic ap. Lucian. (1, 385.) *Μακεδόσι μὲν ἴσως καὶ ταῦτα σεμνὰ*, Veneranda, Bud. Interdum vero *σεμνὸς* Majestate præditus, Cui majestas inest: unde *τὸ σεμνὸν* substantive pro Ipsa majestate: ut Idem vertit ap. Dem. 231(=556.) *Τὸ σεμνὸν τῆς ὁσίας καὶ τὸ δαιμόνιον συνηδίκηταί μοι.* Potest etiam reddi Gravis; ut *σεμνότης* a Cic. redditur Gravitas. Polit. ap. Herodian. (7, 8, 15.) *Τὰ ἀνδρεῖα καὶ σεμνὰ τῶν ἔργων* vertit Fortissima ac gravissima quæque. Alibi *σεμνὸν* Sanctissimum. Alicubi certe *σεμνὸν* redditur etiam Honorificum, Magnificum, Præclarum. De homine autem dictum *σεμνὸν*, reddi etiam Grandem, docebo in proxime sequente tmematio. ‖ *Σεμνὸς*, Gravis, i. e. Tumidus, et *ὁ μὴ ὁμιλητικὸς*, Bud. ex Isocr. Idem in Comm. *Σεμνὸς* enim, inquit, *ὁ τίμιος καὶ σεβάσμιος*, i. e. Augustus et venerandus, *Καὶ ὁ ὑπερήφανος, καὶ μὴ ὁμιλητικὸς*, Odiose et immodice gravis: quo modo lingua vernacula homo gravis accipitur; et in vitio enim et in laude ponitur. Significare autem vult eum, quem vulgo dicimus Tenir sa gravité. Sic certe invenio ap. Lucian. eum, qui di-

ctus sit *σεμνὸς*, paulo post appellari *γαῦρον*. In VV. LL. *σεμνὸς*, Odiose et immodice gravis, (sicut antea ibi expositum fuerat Gravis cum auctoritate et modestia,) item Rigidus et tetricus, Moleste severus. Et subjungitur ex Aristot. Rhet. 2. *Καὶ σεμνότεροι ἢ βαρύτεροι.* Sed non video cur h. l. in exemplum afferri debuerit, cum subjungatur ab Aristot., *σεμνότητα*, esse *μαλακὴν καὶ εὐσχήμονα βαρύτητα.* Victorius certe *σεμνότεροι* vertit Grandiores, excelsioresque: sicut *βαρύτεροι*, Graviores. Idem in isto ejusd. Aristot. loco l. 1., ubi loquitur de iis qui vitia vertentes in virtutes, *τὸν αὐθάδη* appellat *μεγαλοπρεπῆ καὶ σεμνὸν*, itidem interpr. *σεμνὸν* Grandem, idque tanquam e Cic. Sed addit posse etiam esse *σεμνὸν*, Qui nescio quid augusti divinique in se habet. Et *σεμνοῖς λόγοις*, ex Aristoph. (B. 1496.) Ostentabundis verbis. [" Ad Phalar. 339. Markl. Supp. l. 383. ad Charit. 655. Musgr. Iph. A. 996. T. 1462. Med. 216. Wakef. Ion. 1105. 1239. Alc. 785. Jacobs. Exerc. 2, 94. Anim. 163. Anth. 9, 277. 10, 258. Luzac. Exerc. p. 8. Diod. S. 1, 558. ad Lucian. 1, 229. Kuster. Aristoph. 65. 212. Brunck. 2, 69. Soph. 3, 529. Bast Lettre 68. Heind. ad Plat. Theæt. 304. Valck. Hipp. p. 176., ubi et de *ἡ σεμνὸς*, 278. ad Herod. 722. Zeun. ad Xen. K. Π. 407. et Ind., ad Anton. Lib. 280. Verh., Wyttenb. Ep. Cr. 30. Bergler. ad Alciphr. 138. ad Xen. Eph. 264. Conf. c. *τερπνὸς*, Kuster. Aristoph. 56.: cum *πιστὸς*, Porson. Med. p. 44.: cum *ἱερὸς*, ad Dionys. H. 5, 24. Σ. *ἰδεῖν*, Xen. Eph. p. 25. *Σεμναὶ θεαί*, Furiæ, Dawes. M. Cr. 249. Musgr. Hipp. 100. Brunck. Œd. C. 90. Stanl. Æsch. 849. 861. Luzac. Exerc. 174. Brunck. Aristoph. 1, 96. ad Diod. S. 1, 624. Bast Lettre 68. Ruhnk. Ep. Cr. 50. Item Ceres et Proserpina, Mitsch. Cer. 110." Schæf. Mss. *Σεμνὴ νόσος*, Schol. Apoll. Rh. 1, 1019. Conf. c. *ἱερὸς*, Dionys. H. de C. VV. 53. Schæf. De regibus dictum, Blomf. Gl. in Æsch. Ag. 176. *Σεμνότατος*, 2 Macc. 6, 11. * " *Σεμνὸν*, Vitex, Diosc. Notha 443." Boiss. Mss.]

ventur, Mammæ copiam lactis non ferentes. De ipsis matribus lacte exuberantibus, Plato de Rep. 5. Τὰς δὲ μητέρας ἐπὶ τὸν σηκὸν ἄγοντες, ὅταν σπαργῶσι, Cum lacte ubera distenderunt, s. Distentis earum uberibus lacte: Symp. Τῷ κυοῦντί τε ἤδη καὶ ἤδη σπαργῶντι, Lacte distento. Arbores quoque, si bene memini, a Theophr. dicuntur σπαργᾷν sicut ὀργᾷν, verno tempore, cum earum cortices succo turgescunt: ut ap. Virg. læto turgent in palmite gemmæ; et, Frumenta in viridi stipula lactentia turgent. Item σπαργᾷν aliquis dicitur cum cupiditate et libidine alicujus rei accensum cor ejus intumescit: et præsertim de iis qui pruriunt libidine venerea: qua signif. Hippocr. usus est, ap. quem σπαργᾷ Gal. exp. ὀργᾷ, Erot. ὀρέγεται καὶ ἐπιθυμεῖ. De homine venerea libidine accenso, ap. Plut. (7, 29.) Σπαργῶν καὶ μεθύων ὁ Λεύκιος, αὐτὸς ἐξανέστη μεταξὺ πίνων πρὸς ὀργὴν, Pruriginis impatiens, Libidine impotente affectus, nec moram adventus puellæ sustinere amplius valens, s. Cum libidinem continere diutius non posset, Bud. Idem Plut. de alius etiam rei cupiditate, metaph. ut in Lycurgo, (7.) p. 79. meæ Edit. Τὴν ὀλιγαρχίαν ὁρῶντες σπαργῶσαν καὶ θυμουμένην, Gliscentem et res novas molientem: Fabio, Δι' εὐτυχίαν ἐπηρμένῳ καὶ σπαργῶντι τῷ δήμῳ χαλινὸν ἐμβάλλειν. Idem interdum addidit præp. ἐπὶ vel πρός: ut in Artax. (3.) Δι' ὀργὴν σπαργῶντα μᾶλλον ἢ πρότερον ἐπὶ τὴν βασιλείαν, Magis quam ante accensum regni cupiditate, Magis quam ante inhiantem regno. Sic Idem in Lucullo, Σπαργώντων πολλῶν ἐπὶ τὴν ἐπαρχίαν, ubi Bud. interpr. Inhiantibus, Desiderium non ferentibus, gliscente cupiditate. Idem in Cic. Εἴτε παίζων, εἴθ' ὑπὸ φιλοτιμίας σπαργῶν πρὸς τὴν πολιτείαν, καὶ ἀθυμῶν τοῖς καθεστῶσι, Impotente desiderio accensus accedendi ad remp. [" Koen. ad Greg. Cor. 260 (=552.) Wakef. S. Cr. 3, 58. ad Herod. 717. ad Timæi Lex. 234. 244. Jacobs. Anth. 7, 406. 8, 229. 9, 357. Dionys. H. 1, 202. Heind. ad Plat. Phædr. 280." Schæf. Mss. " Plato de Rep. 350." Wakef. Mss. Eur. Cycl. 55. Quint. Sm. 14, 283. Cf. Σφαραγέω.] DICITUR ET Σπαργέω, si mendo caret σπαργοῦσι, quod ap. Hes. legitur, exponiturque πλημμυροῦσι, ἀποστάζουσι.

Σπάργη, ἡ, Libido: proprie illa, qua matres distenta lacte ubera exinanire cupiunt. Hes. σπάργαι generaliter exp. ὀργαί, ὁρμαί. Sed videndum ne oxytonως potius scr. sit σπαργαί, a nomin. sing. σπαργὴ, ut ὀργὴ, ὁρμὴ, βοὴ, ab ὀργάω, ὁρμάω, βοάω: [potius ὀργάω, ὁρμάω, βοάω, σπαργάω, ab ὀργὴ, ὁρμὴ, βοὴ, σπαργή. Cf. Σιγάω.] Nam et ap. Gal. Lex. Hippocr. quidam Codd. habent, Σπαργαὶ, αἱ ὀργαί: [ubi vulgo σπαργᾷ, ὀργᾷ." " Σποργαί, Nisus ad pariendum, VV. LL. Hesychio ἐρεθισμοὶ εἰς τὸ τεκεῖν."

[* Σπάργω, i. q. σπαργανόω, Hom. H. in Apoll. 121. σπάρξαν δ' ἐν φάρεϊ λευκῷ. Σπάρξαι, Hesychio σπαργανῶσαι, σπαράξαι.]

Σπαργάνωσις, ἡ, In matribus dicitur, cum a partu, præsertim recente, ob lactis copiam mamillæ sic intumescunt et distenduntur, ut exuberantiam eam ferre vix queant. Diosc. 2, 129. de lente, Πρὸς δὲ χονδριῶντας μαστοὺς καὶ σπαργανώσεις ἑψόμενος ἐν θαλάττῃ ἁρμόζει καταπλασθεὶς, Ad mammas nimis lacte distentas: 3, 41. de mentha, Μαστῶν τε περίτασιν καὶ σπαργάνωσιν πραΰνει, Mammas, si tendantur et nimio lacte turgeant, compescit. Plin. 20, 14. itidem de mentha, Prodest et si mammæ tendantur. At dubium est an ad priorem Diosc. l. respexerit cum 31, 6. dixit, Mammas sororiantes piscinæ maris corrigunt. Aliud in muliere vitium est τὸ ὑπερμαζᾷν, cum ei mammæ sunt grandiores quam ceteris, etiam tum cum lacte distentæ non sunt, ut quæ Mammosa dicitur Martiali et Columellæ. Sed notandum, in posteriore Diosc. vulgatas Edd. habere non σπαργάνωσιν, verum σπάργωσιν, a NOM. Σπάργωσις: quod tamen a σπαργάω, potius quam σπαργάω formatum esset: a σπαργάω enim aut σπαργέω, sequendo communem verbalium formationem, dicendum foret σπάργησις. Sed et ipsum Σπαργάνωσις a Σπαργάω regulariter formatum non est, verum potius a σπαργανόω.

Hoc autem Σπαργανόω, (persequi enim et ipsum lubet, quoniam in mentionem ejus incidi,) derivatum est a NOMINE Σπάργανον, τὸ, Fascia, Pannus oblongus in quo infans involvitur. Plut. (7, 331.) Ὃν Λυκοῦργος ἅμα τῷ σπαργάνῳ κομίσας εἰς τὸ φιδίτιον, Una cum fasciis quibus involutus erat. Idem in Lycurgo (16.) de dexteritate nutricum Spartanarum, Ὥστε ἄνευ σπαργάνων ἐκτρεφούσας τὰ βρέφη, τοῖς μέλεσι καὶ τοῖς εἴδεσιν ἐλεύθερα ποιεῖν: Symp. 2. Σπάργανα παρασκευάζουσιν αἱ γυναῖκες, sc. partui vicinæ. Item Herodian. 1, (5, 14.) Μὴ πειραθέντα με ἰδιωτικῶν σπαργάνων, Intactum me plebeiis fasciis: 5, (1, 16.) Ἐξ ἰδιωτικῶν σπαργάνων ἐπὶ τοῦτο ἐλθόντες, ubi Polit. vertit A privatis cunabulis: sicut et in præcedenti loco, Privatis intactum incunabulis. Idem 7, (1, 5.) Ἀφορῶσιν εἰς τὰ τῆς γενέσεως εὐτελῆ σπάργανα, ubi Polit. vertit, Natalium obscuritatem. Solebant enim nobiles et splendidiore familia nati infantes σπαργάνοις distingui a plebeiis, ut inter alia videre est in Σπαργανόω etiam. Item, Ἐξ ἔτι σπαργάνων, ap. Philon. V. M. 1. legitur eo sensu, quo Latini dicunt Ab incunabulis: quanquam Cunæ et σπάργανα idem non significent. Hes. σπάργανα exp. δεσμὰ, ῥάκη: Suidas, etiam ἱμάτια. Donatus autem Comment. in Eun., enarrans verba illa Poëtæ, Cistellam Pythia domo effer cum monumentis, annotat, Monumenta esse quæ Græci vocant γνωρίσματα καὶ σπάργανα. [" Villois. ad Long. p. 45. 6. 7. 15. Ilgen. ad Hymn. 407. Valck. ad Phalar. p. x. Verh. ad Anton. Lib. 124. Wakef. Ion. 1371. Musgr. 1489. Jacobs. Anth. 6, 256. Σπάργανα, i. q. γνωρίσματα, Monumenta, Crepundia, ad Soph. Œd. R. 1035. p. 139. Ed. Erf. min." Schæf. Mss. Aristoph. 'A. 431. " Fasciæ quibus infantes involvuntur, ut membra tenella roborentur, Græce proprie appellantur σπάργανα, Lat. Cunabula et Incunabula. Legitur in Glossis vetustis Gr. Lat. Cunabulum, Cunabula, Σπάργανα. Fasciari, Σπαργανοῦσθαι. Plaut. Amphitr. 5, 1, 51. Sed puer ille, quem ego lavi, ut magnus est, et multum valet! Neque eum quisquam colligare quivit incunabulis. Recte Turn. Incunabula fascias esse monuit et pannos, quibus pueri in cunis involvebantur. Ista Cunabula Græcis sunt σπάργανα. Ut ab exponendis infantibus deterrerentur Thebani, lege Thebis jubebantur pauperculi infantes recens natos, quibus alendis non essent, σὺν τοῖς σπαργάνοις deferre ad Magistratus, i. e. Fasciis involutos, auctore Æliano V. H. 2, 7. Apud Apollod. 3, 10, 2. Maia mater Mercurium infantem ostendit ἐν τοῖς σπαργάνοις. Jovis in Creta nati atque educati fascias nonnulli vidisse narrantur, Τὰ τοῦ Διὸς ἴδον σπάργανα, ap. Anton. Lib. 19. Teste Pausania 8. p. 613. Rhea Saturno ἀντὶ τοῦ Διὸς λίθον ἔδωκε κατειλημμένον σπαργάνοις, Loco Jovis lapidem dedit devorandum fasciis involutum." Valck. Schol. in N. T. 1, 71. * " Σπάργανον, Ocimoides, Diosc. Notha 464." Boiss. Mss.]

Σπαργάνιον, τὸ, Fasciola. Est etiam Herbæ nomen ap. Diosc. 4, 21. quam dicit folia similia habere gladioli foliis. Sunt qui dictam ita existiment, quod foliis ejus pro fasciis uterentur. Meminit herbæ istius Plin. 25, 9. [* Σπαργανιώτης, Fasciatus, Hom. Hymn. 2, 301. Θάρσει, σπαργανιῶτα, Διὸς καὶ Μαιάδος υἱέ. Cf. Εἰραφιώτης.]

Σπαργανίζω, Fasciis involvo, Hesiod. Θ. (485.) Τῷ δὲ σπαργανίσασα μέγαν λίθον ἐγγυάλιξεν, Huic autem, Saturno nimirum, fasciis involutum magnum lapidem in manus dedit, sc. pro Jove puero, quem devorare quærebat Saturnus. Item et aliud VERB. Σπαργανόω, quod itidem signif. Fasciis involvo, Fascio: ut Æl. Spart. Tiliaciis tabulis in pectore positis fasciabatur: et Cels. 8, 8. Rursusque sub ala sua fasciari debet. Luc. 2, (7.) de Jesu Christo, Καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, Et fasciis involutum, s. fasciatum, reclinavit in præsepi. Sic Plut. Probl. Rom. de Aristino quodam, Παρασχεῖν ἑαυτὸν, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς, τικτόμενον, ταῖς γυναιξὶν, ἀπολοῦσαι, καὶ σπαργανῶσαι, καὶ θηλὴν ἐπισχεῖν. Additur interdum dat. instrumentalis, et tunc exp. vel simpliciter, Involvo, vel Involvo ceu fascia: nisi malis Fascio. Plut. Symp. 6, 6. de nive, Ἀχύροις

σπαργανοῦντες αὐτὴν, καὶ περιστέλλοντες ἱματίοις ἀγνάπτοις. Sic Athen. 6. (p. 258.) de κολάκων quodam genere, Σπαργανῶν ἑαυτὸν τοῖς τριβωνίοις. Magis proprie rursum Plut. 2 de Fort. Alex. (332.) Ἀριδαῖον σπαργανώσας τῇ πορφύρᾳ Μελέαγρος, Purpurea involvens fascia, Purpura fascians; solebant enim regia aut alias nobili stirpe prognati infantes a plebeiorum infantibus discerni fasciarum genere: ideoque Commodus ap. Herodian. gloriatur se μὴ πειραθῆναι ἰδιωτικῶν σπαργάνων: et homini ignobili objiciuntur τὰ εὐτελῆ τῆς γενέσεως σπάργανα, Viles et plebeiæ fasciæ, quibus in pueritia fasciatus fuit. Item et Aristot. H. A. 7. Σπαργανοῦσιν ἐρίοις αὐτὰ, Fasciis e lana involvunt. Pass. Σπαργανόομαι, Fasciis involvor, Fascior. [" Wakef. Ion. 973." Schæf. Mss. Schleusn. Lex. N. T.]

Σπαργάνωμα, τὸ, i. q. σπάργανον, Fascia, etiam Quo aliquid veluti fascia involvitur, Fasciæ usum præbens involucrum, [Bekk. Anecd. 304. Phot. Σπαργανώματα· αἱ πρῶται *φασκίαι καὶ οἱ δεσμοὶ τῶν ἀρτιτόκων παιδίων.]

Ἀποσπαργανόω, Fasciis exolvo, Fascia, qua obvolutus erat, evolvo. Pass. Ἀποσπαργανοῦμαι, Fasciis, quibus obvolutus eram, evolvor, Fasciis me exolvo, Greg. Naz. metaph. de Christo, Ἐσπαργανώθη μὲν, ἀλλ' ἀποσπαργανοῦται τὰ τῆς ταφῆς ἀνιστάμενος, pro Resurgens, sese e sepulturæ involucris evolvit et explicat, Sepulcralibus fasciis sese evolvit. Solent enim defuncti fasciis involvi, aut linteis insui, ut Jo. 11, (44.) de Lazaro redivivo, Ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς, δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις, Manus et pedes obvinctus fasciis.

Ἐνσπαργανόω, Fasciis involvo, i. q. σπαργανόω, Longin. [44, 3. " Wakef. Ion. 172. Boiss. Philostr. 311." Schæf. Mss.]

[* " Κατασπαργανόω, Fasciis involvo, Philo J. 2, 495." Wakef. Mss.]

[* Συσπαργανόω, Theoph. 3, 533.]

[* " Σπαργάνη, Jacobs. Anim. 70." Schæf. Mss. * Σπαργανάω, Plato de LL. 7. p. 789. * Σπεργανῆσαι, Hesychio σπαράξαι.]

ΣΠΑΡΤΟΝ, τὸ, SIVE Σπάρτος, ὁ, Spartum, Genus vitilium, i. q. Genista, ut nonnulli volunt. At Plin. 24, 9. Genista quoque vinculi usum præstat. Dubito an hæc sit quam Græci Auctores Sparton appellavere, cum ex ea lina piscatoria ap. eos factitari docuerim: et nunquid hanc designarit Hom., cum dixit navium sparta dissoluta. Nondum enim fuisse Africanum vel Hispanum spartum in usu certum est: et cum sutiles fierent naves, lino tamen, non sparto unquam sutas. Idem Plin. 19, 2. dicit herbam hanc sponte nasci, nec seri posse: esseque proprie juncum aridi soli: rusticos Africanos et Carthaginensis Hispaniæ, strata inde conficere, calceamina, item pastores sibi vestes inde texere: magno esse in usu navium armamentis, machinis ædificationum, aliisque desideriis vitæ: evulsum et siccatum, si usus requirat, aqua macerari, aut, si necessitas urgeat, calida perfundi. Aët. 1. Σπάρτον, ᾧ παρ' ἡμῖν τὰς ἀμπέλους δεσμοῦσιν. Apud Paul. vero Ægin. 5. legitur, Σπάρτος, ᾧ τὰς ἀμπέλους δεσμοῦσι. Apud Gal. autem de Simpl. Med. Fac. 8. Σπάρτη, ᾧ τὰς ἀμπέλους παρ' ἡμῖν δεσμοῦσι. Sed perperam in isto Galeni loco LEGITUR Σπάρτη: reponendumque vel σπάρτον, ut ap. Aët. legitur, vel Σπάρτος, ut ap. Paulum, vel σπαρτίον, ut ap. Diosc. Nam neutro quidem genere dici σπάρτον, testatur Schol. Thuc. (4, 48.) p. 137. (ubi Thuc. dicit quosdam sese τοῖς ἐκ κλινῶν σπάρτοις ἀπάγξασθαι, et τοῖς ἐκ τῶν ἱματίων παραιρήμασι,) necnon Plin. neutro genere passim utens, itidemque Hom. Σπάρτος autem ap. J. Poll. etiam l. 7. legitur, Σπαρτοπλόκος, σπαρτοπώλης· σπάρτα, σπάρτη, σπάρτος. Necnon ap. Hes. Στάθμη, σπάρτος, ἐν ᾗ ἀπορθοῦσιν οἱ τέκτονες: de quo vide in Σπάρτη. Itidemque ap. Eund., Μήρινθος, σχοινίον, σπάρτος. Sic ap. Suid. quoque, Μήρινθος, σπάρτος, σχοινίον. Verum in Thuc. l. paulo ante c., necnon in Hesychiano nota σπάρτον accipi pro Ipso fune sparteo, ut Cato loquitur: sicut et Il. B. (135.) Καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται, Et funes spartei dissoluti sunt, ubi Schol. exp. σπαρτία, σχοινία, Funes. Meminit hujus loci Plin. in verbis paulo ante ex ipso citatis; item 19, 1. de lino, ubi ait, Thoracibus lineis paucos tamen pugnasse, testis est Hom. Hinc fuisse et navium armamenta ap. Eund. interpretantur eruditiores: quoniam cum Sparta dixit, significarit Sata. Sed hanc Plinii interpr. sequendo, scr. foret σπαρτὰ, et subaudiendum λίνα, accipiendique funes e lino sativo. Quæ tamen nimis longe petita sunt; ideoque dicamus potius Funes nauticos e sparto textos, ut σχοινία dicuntur Funes ex junco plexi. Junco enim Græcos ad funes usos, nomini credamus, quo eam herbam appellant, inquit idem Plin. 19, 2. Rursum tamen alii sparti usum in Græcia tunc temporis incognitum fuisse ajunt: ut Varro ap. Gell. 16, 4. (17, 3.) Ego sparta ap. Hom. non plus Spartum significare puto quam σπαρτοὺς, qui dicuntur in agro Thebano nati. In Græcia sparti copia modo cœpit esse ex Hispania. Neque ea ipsa facultate usi Liburni, sed hi plerasque naves loris suebant: Græci magis cannabo et stuppa, ceterisque sativis rebus, a quibus σπάρτα appellabant. Quod cum Varro, inquit Gell., ita dicat, dubito hercle an posterior syllaba in eo verbo, quod ap. Hom. est, acuenda sit: nisi quia voces hujuscemodi, cum e communi signif. in rei certæ proprietatem concedunt, diversitate accentuum separantur. Sparti usum in re nautica magnum fuisse, Liv. quoque testatur, cum ait, Ubi vis magna sparti fuit ad rem nauticam congesta ab Asdrubale. Funes ex eo plecti solitos non solum Cato docet, cum dicit funes sparteos, sed etiam Xen. K. (9, 13.) Τὸν δὲ βρόχον τῆς σειρίδος πεπλεγμένον σπάρτου, E Sparto plexum. Sportas quoque, urnas, amphoras, inde confici solitas, docent Colum. et Cato: quorum ille Sparteas sportas dicit, 12, 16. hic autem Sparteæ urnæ et Sparteæ amphoræ. Rursum Colum. Solea spartea pes induitur: sicut Plin. l. supra c. ait rusticos sibi calceamina e sparto conficere: pastores, etiam vestes. [Gal. Σπάρτος, ἐξ οὗ πλέκουσιν ὑποδήματα τοῖς ὑποζυγίοις.] Σπάρτον μακρὸν Græcos vocasse Longum vel Raptorium machinamentum, testatur Cæl. Aurel. Chron. l. ult. cap. ult., ubi describit exercitia πολυσάρκοις utilia. || Σπάρτος est et Nomen Proprium. || Steph. B. memorat etiam Σπάρτον ὄρος in Σπάρτῃ. [" Σπάρτον, Xen. Eph. 77. Bergler. ad Alciphr. 266. Heyn. Hom. 4, 219. 686." Schæf. Mss. Aristot. H. A. 9, 40. Xen. K. 'A. 4, 7, 10. Ἀντὶ τῶν πτερυγίων σπάρτα πυκνὰ ἐστραμμένα. J. Poll. 5, 33. Πλέγμα δ' ἐστὶν ἐκ σπάρτου στερεόν. Ælian. H. A. 12, 43. Strabo 3. p. 429. Sieb., Sprengel. Hist. Rei Herb. 1. p. 80. Æneas c. 18. " Anthemius περὶ Παραδοξ. Μηχανημ. in Mémoires de l'Acad. Roy. des Inscript. T. 42. p. 406. σπάρτον περιαγομένην. Editor: 'Tous (les manuscrits), au reste, portent σπάρτον περιαγομένην, comme si l'Auteur avoit fait σπάρτος féminin. Le Scholiaste d'Euripide, sur le vers 536 de l'Oreste, après avoir dit que τὸ σπάρτον est la même chose que τὸ σχοινίον, ajoute καὶ ἡ σπάρτος ἐπὶ θηλυκοῦ.' Cf. Kæstner in Bibl. Phil. Lips. Vol. 2. p. 21. Schol. Od. E. 245. Στάθμην· κανόνα, * ὑπομεμιλτωμένον σχοινίον, ἢ τεκτονικὴν σπάρτον. Hes. Στάθμη· σπάρτος, ἐν ᾗ ἀπορθοῦσιν οἱ τέκτονες: ubi v. nott." Schæf. Ind. ad Greg. Cor.: Spitzner de Versu Gr. Her. 74.]

Σπαρτοπλόκος, ὁ, Qui spartum plectit, Qui sparto plexo funes, restes, sportas, calceamenta, soleas, urnas, amphoras, et hujusmodi alia conficit, ut videre est paulo ante in Σπάρτον. Legitur ap. J. Poll. 7. UBI ET Σπαρτοπώλης, ὁ, Qui spartum vendit, vel spartea texta; sic enim loqui liceat, ut Catull. dixit Pinea texta carinæ, pro Carina e pino contexta.

[* Σπαρτοφόρος, Strabo 3. p. 241.]

[* Σπαρτώδης, Ælian. H. A. 1, 19. μιμήματι σπαρτώδει, vox suspecta.]

Σπάρτη, i. q. σπάρτον, i. e. Funis sparteus, ut Cato loquitur; s. Restis spartea. J. Poll. 10, c. 49. dicit esse πλέγμα, e Cratino citans. Sic Idem l. eod., c. 7. Καὶ μὴν τόγε τῇ κλίνῃ ἢ τῷ σκίμποδι ἐντεταμένον, ὡς φέρειν τὰ τυλεῖα, σπαρτία, σπάρτα, τόνοι, κειρία,

τάχα δὲ καὶ σχοῖνος καὶ σχοινία καὶ κάλοι. Vide et in Σπάρτον quendam alium ejus locum. Hesychio est στάθμη τεκτονική: quibus verbis intellige Funiculum, quem fabri rubrica aut atramento tinctum ex utraque ligni aut lapidis parte extrema tentum, postea tollunt ut rectam lineam designet, quam in eo poliendo sequantur. [Alciphr. 2, 4. Τῇ τῶν σπαρτῶν διατάσει. Basil. 1, 494. Τὸν λίθον ποτὶ σπάρταν ἄγεις, al. σπάρτον.] || Alioqui Σπάρτη est etiam Nomen metropolis Lacedæmoniorum, sic denominatæ ἀπὸ τῶν μετὰ Κάδμου σπαρτῶν, ut Timagoras ap. Steph. B. dicit ἐκπεσόντας αὐτοὺς εἰς τὴν Λακωνικὴν, Σπάρτην ἀφ' ἑαυτῶν ὀνομάσαι. Alii a Sparto conditore denominatam volunt, ut idem Steph. in Λακεδαίμων tradit: ubi et prioris etymi meminit, dicens Spartam ideo appellatam fuisse, διὰ τὸ τοὺς πρώτους συνοικίσαντας τὴν πόλιν Λέλεγας διεσπαρμένους εἰς ταυτὸν συνελθεῖν, καὶ μίαν οἴκησιν ποιήσασθαι. [" Σπ. et Λακεδαίμων, Photius c. 148." Schæf. Mss.] UNDE ADV. Σπάρτηνδε, Spartam: ut Σπάρτηνδε πορεύεσθαι, Proficisci Spartam. ET Σπάρτηθεν, Sparta, Lacedæmone. [Apoll. Rh. 1, 148.] ITEM Σπαρτιάτης, (pro quo IONICE Σπαρτιήτης,) ὁ, Sparta oriundus, Spartanus: [" Ad Herod. 464. 615. 696. 724. ad Diod. S. 1, 407." Schæf. Mss.] AT FEM. Σπαρτιᾶτις, ιδος, ET Σπαρτιὰς, άδος, Spartana, ut Virg. Virgo Spartana. Σπαρτιᾶτις alicubi pro Σπαρτιᾶτις χώρα: ut Plut. Apophth. Τὴν στρατείαν ἐπὶ τῆς Σπαρτιάτιδος ἔχοντος. Itidemque ἡ Λακωνικὴ dicitur pro ἡ Λακωνικὴ χώρα, Ager s. Regio Laconica. [" Plut. Mor. 1, 876. Eur. Hel. 114." Schæf. Mss.] Item POSSESS. Σπαρτιατικὸς, quod itidem Spartanus Latine reddere queas. [" Ad Herod. 696." Schæf. Mss.] || Rursum Σπάρτη est Nomen pagi Euxino mari vicini, Steph. B. [" Pro Quavis provincia, Schol. Eur. Or. 56. Cic. ad Att. 4, 6. Mich. Apost. Prov. 17, 51." Kall. Mss.]

Σπαρτίον, i. q. σπάρτον et σπάρτη, Funiculus sparteus, Restis spartea: sicut σχοινίον dicitur Funiculus junceus, Funiculus ex junco plexus, Restis ex junco texta. Generaliter vero pro Quovis funiculo ponitur, sive e sparto nexus sit, s. e cannabe, lino, s. aliunde. Athen. 5. Κωδίῳ δὲ ἐζωσμένον, καὶ τὰ ὑποδήματα σπαρτίοις ἐνημμένον σαπροῖς, Josue 2, (18.) σπαρτίον τὸ κόκκινον, Funis coccineus. Legitur ap. Aristoph. quoque (Εἰρ. 1247.): J. Poll. σπαρτία vocat Funes s. Restes qui lectis intexuntur ad sustinendum ipsum lectisternium s. stratum. A Suida ἡ στάθμη vocatur itidem σπαρτίον, de quo fabrorum funiculo vide paulo ante in Σπάρτη. || Σπαρτίον dicitur etiam Ipse frutex e cujus ramulis spartei funes contexuntur: quem alii σπάρτον appellant, itidemque Plin. Spartum. Diosc. 4, 158. Σπαρτίον θάμνος ἐστὶ φέρων ῥάβδους μακρὰς, ἀφύλλους, στερεὰς, δυσθραύστους, αἷς τὰς ἀμπέλους δεσμεύουσι. [* Σπαρτιοχαίτης, Plato Comicus Eustratii ad Ethica p. 58. Lobeck. Phryn. 662. " Porson's Tracts p. 232." Schæf. Mss.]

Σπάρτινος, Sparteus, E sparto confectus, plexus, nexus, contextus, J. Poll. 10, c. 49. Apud Eund. l. 7. LEGITUR, Σπαρτίνα, ἡ μήρινθος, Funiculus, Funiculus sparteus. Item ap. Eust. [" Toup. Opusc. 2, 100." Schæf. Mss. Ælian. H. A. 12, 43.]

" ΣΠΑΤΑΓΓΟΣ, Spatangus, Echinorum species, " ap. Aristot. H. A. 4, (5.) et ap. Athen. 3. (p. 91.) " non solum ex Aristot., sed etiam e Sophrone et " Aristophane. Verum ex hoc affert accus. Σπατάγ- " γην," [obscœno sensu, τὸν κάτω σπατάγγην:] " cu- " jus declinatio convenit cum plurali Σπατάγγαι, " quem legimus ap. Hes.: a quo dicuntur esse οἱ " μεγάλοι ἐχῖνοι οἱ θαλάσσιοι." [Apud J. Poll. 6, 48. 47. extat, Πάταγγας, ἐχίνων τι εἶδος, Codd. πάτταγας, e * πάταγξ. * Σπαταγγίζειν, Hesychio ταράσσειν.]

ΣΠΑΩ, άσω, Traho. Accipitur et pro comp. Attraho, sicut Lat. vocab., ut cum dicitur Spiritum trahere: quemadmodum Colum. Cum quodam impedimento tractus spiritus, interdum et cum gemitu. Et Plaut. Traxit ex intimo ventre suspirium. Et Virg. Vocem trahens imo a pectore. Sic Animam trahere dicitur. Cui simile est ap. Greg. Naz. Μὴ σπάσῃς θάνατον, Ne mortem trahas, i. e. Ne mortem attrahens, animam effles. Nisi malis metaph. esse a bibentibus, qui σπᾷν dicuntur, cum uno spiritu integra pocula exhauriunt, vel simpliciter, cum hauriunt et spiritu suo attrahunt potum. Aristot. H. A. 8. Τὰ δὲ συνόδοντα σπᾷ, οἷον ἵπποι καὶ βόες, Plin. Quibus continui dentes, sorbent, ut equi et boves. Vide Λάπτω, Σπάσις. Sic Athen. 14. init. Τοὺς πλείονας ἀκράτου σπῶντας. Et Philo V. M. 1. Ὥσπερ οὐχ ὕδατος, ἀλλ' ἀκράτου σπάσαντες, Quasi non aquam, sed vinum duxissent, Turn. Apud Suid. autem media voce, Σπασάμενος ἀκράτου, Hausto meraco. Rursum Athen. Λαβὼν ποτήριον, ἔσπασε γενναίως. Itidem Horat. Od. 14. Epod. Pocula Lethæos ut si ducentia somnos Arente fauce traxerim. || Contraho: unde σπάσμα et σπασμὸς ap. Medicos. || Extraho s. Educo: ea signif. qua Cic. et Cæs. dicunt Educere gladium e vagina. Pro quo alii Stringere gladium et distringere, Nudare ensem. In quo loquendi genere passiva et media vox usitatiores sunt. Aristoph. B. (564.) Καὶ τὸ ξίφος γ' ἐσπᾶτο μαίνεσθαι δοκῶν, Ensem stringebat, Strabo 4. Προσιὼν ὁ ὑπηρέτης ἐσπασμένος τὸ ξίφος, Districto ense. Sic Synes. Epist. ad Evopt. Ὁρῶ στρατιώτας ἅπαντας ἐσπασμένους μαχαίρας, Nudatis gladiis. Media voce eo sensu utitur Hom. Il. T. (387.) Ἐκ δ' ἄρα σύριγγος πατρώϊον ἐσπάσατ' ἔγχος: Od. K. (439.) Σπασσάμενος τανύηκες ἄορ παχέος παρὰ μηροῦ: X. (74.) Φάσγανά τε σπάσασθε. Item Evello, Extraho, ea signif. qua Cic. dicit Radicitus ex animis religionem extraxit. Od. K. (166.) αὐτὰρ ἐγὼ σπασάμην ῥῶπάς τε λύγους τε. Alioqui et pro simpl. Vello accipitur: interdum et pro Convello: ut Plin. hæc Diosc. Βοηθεῖ ῥήγμασι σπωμένοις, vertit, Ruptis et convulsis medetur: de leucacanthæ radice. Et σπασθῆναι, Convulsum esse. [" Bergler. ad Alciphr. 157. Fischer. Ind. Palæph. v. Γυμνοῦν, Zeun. ad Xen. K. Π. 681. Valck. Diatr. 142. ad Herod. 308. Thom. M. 553. Musgr. El. 1126. Wakef. Trach. 695. Jacobs. Anim. 77. Exerc. 2, 98. Anth. 7, 224. 9, 54. 12, 156. 447. Julius Polyænus 4. Brunck. Aristoph. 1, 134. (Θ. 928. Σφ. 175.) T. H. ad Plutum p. 316. Lucian. 2, 145. Lobeck. Aj. p. 337. Bibo, Heyn. ad Apollod. 226. Toup. Opusc. 1, 129. 435. Bergler. ad Alciphr. 148. Valck. Callim. 254. Musgr. Cycl. 568. Wakef. Eum. 651. S. Cr. 5, 21. ad Lucian. 1, 801. Brunck. Anal. 2, 76. Jacobs. Anth. 12, 242. Boiss. Philostr. 404. Sugo, Ruhnk. Ep. Cr. 161. De prosodia, Clark. ad Il. A. 67. Heyn. Hom. 6, 162. 7, 223. Σπάω οἴνου, Koen. ad Greg. Cor. 51(=123.): ἀέρος, Ruhnk. ad Xen. Mem. 236. cf. Valck. Diatr. 50.: ξίφος, Markl. Iph. p. 264.: ἐπωνυμίαν, Bast Lettre 30.: ἀκοὴν, Boiss. Philostr. 640. Ἐσπασμένος ξίφος, Plut. 6, 225. Hutt." Schæf. Mss. " De sortibus, Æsch. Ag. 341. (Ἀλλ' ὡς ἕκαστος ἔσπασεν τύχης πάλον.) Med., Crucior, Arrian. Epict. 8. Ἐσπασμένος, Achill. Tat. 418." Wakef. Mss. " Ælian. H. A. 6, 51. ἀμυστὶ σπῶσι: Plut. Arato 33. Τὸ σκέλος ἔσπασε φεύγων: Heliod. 2. p. 83. Μικρὸν ἐσπάσαντο ὕπνου, 4. p. 203. Ὀλίγον ὕπνου σπάσωμεν: Philostr. 158. Ἐσπάσατο αἰδῶ, 576. Παρ' οὗ καὶ τὴν ἰδέαν τοῦ λόγου ἔσπασε, 598. Τῆς ἰωνικῆς ἰδέας ὥσπερ ὀφθαλμίας ἔσπασε, cf. 591." Schn. Lex.]

Σπάσμα, τὸ, In gladio dicitur mucro s. acies nuda et e vagina educta, ξίφους γυμνωθέντος ἡ ἀκμὴ, Plut. Othone (17.) Δυοῖν ὄντων αὐτῷ ξιφῶν, ἑκατέρου κατεμάνθανε τὸ σπάσμα πολὺν χρόνον, Utriusque mucronem diu tentavit et exploravit. Pro quo Idem ἀκμὴν dicit in Cat. Utic. Τὸ ἐγχειρίδιον λαβὼν, ἐσπάσατο καὶ κατενόησε, Eduxit e vagina et tentavit s. exploravit: Ὡς δ' εἶδεν ἑστῶτα τὸν ἀθέρα καὶ τὴν ἀκμὴν διαμένουσαν. || In corpore humano σπάσμα dicitur Quod convulsum est, Plut. (6, 256.) Τὰ ῥήγματα καὶ τὰ σπάσματά φησι Δημοσθένης, ὅταν τὶ κακὸν τὸ σῶμα λάβῃ, τότε κινεῖσθαι, Rupta et convulsa, Aristot. Probl. Σπάσματα λαμβάνει. Paulo autem Ægineta teste, 4, 31. Τὰ σπάσματα γίνεται διασπωμένων τινῶν ἰνῶν, Convulsio fit fibris quibusdam distractis. Gorræo σπάσμα est Unitatis solutio in parte nervosa

citra vulnerationem. Convelluntur enim quæ in ipsa sunt fibræ, cum ex ictu aliquo violentiam patiuntur, aut subito et affatim intenduntur. Causas autem hujus mali ap. Eund. vide. Diosc. Ἁρμόζει πρὸς σπάσματα, Utile est convulsionibus, Plinio interpr. Est et θαλάσσης σπάσμα: vide Σπασμός. [" Timæi Lex. 153. Valck. Anim. ad Ammon. 118. Wakef. Trach. 695." Schæf. Mss. Plut. Sulla 21. Lys. 12.] Σπασμάτιον, τὸ, Levis convulsio. Gaza ap. Theophr. H. Pl. 9, (9, 2.) σπάσματα vertit Distentiones. Σπασματώδης, Convulsionis speciem gerens, Convellens. Exp. etiam Evellens. [Theophr. Fr. 7, 13. 15. Lobeck. Phryn. 671.]

Σπασμὸς, i. q. σπάσμα, Auctor Defin. Medic. Σπασμὸς, ἔστι περὶ νεύροις καὶ μυσὶ γινόμενον πάθος, μετὰ τοῦ ἄνευ προαιρέσεως ἕλκεσθαι ποτὲ μὲν ὅλον τὸ σῶμα, ποτὲ δὲ μέρος. Celsus 1, 1. Frigus modo nervorum distentionem, modo rigorem infert: illud σπασμὸς, hoc, τέτανος Græce nominatur. Omnes fere medici, inquit Gorr., hodie Convulsionem interpr. Est autem musculi ad suum principium involuntaria contractio: symptoma voluntariæ functionis oblæsæ, cujus primarium instrumentum musculus est: ideoque pro musculorum differentiis variæ etiam ac differentes convulsiones sunt, non modo universales, sed etiam particulares. Ac particulares quidem sunt e particularium musculorum differentiis, quarum aliquæ propriis etiam donatæ sunt nominibus: στραβισμὸς, in oculo: τρισμὸς, in mandibula, κυνικὸς σπασμὸς, in ore: σατυρίασις, in pene. Universales vero, cum vel corpus totum in priora curvatur, ἐμπροσθότονος Græcis dicta: vel in posteriora, ὀπισθότονος: vel in utramque partem æqualiter, τέτανος. Quibus et additur ἐπιληψία: est enim Quædam totius corporis convulsio, patiente sc. nervorum principio. Hæc Gorr., ap. quem vide tum alia præterea, tum causas hujus morbi. Aët. 6, 30. dicit κυνικὸν σπασμὸν vocari τὴν τῶν * σιαγονιτῶν μυῶν παράλυσιν: eoque παράγεσθαι εἰς τὰ πλάγια τό, τε στόμα καὶ τὴν ῥῖνα καὶ τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν τὸ ἥμισυ μέρος τοῦ προσώπου. Scrib. Larg. σπασμὸν κυνικὸν vocat, Cum in utramlibet partem depravata est facies, Plut. (6, 476.) Οὐκ ἴδιον οὐδὲ πρᾶον οὐδ' ἵλεων γέλωτα, ἀλλ' ἐοικότα σπασμῷ καὶ χαλεπὸν, Thuc. 2, (49.) in descriptione sævæ illius pestis, Λύγξ τε τοῖς πλείοσιν ἐνέπιπτε κενὴ, σπασμὸν ἐνδιδοῦσα ἰσχυρὸν, Convulsionem ciens validam. Est et θαλάττης σπασμὸς s. σπάσμα, Appian. (B. C. 5, 89.) Ὡς καὶ τὸ σπάσμα τὴν θάλασσαν ἐλάμβανεν: (90.) Καὶ ὁ τοῦ βυθοῦ σπασμὸς ἐπὶ πάντα εἰλυόμενος, οὔτε μένειν οὔτε φεύγειν ἐπέτρεπε. Sic Plut. Cic. (810.) Μέλλοντος ἀποβαίνειν, σεισμὸν τῆς γῆς καὶ σπασμὸν ἅμα τῆς θαλάττης γενέσθαι. [" Ad Diod. S. 1, 212." Schæf. Mss. Soph. Trach. 1084. ἄτης, 2 Macc. 5, 3. μαχαιρῶν. Tentigo, Aristoph. A. 845. 1089.]

Σπασμώδης, Convulsivus: πάθος, Convulsivus affectus: qui sc. in sui principio aut non multo postquam fieri cœperit, convulsionem accersit, ut annotavit Gal. Comm. 3. in Prorrh. 1. Idem vero l. 1. de Præsag. e Puls. Affectum convulsivum appellat, qui ante mortem necessario convulsionis aliquod periculum inducit. Item σπασμώδης σφυγμὸς, Convulsivus pulsus, i. e. Pulsus inæqualis in una pulsatione et diversis arteriæ partibus, in quo utrimque ab extremis retrahi, tendi, convellique arteria videtur in modum chordæ tensæ: sic appellatus quod arteria ad utrumque terminum tendi videatur, et quod convulsio statim ab eo pulsu hominem corripit, ut scribit Gal. 2 de Puls. Causis. Hæc inter alia Gorr. [Lobeck. Phryn. 671. * Σπασμωδῶς, Etym. M. v. Γριπώμενα, Alex. Trall. 7. p. 120=364.]

Σπάσις, ἡ, Tractus s. Attractus. Item σπάσει πίνειν, Suctu bibere, ut Plin. vertit hæc Aristot. Τῶν ὀρνέων τὰ μακραύχενα πίνει σπάσει, sic interpretans, Bibunt aves suctu ex his quibus longa colla. " Ἄσπασις, Sorbitio, VV. LL. Pro quo diceretur " potius σπάσις: nam ἄσπασις idem sonat quod " ἀσπασμός. Vereor ergo ne mendosum sit."

[* Σπαστὴς, unde] Σπαστικὸς, Trahendi s. Attrahendi aut Extrahendi vim habens. || Spastici, Plinio dicuntur qui τῷ σπασμώδει πάθει obnoxii sunt: 21, 20. Radicem decoram bibere, spasticis, eversis, convulsis, suspiriosis, salutare est: 23, 4. Paralyticis, spasticis, ischiadicis illinitur. Aliquanto post, Tremulis, spasticis, ruptis perquam utile. Sic alibi sæpe.

[* Σπαστὸς, unde] "Ἡμίσπαστος, Semivulsus s. " Semiavulsus, in Epigr." [" Philodemi 24. Jacobs. Anth. 8, 94." Schæf. Mss. Strabo 17. p. 668. * Πολύσπαστος, Plut. Marcello 14. μηχάνημα, cf. Apollod. Mathem. Vet. p. 48. " Tzetz. Ch. 11, 381. v. 608." Schæf. Mss.]

Ἀνασπάω, Sursum traho, retraho: ut ἀνασπᾶν τὴν ὑστέραν, ap. Aristot. Item pro Retraho simpliciter: in qua signif. sunt qui velint accipi in Aristoph. Πλ. (691.) τὴν χεῖρα πάλιν ἀνέσπασεν. Item pro In altum tollo, Erigo, Sursum erigo, Sustollo: cujus signif. in voce pass. Bud. affert exempla. Est autem in hoc sensu contrarium verbo κατασπᾶν: ut ὀφρῦς ἀνασπᾶν, Dem. Attollere supercilia. Sic et in
B Soph. Aj. (302.) Λόγους ἀνέσπα τοὺς μὲν Ἀτρειδῶν κάτα, Τοὺς δ' ἀμφ' Ὀδυσσεῖ: existimo enim λόγους ἀνέσπα sonare Verba in altum tollebat, attollebat, ex imo pectore sursum trahebat: ut Virg. dixit Vocem trahere imo a pectore. Est præterea ἀνασπῶ, i. q. Contraho, Apoll. Rh. 2, (924.) λαῖφος ἀνασπᾶν, Vela contrahere. Sic ap. Xen. Σ. (3, 10.) Ἀνασπάσας τὸ πρόσωπον: et ap. Diosc. 8. Μέτωπον ἀνασπᾶται. In VV. LL. citatur e Dem. (442.) Ἀνέσπακεν ὀφρῦς pro Contraxit supercilia: cum ἀνασπᾶν ὀφρῦς ap. eum significet non Contrahere supercilia, sed Attollere, ut modo a me dictum est, vel Sursum trahere: quod est arrogantiæ signum. Quinetiam in ἀνασπάσας τὸ πρόσωπον fortasse ita posset accipi verbum ἀνασπᾶν, ut in ἀνέσπακεν ὀφρῦς ap. Dem. || Ἀνασπῶ, Revello, Evello. || Expello aliquem suis sedibus et quasi evello, aut extraho, Isocr. Panath. Ὡς ἀνασπάσαντες αὐτοὺς ἤδη τοὺς Ἀθηναίους. UNDE Ἀνασπαστοὶ, Sedibus pulsi, ut paulo post dicetur. || Ἀνασπάομαι, Sursum trahor, retrahor: et ἄκραι
C ἀνεσπασμέναι ap. Aristot., i. e. In altum sublata promontoria, Bud. addens, illum ἀνασπώμενον ponere etiam pro Surrecto et eminenti: Ὠμοπλάται ἄνω ἀνεσπασμέναι, Eminulæ, Extrorsus convulsæ. || Contrahor: ut μέτωπον ἀνασπᾶται, ap. Diosc. (Aristoph. Ἱππ. 631.) || Sedibus expellor. [" Thom. M. 798. Markl. Iph. p. 76. Musgr. Hel. 167. Wakef. Eum. 651. S. Cr. 2, 34. Abresch. Æsch. 2, 93. Diod. S. 2, 570. ad Lucian. 1, 352. 2, 144. Lobeck. Aj. p. 266. ad Timæi Lex. 52. ad Thom. M. 74. Jacobs. Exerc. 2, 8. ad Charit. 318. De navibus, 267. Bergler. ad Alciphr. p. 6.: τὰς ὀφρῦς, Coray Theophr. 206. Lobeck. Aj. p. 266.: τὰς ἀγκύρας, Villoison. ad Long. 135." Schæf. Mss. " Act. Apost. 11, 10. ἀνεσπάσθη, Retractum fuit. Cap. præced., quo totidem pæne verbis eadem narrantur, §. 16. legitur ἀνελήφθη: in eumd. sensum potuerat ἐπήρθη poni de linteo, quod antea fuerat demissum, in cœlum retracto. Hesychii itaque interpretatio v. ἀνασπᾷ reddentis ἐπαίρει, non debuerat solicitari. Ibid. quod
D legitur Ἀνασπάσιον Græcum non est, sine dubio mutandum in ἀνασπαστὸν, quod habet Aristoph. Σφ. 381. Apud Historicos ἀνασπᾶν de navibus frequentatur in terram subductis, vel retractis. Ejus vim, quam h. l. obtinet per ὀπίσω σπᾶσαι, Retrorsum trahere, Plato 3, 254. expressit." Valck. Schol. in N. T. 1, 477.] Ἀνασπάσιον, Hes. exp. ἀνεσπασμένον: quod, si mendo caret, idem fuerit cum sequenti Ἀνάσπαστον. [Vide paulo supra. * Ἀνάσπασις, Hippocr. de Prisca Med. 12, 22. * Ἀνασπαστὴρ, * Ἀνασπαστήριος, unde * Ἀνασπαστήριον, τὸ, Appian. B. C. 4, 78. Τὰς πύλας οὐ δυναμένους ἔτι ἀνασπάσαι, χωρὶς ἀνασπαστηρίων γενομένας.] Ἀνάσπαστος, ἡ, Extractus alicunde s. avulsus, Pulsus ex aliquo loco, Ablegatus aut Amandatus ex aliquo loco: quasi Ex eo sursum tractus: ut ἀνάσπαστος ἐκ θρόνου, Lucian. Sic ἀνάσπαστος ἀπὸ θαλάσσης. Bud. autem ita scribit, Ἀνάσπαστος, Sedibus pulsus, et qui alio habitatum mittitur. Herod. (5, 12.) Ἀνασπάστους ποιῆσαι τοὺς Παίονας ἐς τὴν Ἀσίην, h. e. ἀναστάτους, ἀναρ-

πάστους: (106. 6, 9. 32.) Idem alibi, Μέτοικοι sunt Qui principum jussu in aliam civitatem pœnæ causa transferuntur, eorumque prædia publicantur: quo vocab. etiam ἀνάσπαστοι qui dicuntur, significantur, ut mea fert opinio. Idem, Ἀνάσπαστος etiam dicitur Cui successor mittitur, Qui revocatur e provincia, ap. Dem. Vide locum in Comm. Pro quo in VV. LL. perperam HABETUR Ἀντάσπαστος. [Ἀνάσπαστος, Soph. Antig. 1186. Hippocr. 118, 24. "Antip. Sid. 17. ad Xen. Mem. 4, 2, 33. Wessel. Diss. Herod. 114. ad Herod. 114. 245. 370. 543. ad Charit. 318." Schæf. Mss. Polyb. 2, 53. Ἀνάσπαστον, τὸ, Ligamen, Athen. 543. Ælian. V. H. 9, 11. * Δυσανάσπαστος, Theophyl. 4. p. 119.]

"Ἐξανασπάω, Evello. Aliis Demolior." [Eur. Phœn. 1139. Bacch. 1103. * "Προσανασπάω, Eust. Il. p. 679, 62." Boiss. Mss. * Συνανασπάω, Lucian. 1, 641. Alex. Aphr. Probl. Procem., Osann. Anal. 98. "Chrys. in Gen. 226." Kall. Mss.]

Ἀντισπάω, In contrariam partem traho, vello, vel, cum Budæo, In diversum abstraho, averto, Aristoph. Εἰρ. (492.) οὐ δεινὸν Τοὺς μὲν τείνειν, τοὺς δ' ἀντισπᾶν. Gal. Ἀντισπᾶν γὰρ χρὴ τῶν ἀρχομένων ῥευματίζεσθαι ποῤῥωτάτω τὸ περιττὸν, οὐχ ἕλκειν ἐπ' αὐτά. Apud Aristot. Probl. Ἀντισπᾷ τῇ οὐρήσει. ‖ Ἀντισπᾶν Suidas exp. ἐναντιοῦσθαι, Adversari, Contrarium esse: ἀντιτείνω, inquit Bud., et ἀντισπῶ, et ἀντιβαίνω, pro eod., i. e. Repugno, Refragor. ‖ Ἀντισπᾶν cum gen. citatur ex Apoll. Rh. pro Prehendere: 2, (598.) ἀντέσπασε πέτρης Σκαιῇ, Prehendit petram sinistra. [Æsch. Pr. 337. "Ad Diod. S. 2, 286. Toup. ad Longin. 325." Schæf. Mss.] Ἀντίσπασμα, i. q. ἀντίσπασις. Vide Ἀντιπερίσπασμα. ["Ad Diod. S. 1, 681. 2, 468." Schæf. Mss. Joseph. A. J. 19, 1, 10. Polyb. 2, 18, 3. Diod. S. 20. p. 777, 13. * Ἀντισπασμὸς, Aristoph. A. 967.] Ἀντίσπασις, Tractio in contrariam partem, Abstractio in diversum. Apud Gal. παροχετεύσει opp. ἀντίσπασις. Bud. [Hippocr. 47, 13. 361, 27. 365. ult. 377, 5. 13. 398, 3.] Ἀντίσπαστος, In contrarium abstractus. Exp. etiam Contra nitens. ‖ Ἀντίσπαστος, dicitur et Pes ap. Gramm. constans prima brevi, secunda et tertia longis, et ultima brevi, ut Ἀλέξανδρος. Vide Scholia in Hephæst. [Soph. Tr. 772. et Athenæi p. 635. Dio Orat. 37. p. 121. Orph. H. 20, 5. Vitruv. 10, 13, 6. Δι' ἀντισπάστων ἕλκειν, προωθεῖν, Rudentium ductionibus et reductionibus.] "Ἀντίπαστον, ap. Hes. φιλήματος εἶδος: sed pro eo scr. ἀντίσπαστον, ut alphabetica series docet." Ἀντισπαστικὸς, Vim habens abstrahendi in contrarium, diversum: βοήθημα, Gal. Τόγε μὴν ἐμέτοις χρῆσθαι, τῶν αἰδοίων πεπονθότων, ἀντισπαστικόν ἐστι βοήθημα. ‖ Ἀντισπαστικὸν μέτρον, Metrum constans e pedibus antispastis: ut ἰαμβικὸν μέτρον, Constans ex jambis. Vide Hephæst. et Schol. ejus.

Ἀποσπάω, Avello, Abstraho. Cum gen. et accus. Soph. (Aj. 1024.) πῶς σ' ἀποσπάσω πικροῦ Τοῦδ' αἰόλου κνώδοντος; Plut. Themist. Τοὺς πολίτας ἀποσπάσαι τῆς θαλάσσης. Interdum additur præp. ἀπὸ, Xen. Ἑλλ. 1, (3, 11.) Ἀποσπάσειαν τὸ στρατόπεδον ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου. Suidas ἀποσπᾶν exp. μετὰ βίας ἕλκειν, μετὰ βίας ἐξαιρεῖσθαι: citatque locos ubi accusativi tantum ponuntur. Unus est hic, Οἱ δὲ Σπαρτιᾶται ἐκάθηντο τοῦ θεοῦ ἱκέται εἰς Ταίναρον, καὶ ᾔτουν σωτηρίαν· οἱ δὲ ἀπέσπασαν ἀφειδῶς καὶ μάλα ἀπέκτειναν αὐτούς: ubi ait esse μετὰ βίας ἐξείλοντο. Alter est iste, Αἱ δὲ καταφεύγουσιν ἐπὶ τὴν Ἄρτεμιν, βαρβάρου πικρῶς ἐγκειμένου· καὶ τῶν δορυφορούντων ἀποσπώντων, κἀκείνων ἀπρὶξ ἐχομένων, διασπᾶται ὁ κατὰ τοῦ τραχήλου ὅρμος, i. e. βιαίως ἑλκόντων. Potest vero subaudiri utrobique adverbium de loco ἐκεῖθεν vel ἐντεῦθεν: ut habetur hoc in loco, Ὁ δὲ καὶ ἐντεῦθεν ἀποσπάσας, ἔξαινε κατ' αὐτοῦ πληγάς.

Ἀποσπᾶν ab Erasmo exp. Emetiri, in h. l. Luciani, (2, 763.) Ἐπεὶ δὲ κατ' αὐτὴν ἤδη τὴν σελήνην ἐγεγόνειν, πάμπολυ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας, ᾐσθόμην κάμνοντος ἐμαυτοῦ. Nam ita reddit illa verba, Verum ubi jam ipsi lunæ vicinus essem, plurimumque nubium essem emensus, sentiebam me defatigatum. Sed partic. ἀποσπάσας Bud. h. in l. suspectum habuit: ac certe Lucianum aliter scripsisse mihi persuadeo. Nec temere alibi reperiatur ἀποσπᾶν ita positum.

Pass. vox est Ἀποσπάομαι, Avellor, Abstrahor. ‖ Levit. 22, (24.) LXX. Interprr. ἀπεσπασμένον in peculiari signif. usurparunt; ita enim ap. eos legitur, Θλαδίαν καὶ ἐκτεθλιμμένον καὶ ἐκτομίαν καὶ ἀπεσπασμένον, οὐ προσάξετε αὐτὰ τῷ Κυρίῳ: ubi ἀπεσπασμένον, i. e. Avulsum, pro eo accepisse creduntur, cui avulsi sunt testiculi, et ἀπὸ τοῦ ἐκτομίου distinguere voluisse. Vetus autem Interpres hunc locum ita reddit, Omne animal quod vel contritis, vel trusis, vel sectis ablatisque testiculis est, non offeretis Domino. Suidas ἀποσπάδας ait esse τοὺς ἀποσπασθέντας, at vero ἀποσπάδοντας dici τοὺς ἀποκοπέντας. ["Wakef. S. Cr. 5, 70. Aristoph. Fr. 261. ad Diod. S. 2, 450. ad Lucian. 1, 256. 484. 517. 2, 145. Dionys. H. 2, 1052. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 11. Pierson. Veris. 72. ad Mœr. 134. Act. Traj. 1. p. 218. Toup. Opusc. 1, 311. Emendd. 1. p. 76. ad Charit. 309. 311. Ἀποσπάσαι, Schneid. Anab. 41. ad Ælian. p. 342. ad Lucian. 1, 256. 318. 3, 197. Dial. p. 95. Bibl. Crit. 3, 1. p. 103. ad Xen. Eph. 165. Fischer. Ind. Palæph. v. Γυμνοῦν." Schæf. Mss. "Act. Apost. 21, 1. Ἀποσπασθέντας ἐπ' αὐτῶν. Hoc v. indicare voluit Lucas tenerrimum amoris affectum, quo Ecclesiam Ephesinam ejusque Seniores complexus fuerat Paulus, ut vix abstrahi se avellique ab ipsis pateretur. Res firmiter junctas a se invicem avellere et separare proprie dicitur ἀποσπάσαι, quæ vis optime cognoscetur e Soph. Aj. 1043. 1195. ubi Teucer, si quis, inquit, Βίᾳ σ' ἀποσπάσειε τοῦδε τοῦ νεκροῦ. Eximie et ponitur de Ostreis firmiter petris adhærescentibus ἀποσπᾶν λεπάδας. Lepades nempe ferro sæpe σχίζονται ἀπὸ τῆς πέτρας, ut scribit Ælianus H. A. 6, 55. Venuste tandem transfertur ad amicos, qui sibi invicem valedicentes vix avelli possint. Ea vis hic obtinet, et in Eur. Alc. 287. Οὐκ ἠθέλησα ζῆν ἀποσπασθεῖσά σου." Valck. Schol. in N. T. 1, 578.]

Ἀπόσπασμα, τὸ, Pars rei avulsa, sicut ἀπόῤῥηγμα dicitur Pars rei abrupta, [LXX. Levit. 13, 30. 33. Jerem. 46, 20. "Ad Phalar. 282. Musgr. Tro. 886." Schæf. Mss. M. Anton. 5, 27.]

Ἀποσπασμάτιον, τὸ, Particula avulsa, Cic. ad Att. Sunt præterea duæ breves orationes quasi ἀποσπασμάτια legis agrariæ, ["Ruhnk. Ep. Cr. 176." Schæf. Mss. * Ἀποσπασμὸς, Abstractio, Avulsio, Plut. 6, 287. Strabo 8. p. 532. "Dionys. H. 2, 975." Schæf. Mss. * Ἀπόσπασις, Polyb. 3, 113, 4. perperam pro ἀπόστασις. "Aret. de Curat. Morb. Diut. 1, 4." Kall. Mss.]

[* Ἀπόσπαστος, unde * "Ἀναπόσπαστος, Qui avelli nequit, τὸ ἀναπόσπαστον, Inseparabilitas, Chrys. in Ep. ad Hebr. Serm. 1. T. 4. p. 432, 30. Δύο δηλῶν· καὶ τὸ τῆς υἱότητος γνήσιον, καὶ τὸ τῆς κυριότητος ἀναπόσπαστον." Seager. Mss. Theophyl. 2. p. 649. "Eumath. 10, 394." Boiss. Mss. "Damasc. ap. Wolf. Anecd. Gr. 3, 210. * Ἀναποσπάστως, Simpl. ad Epict. p. 12." Kall. Mss.] Δυσαπόσπαστος, Qui ægre avellitur. ["Apud Chariton. 5, 8. forma Callirrhoës vocatur κάλλος δυσαπόσπαστον τοῖς ὁρῶσι, quia, qui eam cœpissent intueri, ea ita tenebantur, ut discedere non posseut." Fischer. Ind. Æschin. Dial.] Δυσαποσπάστως, Ita ut difficulter avellatur, More eorum quæ difficulter avelluntur. ["Diod. S. 2, 444." Schæf. Mss. "Δ. ἔχειν, Ægre avelli, divelli (Cic. Catil. 2, 10.) posse, 3, 3. Proprie dicitur id, quod satis docent verba hoc loco adjecta νηπίου δίκην, de infantibus qui ægre avelli possunt a mammis amplexuve matrum. Deinde translata est ad eos qui ægre, vel omnino non, adduci se patiuntur, ut e loco aliquo discedant, migrentque in alium, ut aliquid relinquant. Ita ap. Æsop. Fab. 84. rana, quæ est in exigua lacuna, ab alia rana, cujus sedes palus est, admonetur, ut transiliat e lacuna in paludem, sed ait, Δυσαποσπάστως ἔχειν τῆς τοῦ τόπου συνηθείας. Atque eod. modo Axiochi d. l. legitur de eo qui non vult migrare e vita. Jambl. V. P. 5. p. 19. Kust. (=58. Kiessl.) Ὥστε τὸν νεανίαν δ. τοῦ συνείρειν τὴν θεωρίαν ἔχοντα. Eust. Il. A. 513. p. 143. Rom. verbum ἐμπεφυκέναι, et ἐμφῦναι, explicat verbis ἐγκρατῶς καὶ

δ. δράξασθαι, et Schol. Aristoph. Πλ. 1097. Λεπὰς, A κογχύλιον ἐφιζάνον ταῖς πέτραις· ὅτ' αὐταῖς προσπήγνυνται, δ. ἔχον, ἐπειδάν τις αὐτὸ βουληθείη λέγειν." Fischer. Ind. Æschin. Dial.] Εὐαπόσπαστος, Qui facile avelli aut abstrahi potest, Avulsu facilis: Εὐαπόσπαστα ἀλλήλων, affertur pro Quorum alterum ab altero facile abstrahi potest et extricari.

[* "Ἀποσπάδην, Nicet. Eugen. 1, 18." Boiss. Mss.]

[* "Ἐξαποσπάω, Theod. Prodr. Rhod. p. 114. 150. in Notit. Mss. T. 8. P. 2. p. 167. Nicet. Eugen. 2, 222." Boiss. Mss. * "Προαποσπάω, Dio Cass. 761." Wakef. Mss. * Συναποσπάω, Osann. Anal. 98. Argum. ad Soph. Trach. "Julian. Ep. 17. p. 384. Zenob. Cent. 1, 33. p. 11. Apollod. 2, 7. 7, 11." Boiss. Mss. "Ad Hesych. 2, 1388, 23." Dahler. Mss.]

Διασπάω, Distraho, Divello, Dirimo, Xen. Ἑλλ. 4, (4, 10.) Διασπάσαντες τὸ σταύρωμα: K. Π. 2, (1, 13.) Ἑώρα καὶ τὰ θηρία τὰ ὁμοῦ τρεφόμενα, δεινὸν ἔχοντα πόθον ἥν τις αὐτὰ διασπᾷ ἀπ' ἀλλήλων, Siquis ea a se invicem divellat et disjungat: 6, (1, 23.) p. 92. Ἐπεχείρησέ ποτε ἐμὲ καὶ τὸν ἄνδρα διασπάσαι B ἀπ' ἀλλήλων, Dirimere vinculum quo ego et maritus conjuncti sumus. Rursus 5, (4, 10.) Μή ποτε διασπᾷν ἀπὸ τοῦ ὅλου δύναμιν ἀσθενεστέραν τῆς τῶν πολεμίων, Divellere a toto corpore exercitus manum, quæ hostium copiis impar sit viribus. Διασπᾶσθαι, Distrahi, ea signif. qua dicitur Distrahi curis et occupationibus: quo sensu et Distringi, Distineri. Lucian. (1, 275.) Τοσαῦτα πράγματα ἔχω, μόνος κάμνων, καὶ πρὸς τοιαύτας ὑπηρεσίας διασπώμενος, Tot officiis distractus, totque ministeriis implicatus. Item διασπᾶται, cujus corpus distrahitur et discerpitur, ut Liv. Corpus passim distrahendum dabis: de Metio, de quo Plin. in l. de Vir. Illustr. In diversa distractus est. Isocr. (Busir. 15.) de Orpheo, Διασπασθεὶς, τὸν βίον ἐτελεύτησε. In qua signif. media quoque vox usurpatur, activæ vim habens. Lucian. (1, 8.) Μικροῦ γοῦν με διεσπάσαντο, Parum abfuit quin me distraxerint et discerpserint. Plut. Cæsare, Συλλαβεῖν καὶ διασπάσασθαι τοὺς ἄνδρας ζητοῦντες, Discerpere interfectores Cæsaris. Et Dem. (136.) Τοῖς C παρ' ἐκείνου μισθαρνοῦσι διασπάσασθαι παραβαλεῖτε, Distrahendum objicietis et dilacerandum. Præterea διασπᾷν νόμους dicitur ut λύειν et διαλύειν: quod Lat. potius Violare s. Rumpere s. Perrumpere s. Labefactare leges et jura, Evertere et perfringere leges. Xen. K. Π. 8, (5, 12.) p. 135. Ἤν τις Περσῶν νόμους διασπᾷν πειρᾶται. Alioqui pro Labefactare et evertere, s. Perrumpere et perfringere accipi potest et ap. Plut. Camillo, ubi dicit Διασπάσαι τὸ ἔδαφος: quod fit coagmentis ejus divulsis et diremtis. [" Markl. Suppl. 829. Wakef. Trach. 781. ad Diod. S. 1, 413. 2, 174. ad Dionys. H. 2, 945. Lobeck. Aj. p. 298. ad Phalar. 321. Thom. M. 707. Toup. Opusc. 1, 392. ad Herod. 27. ad Charit. 304. 312. ad Lucian. 1, 396. Valck. Callim. 185. Διεσπασμένος, Ruhnk. ad Rutil. p. 40." Schæf. Mss. "Act. Apost. 23, 10. Εὐλαβηθεὶς ὁ χιλίαρχος μὴ διασπασθῇ ὁ Παῦλος ὑπ' αὐτῶν. Proprium est hac in re v. de iis qui furore hominum iratorum discerpuntur, usurpatum ita de Orpheo a Mænadibus discerpto ap. Apol- D lod. 1. p. 7. Hyginus Poët. Astron. 2, 7. 'Orpheus, ut Eratosthenes ait, in Tangæo sedens—dicitur Liber ei objecisse Bacchas, quæ corpus ejus discerperent interfecti.' Eratosthenis libellus, quem ibi citat, et isthoc l. 2. totum pene interpretatur, editus est ab Jo. Fello, et postea a Galeo: in ejus c. 24. ὁ Διόνυσος ὀργισθεὶς αὐτῷ ἐπέπεμψε (sic lege pro ἔπεμψε) τὰς Βασσαρίδας, ὥς φησιν Αἰσχύλος ὁ Ποιητὴς, αἵτινες αὐτὸν διέσπασαν καὶ τὰ μέλη διέῤῥιψαν χωρὶς ἕκαστον: proprie sc. διασπασθῆναι est Ita discerpi, ut membra in diversas partes differantur: et sic Plato adhibuit de LL. 12. p. 945. De catenis violenter distractis posuit Marc. 5, 4." Valck. Schol. in N. T. 1, 593. "Διασπᾷν λέξιν vel κῶλον, dicitur is, qui ita verba componit, ut hiatus et collisiones literarum oriantur, quæ moram faciunt, et jucundum orationis flumen impediunt. Sic Dionys. Comp. 168. de loco aliquo Thucydidis, in quo τὰς τῶν φωνηέντων συγκρούσεις et ἀνακοπὰς et περίοδον οὐκ ἔχουσαν βάσιν εὔγραμμον reprehendit: Ἀποτραχύνει καὶ διασπᾷ τοῖς * διαχαλάσμασι τῶν ἁρμονιῶν. Contrarium est τὸ συλλαμβάνεσθαι et συγκρύζεσθαι, si oratio apta structura cohæret, et leni expeditoque flumine procedit: vide cap. 23. p. 184. (196.) et cf. Διαβαίνειν. Deinde διασπᾶσθαι dicuntur etiam periodi, cum ob defectum longioris spiritus non uno tenore et ἀπνεύστως pronunciantur, sed per vocis varia intervalla efferuntur. Plut. Demosth. 6. Et Philostr. V. S. 2. p. 604. in Vita Phœnicis: Ἡ ἑρμηνεία διασπᾶσθαι ἐδόκει, καὶ ῥυθμοῦ ἀφέστηκεν: vide Κολοβός." Ernesti Lex. Technol. Gr. Rhet. Διασπάω χάρακα, Plut. Anton. 18. * "Διεσπασμένως, Divisim, Separatim, Chrys. in Act. Apost. Serm. 1. T. 4. p. 613, 6. Ἐφ' ἡμῶν μὲν γὰρ ἀμφότερα γίνεται ὑφ' ἕν, τότε δὲ διεσπασμένως." Seager. Mss. Hippocr. 938. 1082.]

Διάσπασμα, τὸ, Quod distractum est, s. avulsum; pro διασπασμὸς, Distractio, Divulsio, Diremtio. Plut. Lycurgo (22.) de militibus Spartanis, Ῥυθμῷ τε πρὸς τὸν αὐλὸν ἐπιβαινόντων, καὶ μήτε διάσπασμα ποιούντων ἐν τῇ φάλαγγι, μήτε ταῖς ψυχαῖς θορυβουμένων, Nec dirimentibus et divellentibus phalangem, s. Nec distrahentibus phalangis compagem seriemve: [Æmil. 20.]

Διασπασμὸς, Distractio, Divulsio, Diremtio, Plut. Alex. (27.) Πλάνης οὔσης καὶ διασπασμοῦ τῶν βαδιζόντων, διὰ τὴν ἄγνοιαν, Artax. Πολὺν τάραχον αὐτῶν καὶ διασπασμὸν ἐν πλήθει τοσούτῳ προσδεχομένοις. [" Διασπασμὸς λόγου, Sermo hæsitans, interruptus vel abruptus, qui oritur, cum concursus vocalium et hiatus nunquam vitantur. Eadem διάῤῥιψις dicitur. Demetr. Eloc. 68. Quintil. 9, 4. Cum sermo hiat, intersistit, et velut laborat oratio." Ernesti Lex. Technol. Gr. Rhet. "Euseb. Pr. E. 186." Wakef. Mss.]

Διάσπασις, ἡ, idem, [Gl. Vulsus.] Διασπάσιμος, ὁ, ἡ, Qui distrahi et divelli potest; Cic. Dissipabilis.

Διασπαστέον, Distrahendum s. Dirimendum et divellendum est.

[* "Διάσπαστος, Bergler. ad Alciphr. 214. (2, 2. C ἐπιστολάς.)" Schæf. Mss.] "Ἀδιάσπαστος, Indivulsus, Indistractus, Indivisus, in Pand. Gr." [" Vita S. Nili Jun. p. 18. Ed. Rom. 1644." Boiss. Mss. Polyb. 1, 34. Cyrill. in Isaiæ c. 57. et in Jo. Evang. 13, 35.] "Ἀδιασπάστως, Sine distractione, Nulla interveniente divulsione; Hes. * ἀδιαχωρίστως, Inseparabiliter." [" Chrys. in Matth. Hom. 83. T. 2. p. 516, 4. Ἐπειδὴ ἀδιασπ. αὐτοῦ εἶχον, διὰ τοῦτό φησι, Μείνατε αὐτοῦ, ἕως ἀπελθὼν προσεύξωμαι." Seager. Mss. "Theod. Rhaitens. de Incarn. 237. Balfor." Boiss. Mss. * "Εὐδιάσπαστος, Pol. 2, 478." Wakef. Mss.]

[* "Συνδιασπάω, Phot. ap. Wolf. Anecd. Gr. 2, 167. Damascius ap. Eund. 3, 201." Kall. Mss. * Ὑποδιασπάω, Hippocr. 986.]

[* "Εἰσσπάω, Intro traho, Chrys. in Gen. Or. 43. T. 1. p. 355, 12. (e Gen. 19, 10.) Εἰσεσπάσαντο γὰρ, φησὶ, τὸν Λὼτ εἰς τὸν οἶκον, καὶ τὴν θύραν ἀπέκλεισαν." Seager. Mss.]

Ἐκσπάω, Extraho, Evello. Qua signif. media quo- D que vox usurpatur, Il. H. (255.) Τὼ δ' ἐκσπασσαμένω δόλιχ' ἔγχεα χερσὶν ἅμ' ἄμφω. [" Babrias 18. Il. N. 178. (ἐκ δ' ἔσπασεν ἔγχος.)" Wakef. Mss. * "Ἔκσπασις, Heyn. Hom. 8, 742." Schæf. Mss. * Διεκσπάω, Appian. 1, 40. * Προσεκσπάω, Aristot. Probl. 2. p. 703. * "Ὑπεκσπάω, Is. Porph. in Allat. Exc. p. 300." Boiss. Mss.]

Ἐπισπάω, Attraho. Qua signif. media quoque vox usurpatur. Aristot. de Mundo, Μίαν μήρινθον ἐπισπασάμενοι, Funiculum unum adducentes et attrahentes. Lucian. (1, 835.) Ἄλλος τῆς χλανίδος τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐπειλημμένος ἔρως, καὶ οὗτος ἕλκει αὐτὸν πρὸς τὴν Ῥωξάνην, πάνυ βιαίως ἐπισπώμενος, Violenter admodum attrahens: ut ap. Suid. Ἐπισπασάμενος τῆς κόμης τοῦτον, Crinibus illum attrahens, ἐφελκύσας, ut ipse Suidas exp. Xen. activa voce usus est Ἑλλ. 6, (4, 36.) p. 351. Ἐπισπάσασα τὴν θύραν, εἴχετο τοῦ ῥοπάλου. Idem pro Adduco usus est, i. e. Permoveo et modo non cogo: K. Π. 5, (5, 5.) p. 84. Πολὺ ἔτι μᾶλλον ἐκρατεῖτο ὑπὸ δακρύων· ὥστε καὶ τὸν Κῦρον

